1653
1134

BIBLIOTECA
CENTRAL
DE LA RIOJA
EX-LIBRIS
FDN
1138

# MEDICINAE VTRIVSQVE SYNTAXES,

Ex Græcorum, Latinorum, Arabúmque Thesauris,

*Per* IOAN. IACOB. VVECKERVM, *Bas. Reipublicæ Colmariensis Physicum, singulari fide, methodo ac industria collectæ & concinnatæ.*

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISS.




C/1958

LVGDVNI,
APVD STEPHANVM MICHAELEM.

M. D. LXXXIII.

## LECTORI ASCLEPIADÆ.

*Offert ecce tibi, benigne lector,*
*Quod non exigua parauit arte,*
*Quod non exiguo labore tandem*
*Consummauit opus, graui subinde*
*VVECKERVS studio iuuans, & acri*
*Doctæ res medicas vigore mentis.*
*Si rerum grauitas libros, & artem*
*Commendet methodus, tibi placere*
*Hoc debebit opus graui probatum*
*Doctrina: methodum probes, habebis*
*Talem quam faciles ferant tabellæ.*

*Si mercede frui decet laborem,*
*Et laus ingenij comes, vel artis*
*Existit, meritò potest vtrumque*
*VVECKERO tribui, quòd hoc & arte*
*Et magno sit opus labore factum.*
*At non ipse tamen petit laborum*
*Mercedem, modò fac tibi quod author*
*Hic non exigua parauit arte,*
*Quod non exiguo labore tandem*
*Consummauit opus, tibi quod offert,*
*Grata mente feras, amice lector.*

Nic. Taurellus, Med. D.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. GVLIELMO, HASSIÆ LANDGRAVIO,

Cattorum Melibocorum Comiti in Dietz, Ziegenhaim, & Nida, &c.

Domino ſuo perpetua obſeruantia

colendiſſimo.



*Vando mecum ipſe cogito, Princeps Illuſtriſſime, cogito autem ſæpius, mundanæ huius fabricæ mirificam ſtructuram, cùm ex ea, tanquam opere inimitabili, magni illius χειρώναξος, vt Hippocratea voce vtar, potentia, ſapientia atque bonitas, deprehendi queat: non immeritò Platonem diuinum philoſophum à priſcis appellatum cenſeo, qui ad hunc ipſum, ceu omnis boni pulchriq; fontem inexhauſtum, omnes humanas cogitationes et actiones referendas putarit, et hunc ipſum vtriuſque philoſophiæ finem, humanæq; beatitudinis ſupremum faſtigium eſſe, affirmauerit. Etſi verò, vt Regij pſaltis verba Scotico plectro referam,*

--tota concors fabrica perſonat

Dei tuentis cuncta potentiam,

*neque vel minimus locus eſt, qui non opificis ſui maieſtati atteſtetur: eæ tamen, quæ per ſpacioſum hocce templum hinc inde ſunt collocatæ ſtatuæ, quod Triſmegiſtus ait, non animatæ tantùm, inter quas principatum ſibi iure Homo vendicat, ſed inanimatæ etiam, à primo illo ente entium cathena quadam, ut Homerus fabulatus eſt, ſuſpenſæ, ortus ſui auctorem & conſeruatorem Deum venerando ſilentio celebrant. Aſtra certè omnes ſuos motus à prima cauſa acceperunt, ſuas et elementa uires ſortita ſunt: proq; ſuo modulo ſingula uel circulariter, vel ſecundùm rectam lineam feruntur: quæq; ex his orta, primum, ſecundũ, tertiúmue gradum entium conſtituunt, naturæ ſuorum principiorum atteſtantur. Multo verò his perfectiora animalia aliud in ſeipſis principium motus obtinent, vt pro vario vel inſtinctu naturæ, vel voluntate, quò libet ſingula ferantur. Quòd ſi tanta eſt animalis vel minutiſſimi dignitas, quid de Hominis intellectu, diuinitatis imagine & ſimulacro, dicendum erit? quem in terreno hocce vaſculo Deus incluſit, vt complexu ſanè quàm admirando non cælestia ſolùm & ſublunaria corpora, ſed & incorporea quæuis comprehenderet? Hominem proinde ſcitè admodum μικρόκοσμον philoſophi appellarunt, tanquam magni illius mundi compendium quoddam: eum, inquam, quem ſummus ille opifex omnium ſuorum operum non inſpectorem modò, ſed & adminiſtratorem curatoremq; eſſe voluit: nimirum vt et agendo ea bona, quæ à prima cauſa acceperat, in omnes Vniuerſi incolas liberaliſſimè diffunderet, et contemplando ad primum illum rerum omnium fontem creaturas omnes reduceret: adeoq; inter opificem, & opera medius conſtitutus, veritatis cognitione, & virtutis exercitatione ſemetipſum, inferioris mundi caput atque dominum, hoſtiam ſanctam acceptamq; æterno illi conditori offerret. Hæc nimirum fuit harmonia, quam Deus ab initio conſtituerat: vt omnia certo regerentur ordine, certis etiam mens humana legibus contineretur, ne confuſio aliqua omnium malorum mater oriretur. Cæterùm arbitrij libertate abutens protoplaſtus, magno cum poſteritatis detrimento concentum illum pulcherimum inobedientia ſua primus turbauit, & quantum in ſe fuit, ſuſtulit. Eaq; propter Vniuerſi huius confuſio nuſpiam maior, quàm in ipſomet reperitur homine. Neque enim vel ſecundùm Naturæ legem appetitus, vel ſecundùm Dei mandata voluntas dirigitur amplius: ſed hominem ad quoduis facinus, diuerſis licet modis, ad eundem tamen interitus finem, effrænata rapit libido. Iam quantò amplior eſt contemplationis campus, tantò grauioribus ille idem confuſionis tempeſtatibus ſubiectus. Siquidem non inſcitia ſolùm, ſed ſpontaneis quoque mendaciis adeò conſpurcatur, vt non veritatis amplius, ſed hæreſeos aſylum videatur appellandus. Quod ipſum, magna cum philoſophici nominis ignominia (etſi perſonarum hi ſunt, non diſciplinarum defectus) ex eo cumprimis liquet, quòd abominandis ferè hæreſibus omnium ſcientiarum agriſint obducti. Nihil eſt penè certum adeò, quin ab aliquibus ſpecioſa ratione ſit impugnatum. Hinc tot*

opinionum tam differentes sectæ originem traxerunt, quas equidem tantum à veritate, quantum à methodo recessisse constat. Hæc enim via est veritatis inuestigandæ certissima: quam qui neglexerint, eos in varios errores, non in Philosophia modò, sed in Theologia quoque delabi, et Andabatarum more in tenebris depugnare necesse est, sole illo philosophico, Dialectica nimirum, destitutos. Nam cùm duobus modis veritatem rerum logica methodus apprehendat, si quando ab iisdem exorbitet, duobus itidem in genere, sed qui vsuipso in infinitum excrescere possint, erroribus occasionem præbebit: nimirum si vel extra scientiarum limites mens humana euagetur: vel principia earundem tractentur imprudentius. Id quod hæreticorum exemplo discere licet. Quidam enim verbo Dei non acquiescentes, christianam pietatem hominum traditionibus turpissimè defædarunt: alij uerò, quòd fidei dogmata parum religiosè tractarent, nec ipsi ueritatem assequi, neque alios docere potuerunt. Sed quid hæc de Theologis? cùm in ipsa Arte nostra plurimi extiterint, qui rationē tanquam otiosam penitùs aspernati, methodum negligendam esse duxerint: alij methodum quidem complexi sint, sed sophisticam. Vtrosque Galenus, in stadio medico acerrimus pentathlus, firmissimis impugnauit argumentis: vt pluribus insequendi non sint, ne victoriam tanti viri in dubium reuocare, vel saltem victis insultare videamur. Etsi enim nostra ætate noui quidā Thessali ex Theophrasti Paracelsi chymica schola prodierunt, experientias mirificas iactitantes, methodoq; phantastica solenniter insanientes: quantumuis monstra proferant innumera, illa tamen omnia vnius & eiusdem Herculis claua retundi possunt & edomari. Cæterum vt ad nostra veniam: cùm methodica doctrina, quam sub opt. præceptoribus in Italia potissimùm hauserā, in artis Medicæ præceptis cognoscendis etiamnum tyro vnicè delectarer: huiusq; veluti obstetrices Tabulas in priuatis semper studiis consectarer: postea quam ætate maturior ea quæ didiceram ad vsum non medicum tantùm, sed scholasticum quoque reuocare cepi, ut certitudinem et perspicuitatem in nullo docendi discendiue genere maiorem quàm in eo quod Schematisticum vocare liceat deprehendi: ita ne mihi tantùm, sed aliis quoque natus viderer, ea in Artis medicæ tyronum gratiam typis euulganda curaui, quorum semina etsi ab aliis acceperam, propria tamen commentatione in eam molem atque formam produxeram, vt pro nostris iure optimo à sinceris iudicibus agnosci possent. Etsi verò nihil dici potest, vt quidam ait, quod non sit dictum prius: nihilq; in Arte nostra doceri, quod non ab Hippocrate et Galeno fidelissimè traditum sit: tamen docendi forma atq; modus sermones de iisdem rebus eosdē, diuersos videri facit. Proindeq; uehementer in me iniurius fuit magnus ille alioqui P. Andreas Matthiolus, qui cum sibi persuaderet à nemine alio quàm à seipso Tabulas medicas confici posse: plagij nomine, præterquam & modestia eius & mea admitteret innocentia, me acerbissimè traduxit. Nam vt illud omittam, ab Aristotele etiam celebratum, et historiarum monumentis confirmatum, nihil prohibere, eadem ab iisdem eodem vel diuerso etiam tempore inueniri, et citra imitationem tractari: τῷ ἔργῳ potius, quàm τῷ λόγῳ elenchum meditari cepi: & maiorem ætati atque meritorum eius, quàm iustæ defensionis meæ rationē habens, ea quæ rudi Minerua delineaueram, accuratiore cura sub incudē reuocare sum aggressus omneq; adeò, quod mihi à praxi medica ocij dabatur, in theoriam impendens, non iam priores illas, sed planè nouas Tabulas, non in vnam aliquam, sed in omnes Medicinæ, tam physicæ quàm chirurgicæ (ut vulgata nomina retineam) partes magno studio et labore ex limpidissimis Græcorum, Latinorum, Arabum, quinetiam fontibus haustas atque deductas, in communem studiosorum vtilitatem excudi: eo, sic vti spero, cum successu, vt cùm priora illa schemata nostra tyronibus artis & vtilia & grata fuisse res ipsa docuerit: posteriorem huncce fœtum iis etiam, qui in arte iam progressus fecerunt non pœnitēdos, vel compendij, vel methodi, vel inuentionis nomine, et profuturum et placiturum minimè dubitem. Hasce igitur vigilias nostras, tuo potissimùm nomini, Princeps Illustrissime, consecrandas putaui: non modò vt laborum meorum & patronum potentem & censorem sapientem haberem, cuius auctoritate et prudentia calumniatorum nebulæ disiici possent: verumetiam ut meæ erga C.T. deuotæ obseruantiæ, quam Cl.V. Christophorus Vvaltherus *Fischer, I.V.D.* cùm ante triennium ferè in Alsatia nobiscum ageret, heroicarum tuarum laudum prædicatione in nobis primùm excitauit: generosus subinde D. Daniel, Comes à Vualdeck, mæcenas meus singularis, mirificè confirmauit: publicum hocce monumentum, à posteritate quoque amplectendum, extaret. Quam ipsam voluntatem meam si C.T. gratam & acceptam fuisse reipsa cognouero: & beatissimum me iudicabo, & ad alios præterea labores in communem rei medicæ vtilitatem maiori alacritate subeundos accendar atque confirmabor. Vale, Princeps Illustrissime. Colmariæ, Kal. Ianuarij, 1576.

I. C. T. Cliens, Ioan. Iac. Vveckerus, Colm. physicus.

# IN TABVLAS MEDICINALES ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

- *Medicina* est adiectio, & abstractio: vel est scientia salubriū, insalubrium, & neutrorū: vel est scientia qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanantur, vel ab ea remouetur vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur. Cęterum in Medicinæ constitutione considerandæ veniuntum
  - *Maximè* generalia: nimirum
    - *Materia* subiecta: quæ sunt
      - *Præcepta* siue *Theoremata vniuersalia.*
      - *Exempla particularia.*
    - *Forma*, quæ materiæ diuersitatem imitatur. Nam cognitio
      - *Præceptorum* seu theorematum per *Doctrinam* habetur.
      - *Exemplorum* per *Experientiā* intelligitur
        - *Propriam.*
        - *Alienam.*
    - *Efficiens*, Medicus, qui ratione & sensu instructus, pro vario vsu euadit nunc
      - *Dogmaticus, Rationalis*, naturæ rationem habens, causas morborū inquirens: signis ad illorum inuentionem vtitur, curationem capit à contrario, prout causæ exigunt.
      - *Empiricus*, solo experimento nitēs, omni posthabita indicatione. Contentus aūt est obseruatione in accidentibus, per eorum quæ admouentur experientiam facta, & historia priūs expertorum vtitur: tum à compertis ad incomperta, sed similia secundū apparētē speciem transit. Credit & vetustissimis, qui rerum per experimēta sibi obseruatarum historiā, memoriæ mandarunt. Vtitur etiam à simili transgressu ad ea, quæ nondū explorauit, cum similia specie, quæ ad manum est, apparent.
      - *Methodicus*, communitatibus tantùm adhærens. Omnes enim particulares affectus ad generales tres reducit, aut astrictū, aut laxū, aut ex his cōpositū, quas cōmunitates vocat. Vnicā autē esse indicationem, quæ ab affectu desumeretur, ab astrictis naturalibus excrementis laxationem, à laxitate astrictionem, ab vtrisq. mixtam curationem: contemnit tamen indicationem, quæ sumitur à temperatura, ætate, aut parte affecta, &c.
    - *Finis*, qui vel respectu
      - *Vniuersalium, Cognitio & Theoria est*, quæ de causis siue ipsis Principiis agit.
      - *Particularium, Actio & Practica* est, quæ de Principiatis tractat.
  - *Minùs* generalia, quæ maximè vniuersalibus subiiciuntur: hoc ad considerationē theorematū. Quare theorema est vniuersalis cōceptus, ex singulariū rerum obseruatione natus. Res aūt aliæ sūt
    - *Simplices*: veluti causę compositarum rerum, tanquā effectum. Causarū theorematū alia sūt
      - *Internarum*: videlicet
        - *Materiæ* subiectę, corporis scilicet humani, Φυσιολογικὴ dicitur, q̄ tractat de humani corporis
          - *Causis*
            - *Materiali*
              - *Remota*: nimirum de
                - *Elementis.*
                - *Semine.*
              - *Proxima*, de
                - *Humoribus.*
                - *Membris.*
                - *Spiritibus.*
            - *Formali*: scilicet de *Temperamentis.*
            - *Efficiente*: de *Facultatibus*
              - *Animalibus.*
              - *Vitalibus.*
              - *Naturalibus.*
          - *Effectibus*: videlicet *Actionibus*, quæ prouenium à causis prædictis.
        - *Formæ*, qua differt Medici considerationis ab omnium aliorum artificū consideratione, Παθολογικὴ, quæ tractat de
          - *Salubritatis*
            - *Essentia*, quæ consistit in causis constituētibus.
            - *Accidentibus*, quæ symptomata impropriè dici possunt.
          - *Insalubritate* videlicet
            - *Morbi* natura, essētia, causis cōstituētib. in genere: de materia. f. & forma
            - De efficientibus Αἰτιολογικὴ agit.
            - *Accidentibus*, quæ *Symptomata* dicūtur.
      - *Externarum*: videlicet
        - *Efficientiū*, hoc est effectricū salubritatis & insalubritatis, Αἰτιολογικὴ, quæ causas, instrumēta docet. Hic ergo in genere de instrumētis istis, nō vt sunt salubria, vel insalubria, sed vt in genere in corp⁹ humanū agere possunt, siue salubritatē siue insalubritatem introducāt, siue hic diæta, siue pharmaca, siue chyrurgica. & sic Αἰτιολογικὴ in genere triplici
          - Διαιτητικὴ, de
            - *Aere, Cibo.*
            - *Potu, Motu.*
            - *Quiete, Somno.*
            - *Vigilia.*
            - *Insommio.*
            - *Animi affect.*
            - *Repetitione.*
            - *Inanitione.*
          - Φαρμακευτικὴ, de *Medicamentis.*
          - Χειρουργικὴ, de *Instrumētis Chirurgicis.*
        - *Finis*, qui vel est
          - *Cognitio*, & habetur per signa, Σημειωτικὴ, quæ tractat de *Signis.*
          - *Curatio.* Θεραπευτικὴ, generalem rationem intentionum & indicationum pertractans.
    - *Compositæ* ex simplicibus. Propterea etiam theoremata sunt composita, & causæ inter se mutuò componuntur. Ergo corporis humani habitus medico subiectus vel est
      - *Perfectè*
        - *Bonus* & salubris, quē Ὑγιεινὴ persequitur.
        - *Malus*, & insalubris, Θεραπευτικὴ.
      - *Imperfectè* salubre, & insalubre: neutrū dicitur, Προφυλακτικὴ dici potest, nomine speciei ad genus trāslato. nam species huius sunt Ἀναληπτικὴ & Προφυλακτικὴ propriè dicta.

# TOTIVS OPERIS DIVISIO.

*Prolegomenis istis in hunc modum prima tabula expeditis, totum opus in duos libros distribuemus, in quorum primo de rebus simplicibus siue causis compositarum rerum, in secundo de compositis siue principiatis agemus. Cæterùm primum librum in partes quatuor secabimus, in quarum prima* ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in secunda* ΠΑΘΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in tertia* ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in quarta* ΣΗΜΕΙΩΤΙΚῊΝ, *&* ΘΕΡΑΠΕΥΤΚῊΝ *persequemur. Secundum verò librum in tres diuidemus partes, in quarum prima* ΥΓΙΕΙΝῊΝ, *in secunda* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚῊΝ, *in tertia* ΠΡΟΦΥΛΑΚΤΙΚῊΝ *tractabimus.*

## LIBRI PRIMI PARS PRIMA.

## De Elementis in genere.



B. *Elementorum differētiæ à quantitate ſūptæ, ſūt aut*

- *Vnum*
  - *Immobile*
    - *Finitum*: vt Parmenides Eleates.
    - *Infinitū*: vt Meliſſus Samius.

    *Inter* hos Xenophanes Colophonius Parmenidis præceptor collocatur, qui omne quod eſt, ſtatuit vnum, neq. finitum neq. infinitū, nec mobile nec immobile facit. Hoc deum eſſe probat.
  - *Mobile*
    - *Finitum*. Sic ſtatuerunt quidam
      - *Aquā*, Thales Mileſius & Hipon, quia calor humido quaſi vehiculo fertur. Quæ intereunt, priùs arefiunt, atque omnium ſemen genitale humidum, omnium cibus ſucci plenus. Cùm igitur omnia humido nutriti viderent, in eā opinionem, quam dixi, venerunt. Thales primus fuit, qui apud Græcos hanc tractationē principiorum inſtituit, artem nauticam edidit, præterea nihil.
      - *Ignem*, Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius.

      *Contra* hos eſt validiſſima Hippocratis ratio, in libro de Natura humana
      - *Si* homo vnum eſſet, non doloret.
      - *Sed* dolet.
      - *Non* ergo eſt vnicum humani corporis elementum.

        Aſſumptum probatur.
      - *Quæ* dolent omnia alterabilia ſunt, & ſenſu participant.
      - *Sed* ſi homo eſſet vnum, id non haberet has duas conditiones.
      - *Non* ergo doloret.
      - *Nam* quod dolet, alterationē patitur à re dolorem inferente, quoniā dolor paſſione fit. Si igitur dolor alteratio eſt: dolens ergo homo patietur & alterabitur. Hominem autem alterari ſi vnū ſit, eſt impoſſibile. Nam omnis alteratio à cōtrario fit, & id elementū quod humanum corpus conſtituit, conſtituet vniuerſa alterabilia & alterantia, Non erit itaq. in vniuerſo contrariū. neq. à quo homo alterationem ſuſcipiat. Quare vnicum humani corporis elementum non eſt.

        Porrò ſecundò ſic probat placitum ſuum Hippocrates.
      - *Si* homo eſſet vnicum & doloret, vnica eſſet curandi via.
      - *Sed* non eſt vna tantùm via curationis.
      - *Non* ergo eſt vnicum, & dolet homo.

        Conſequentia ſic probatur.
      - *Nam* ſi homo vnum eſt, vnam habēt homines ſanitatem.
      - *Ad* vnam autem ſanitatem vna tantùm via eſt.
      - *Erit* ergo vna tantùm curationis via.
      - *Quoniam* ſi vna ſanitas eſt, vnicus tantùm erit morbus: & inter duo contraria vnica tantū eſt via, qua ſanitas in morbum migrat, & qua à morbo ſanitas reſtituitur. Quòd autem non ſit vna curandi via, conſtat. Nam eſſet quoq. vna curationis ſpecies, quod non eſt. Quidā enim calefactione, quidā refrigeratione, quidam humectatione, quidam exiccatione, & quidam ablatione, quidam adiectione curantur. Non ergo homo eſt vnicum elementū, neque vniuerſa generabilia ex vno tantùm conſtituta ſunt elemento.
    - *Elementum* infinitum, quod neq. aqua neque ignis, &c. ſed alterius naturæ corpus, Anaximander Mileſius Thaletis ſucceſſor. Senſit hic generationem mutua elementorum alteratione minimè fieri, ſed ſegregatione contrariorum per motum ſempiternum.
    - *Infinitū*. Sic poſuerunt
      - *Naturam* quandam certam, quam Aerem vocauit, eamque infinitam, Anaximenes Euriſtrati Mileſius Anaximādri ſocius & amicus. Hic res omnes raritate & denſitate ſecundum ſubſtātiam differre tradit, & ignem rarum, ventum denſum, denſiorem nebulam, hac aquam, aqua terram, & hac lapides, &c.
      - *Aerem* eſſe infinitum & ſempiternū, vniuerſi naturam, ex cuius raritate & denſitate atq. affectionum ſuarum mutatione aliarum rerum formas gigni, exiſtimat Diogenes Apoloniates, qui multa ſecundum Anaxagoram, multa quoque ſecundum Leucippum ſcripſit.
- *Plura*: & vel ſpecie
  - *Eadē*. Hoc modo ſtatuit
    - *Atomos*, Leucippus Eleates, ſiue Mileſius, illiſq. figuras, & ſine hac nihil hoc magis, quàm illud eſſe putaret, tribuit, generationem ſempiternam eſſe voiuit. Tam ens quàm non ens, id eſt, tam plenum quod ens vocauit, quàm vacuum, quod non ens arbitratus eſt, inter principia connumerauit. Huius ſocius fuit Democritus Abderites, qui ſimiliter inane & plenum, id eſt, idem quod Leucippus ſtatuit. Item Epicurus & Metrodorus Chius cum his conſenſiſſe iudicati ſunt.
    - *Corpuſcula* manantia, fragiliáq. & inuiſibilia foraminā, vel incompacta corpuſcula, Græci ἀτόμους ὄγκους appellant, Aſclepiades.

    *Contra* hos eſt Galeni ratio in libr. de Elementis
    - *Si* homo ex atomis aut incompactis corpuſculis conſtaret, inde fieret hominē non doliturū, vbi acu pungeretur caro. Nam aut acus vnum tangeret corpuſculum, aut plura. ſi vnum, & id indiuiſibile atq; impatibile eſt: non ergo diuidetur aut patietur acu punctum. Quòd ſi duo aut plura acus tetigerit, nullū eorū alterabitur: ergo neq. totū. Quod enim cōpoſitū eſt ex impatibilibus, impatibile eſt. Numerū enim mutat, non rei naturā: quēadmodum vbi quis duos digitos contiguos ſeparans, dolorem non infert, ita qui duo impatibilia ſeiunxerit, nullum dolorē inferet: & quemadmodum vnum ipſorum impatibile eſt, omnia erūt impatibilia, neq. à cauſis alterantibus alterabuntur. indiuiſibile verò inalterabile eſſe conſtat: quoniam qualitas extenſa eſt, & ſubiectum exigit extēſum. Hinc fit, corpus humanum neq. ex atomis, neq. ex incompactis corpuſculis conſtare, neque etiam ex ſimilaribus particulis. Quoniam ſi ex impatibilibus conſtaret, non doleret: dolet autem: ergo nō ex impatibilibus.
  - *Diuerſa*, & vel
    - *Impatibilia* ſiue immutabilia. Sic poſuit
      - *Conſimilia*
        - *Anaxagoras* Clazomen. Anaximeni conſentiens.
        - *Archelaus* Athenienſis Socratis amicus, Anaxagoræ diſcipulus
      - *Elementa* quatuor. Empedocles Agrigētinus. Fuit hic paulò pòſt Anaxagoram. Parmenidi propinquus & æmulus.

      *Patibilia* ſeu mutabilia. Verùm cùm ſuperiores opiniones omnes ex Hippocratis & Galeni ſententia ſint exploſæ, hanc poſtremam veram eſſe conſtat, nempe corporis plura eſſe elementa, non vnicū, & hæc quidem patibilia.

C. *Elementorũ passibilium seu mutabiliũ differẽtiæ in specie: non solùm corporis humani, sed & rerum omnium quatuor numero elementa, nec plura, nec pauciora oriuntur: quorum duo*

*Superiora*, (quę sua innata leuitate ac raritate sursum feruntur) videlicet

*Aer* qui est anima & spiritus calidus & humidus (alij natura frigidum tradunt) tenuis, inani similis: locũ sub igne continens. Huius esse in generatis iuuat rarificando, alleuãdo & subtiliando. Hic enim vitalis est, & per cuncta rerum meabilis, cuius vi suspensa cũ quarto aquarũ elemẽto, medio spatio terra tenetur. Est quidẽ aer aqua duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior. Cæterùm huius partes seu regiones tres sunt inter se dissimiles: videlicet

*Ignis*: huius differentiæ seu totius natura sumitur à

*Causis*

*Internis*: videlicet

*Materia*. Sic Ignis elementum aereum est.

*Forma*. Sic Ignis calidus & siccus est.

*Externis*: nempe fine seu officio. Sic ignis præstat iuuamentum, vt

*Matures.*
*Subtiliet.*
*Permisceat.*

*Accidẽtib.* videlicet

*Qualitate*. Sic ignis est

*Subtilis, Purus.*
*Simplex, Tenuis.*
*Clarus*, vt oculorum obtutum effugiat.

*Quantitate*. Sic ignis aere est

*Duplo* rarior.
*Triplo* mobilior.
*Quadruplo* acutior.

*Loco*. Sic ignis

*Ex* elementis summum est.

*Locum* tenet à Lunæ orbe.

*Suprema*, quæ igni est vicina & cõtigua, tranquilla, ab igne & stellis calida, pura, rara & lucida, ad motum ignis (vnde & magis calefit) circumducta: ibi nec venti, nec pluuia. Ad hãc partem virtute Solis & aliorum astrorũ à terra calidæ & siccę exhalationes per mediã aeris regionem feruntur. Hinc ignea multa & flammea generantur, quę varias ardentiũ formas referunt, quarum alia

*Maior*: vt sunt Cometæ, quas nostri crinitas, horrẽtes crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidas, vocant. Diu durant, ita vt breuissimum quo cernerentur spacium, septem dierum annotatum sit, longissimum verò octoginta. Mouentur autem alij errantium modo, alij immobiles hærent. Omnes ferè sub ipso Septentione, aliqua eius parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit & simul plures cerni. Ventos autem ab iis graues, idem æstus, morbos, magnásque calamitates significari. Fiunt & hybernis mensibus, & in Austrino polo, sed ibi citra vllum iubar. Sparguntur aliquando & errantibus stellis cæterisque crines. Sed Cometa nunquam in occasura parte cœli est, terrificum magna ex parte sydus, ac non leuiter piatum.

*Minor*: Sunt cæteræ ardẽtes figuræ q̃ consumpta materia, celeriter euanescunt: vt

*Flammæ.*
*Capræ.*
*Trabes.*
*Candelæ.*
*Lanceæ.*
*Pyramides.*
*Virgulæ.*
*Scintillæ.*
*Columnæ.*
*Stellæ* deciduæ.
*Hiatus.*
*Voragines.*
*Lumina.*
*Colores* diuersi.

} *Quæ* noctu apparent.

*Media*, quæ à regione ignis est semota, nec terrę proxima, frigida, tenebrosa, ac dæmonum siue aerearum potestatũ habitatio caliginosa. Hæc cùm longiùs à suprema regione absit, plurimum alget, vt ex circumstante frigore res multæ hoc in loco sistantur, cogantur, fabricentur, atque demittantur in ipsam terram: & id in frigidis regionibus longè frequentius. Nam in calidis, sol adurens multa consumit atque dissipat. Quam ad rem magnas nubes cogi videmus, quæ nobis cœlestia tanquam alio tegumento obscurant. Et hęc vel excitantur ex

*Terra*: vt fumi, vapores seu exhalationes calidæ & siccę, quę à circũfuso nubium vapore, & frigore conclusæ retinentur. Inde fit aut

*Tonitru*, nempe cum siccam exhalationmm vapor, virtute solis ad mediam aeris regionẽ elatus, circundat, & in nubẽ inspissatur. Huius frigus, dum exhalatio inclusa sentit, se contrahit, fortificat, contra latera nubis impellitur, inflammatur, & exitũ non inueniens, violẽter nubem rumpit. Maximè aũt dum hanc nubẽ alia superior cõprimit, & inferior fortiùs resistit. tunc enim exhalatio nondũ inflammata nubem scindit, & in exitu ex vehementia motus incenditur. Hunc sonũ Tonitru, & hanc incensionem Coruscationem appellamus. Licet autem simul fiant, aut Coruscatio post sonum (si exhalatio non in nube, sed exeundo in flammatur) priùs tamen ignem quàm sonum percipimus, propter visus subtilitatem.

*Fulmen*, quod nonnunquam exhalatio sulphurea venenosa dicitur, violenter è nube depulsa, impetu suo & vi penetratiua & subtilitate arbores scindens, animalia interficiens, & metalla & cætera resistentia demoliens atque consumens. Quæ si grossior fuerit, resistentia corpora adurit, conglobatior verò dissipat.

*Aqua*: sunt crassi ac densi vapores humidi ac tepentes: itavt frigore aliacogãtur

*Minùs*: vt sunt Nubes, q̃ dissolutę pluuias fũdunt, & eas aut

*Remissiores*: cũ guttæ frequentes sensim decidunt, quæ Imbres dicuntur.
*Vehementiores*, & maiores impetus: & Nimbi appellantur.

*Magis*: vt sũt concreti & glaciati humores, qui concrescunt interdum in regionibus

*Calidis*, per diuersa tempora: vt est Grando, quæ ex conglaciato imbre gignitur, & interdiu sæpius quàm noctu cadit, celeriùs quàm Nix resolutur.

*Frigidis*, per hyemẽ: vt est Nix: gignitur quoque ex conglaciato imbre.

*Infima*. Vide signum D.

*Inferiora*. Vide inferius signum E.


Infima aeris regio est superficiei aquæ & terræ cõtigua, à radiis reflexis calida & illuminata. Hoc tamen diuersis anni temporib. nõ eodem modo contingit. Nam Sol in signis Septentrionalib. terrã directiùs respicit, radii ad angulos minores reflectuntur, hinc & calor augetur, vt nonnunquam exhalationes cõsumat. Sole autem Meridionalia signa perlustrãte, oppositum accidit, & quandoq. frigus tam vehemens, vt terræ poros, ne quid exhalare queat, constringat. In Vere aũt & Autumno, dũ Sol Aequinoctio appropinquat, hęc tẽperatè se habẽt. Porrò in hac parte varia quoq. pro diuersa exhalationum ratione generantur. Nam si exhalatio fuerit
Humida, & anni tẽpus
Temperatum, cuiusmodi est Ver & Autumnus, fit
Ros, cum scilicet vapor humidus tepens per frigus nocturnum condensatur, & in aquam resoluitur. Non cadit nisi serena nocte, & circa crepusculum: tunc enim infima regio frigidior est.
Manna: nimirum, quando vapor humidus aereus viscosus & dulcis in rorem resoluitur: qui cum Solis calore decoquitur, aquositas consumitur, reliquum ad modum sacchari in foliis relinquitur.
Nebula.
Caligo.
Intemperatũ, qualis est Hyems, principiũ Veris & finis Autũni, generatur
Pruina, quæ ex rore gelido gignitur.
Glacies.
Siccaque aut
Ignea atque incensa: vt
Draco volans, cùm scilicet exhalatio multa fuerit & inæqualis in subtilitate, crassius autem in medio similitudinẽ facit ventris, cuius vnũ extremorum caput, aliud cauda iudicatur: & si circa vnũ extremorum nubes frigida fuerit, ipsum ex nubis humore fumat.
Ignes excurrentes
Gemini
Castor & Pollux
Salutares & prosperi cursus prænuncii sunt. Hominum quoq. capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent. quorum aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamque Helenam.
Soli: vt Helena.
Aerea, vt est Ventus, qui est exhalatio calida & sicca, lateraliter circa terrã mota. Cùm enim calida sit, aeris regiones transire conatur: frigus autem mediæ regionis obuians, eam deiicit, quæ ratione caloris iterum ascẽdit, & rursus à frigore cum impetu versus terrã deiicitur. propter calorem aũt, quo semper in altiora tendit, similiter & propter aliarum exhalationum occursum, nõ directè versus faciem terræ, sed lateraliter mouetur. Sunt autem Venti
Generales quatuor, quorum cuique bini collaterales adiuncti, ita vt numero sint duodecim, quorum alij fiant ab
Aequinoctiali parte
Ortus, Subsolanus, calidus & siccus. Huius collateralis versus
Septentrionem, Hellespontius, siue Caecias.
Meridiem, Vulturnus siue Eurus.
Occasus, Fauonius seu Zephyrus, frigidus & humidꝰ cuius collateralis versus
Meridiem, Aphricus seu Libs.
Septentrionem, Argestes, Olympias, Sciron, Caurus, seu Corus.
Vtriusq. poli oppositis partib. vt à
Meridie, Auster siue Nothus calidus & humidus, obnoxius, cui assidet versus
Orientem, Euro auster siue Euronothus, siue Phœnicias.
Occidentem, Euroaphricus siue Libanotus.
Septentrione, ipse Septentrio, qui etiam Aparctias dicitur, frigidus & siccus omniũ salubberrimus, cuius collateralis versus
Orientem, Aquilo siue Boreas.
Occidentem, Circius.
Speciales, quorum multò plures in magnis nauigationibus à nautis deprehensi, secundũ quos velos regere nouerunt. Hi pro locorum atq. gentium ratione variis nominibus distincti, vtxxxij. numerum impleãt. Sunt & Venti
Prouinciales, & quorundã locorũ peculiares, mitiores, qui semper aut Sole occidente, aut oriẽte flant. Ex horũ quoq. genere sunt, qui à terra in mare perflant, Apogei à nautis appellati. Hi minùs puri & salubres sunt generalibus ventis.
Repentini, & furentes: idque
Typho, fit dum exhalatio vnctuositatis non omnino expers, in nube concluſa, per foramen egreditur, & pars egressa à terra resiliens ratione caloris reascẽdit, parti alteri descendenti circulariter inuoluitur, arbores quandoque eradicat, tecta deiicit. Si verò exhalatio tota simul à nube egressa, & frigore versus terrã proiecta accenditur, domos aut villas consumit, & à quibusdã Ecnephias dicitur.
Supra terras q. fũt à nubibus deiecti. vt
Turbo, cũ scilicet duo venti oppositi æquè fortes concurrunt, aut vnus à resistente fortiter reperciutitur, aut descendens de aere superiori aliũ à terra ascendentem ventum obuiam habuerit, per gyrum inuoluuntur, pulueres, paleas, &c. eleuant.
In ipsis præaltis terrarum recessibus exhalationes conceptæ, & conditus nonnunquã ventis ingressæ, cum liberum exitũ quærũt, easdem ita graniter concutiunt, vt cœlo tranquillo discedant: idque Terræmotus appellatur.

E. *Elementa inferiora, (propter grauitatē deorsum feruntur) sunt duo, videlicet*

- *Aqua*, quæ frigida & humida est, terrā vni ni uersam continuato aere, circūfluo mari, cingit. Huius esse in generatis, iuuamentum præstat figurando, lineando & temperando. & est terra duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior. Hanc quidam per occultos terræ meatus à mari exire, rursus in alia parte illabi affirmant. Nonnulli verò mare flumi nibus auctum, rursus cōtinuo solis & aliorū astrorum feruore, per eleuationem vaporum minui asserūt. Cætertùm aquarū aliæ
  - *Stabiles*
  - *Fluxibiles*, quæ in montibus potissimùm, propter eorum frigiditatem & humiditatem generātur, & valles pererrant, & eæ sunt aut
    - *Minores*: vt *Fontes*, nempe cum vapores terræ inscissuris, & cauernis montium in aquā resoluuntur, & guttatim distillant, quæ vndiquaque in loco bassiore confluentes, tandem erumpentes, fontem faciunt. *Riuuli* & Amnes: ab isdem causis, plerunq. à diuersis loci s fontanis & pluuiis, originem ducunt.
    - *Maiores*: vt
      - *Torrentes*, qui ex pluuiis & colliquefacta montium niue rapidè feruntur.
      - *Flumina*, quorū causæ eædem sunt, quæ & fontiū & riuorū. Flumē equidē fontiū & riuorū concursus est. Vnde alii
        - *Asiam* ab
          - *Asiam* ab *Europa* diuidunt: vt Tanais.
          - *Africa* disiungunt: vt Nilus.
        - *Hispanias* alluunt: vt
          - *Tagus.*
          - *Iberus.*
          - *Ana.*
        - *Italiam* alluunt: vt
          - *Padus*, Atesis.
          - *Armus*, Tyberis.
        - *Galliæ*: vt
          - *Rhodanus*, Garumna.
          - *Ligeris*, Sequana.
        - *Germaniæ*: vt
          - *Rhenus.*
          - *Albis*, &c.
        - *Pannoniam*, Daciam, Mœsiam alluunt: vt *Danubius.*
        - *Thraciam* alluunt: vt *Hebrus.*
        - *Sarmatas* alluunt: vt *Boristhenes.*
        - *Asiæ*: vt
          - *Euphrates*, Tigris.
          - *Indus*, Ganges.
  - *Terra.* Vide in sequentibus signum F.

- *Salsæ*: vt Mare, principium & corpus totius aquæ, sicut & aliorum elementorū est. cōgregata moles & principiū propter multitudinē. Quapropter & fluuios nō solùm in hoc, sed & ex hoc aiūt quidam fluere. Colatū enim fieri, quod salsum est, potabile. Salsedinē autē maris ex permixtiōe sicci terrestris adusti, virtute solis eleuati, atq. vaporibus humidis mari incidentib. prouenire, Flumina quoq. si quæ de mari egrediūtur, per arenā & terrā colata, nō amara, sed dulcia ad nos perueniūt, & dulcia, cōtinuò reintrantia resistūt, ne mare semper amarius & magis salsum fiat. Sūt tamē qui ipsum à primordio amarum creatū asserūt. Causa aūt fluxus & refluxus maris ad lunam, humidorū domi natricē, referenda est. Mare autem aliud est
  - *Dulces*: atque hæ collectæ aut
    - *Arte* vt
      - *Putei.*
      - *Cisternæ.*
      - *Piscinæ.*
    - *Natura*, in locis concauis
      - *Paludes.*
      - *Lacus.*
  - *Inter num & vel*
    - *Europā* ab Aphrica diuidit, quod Mediterraneum appellatur, varis nominibus distinctum: vt versus
      - *Italiam*
        - *Ibericum*, Gallicū, Ligusticū.
        - *Thuscum*, aut Tyrrheum.
        - *Sardoum*, Adrianum.
      - *Græciā*: vt
        - *Ionium*, Mytoum, Creticum.
        - *Aegeum*, Inde ad Septētrionēs
          - *Hellespontus.*
          - *Propontius.*
          - *Pontus* Euxinus.
          - *Mœotis* palus, &c.
      - *Asiam*
        - *Maiorem*, Syriacum.
        - *Minorem*: vt
          - *Lycium.*
          - *Carpathium.*
          - *Pamphilium.*
      - *Africam*: vt
        - *Aegyptium.*
        - *Libicum*, Punicum.
        - *Numidicum*, Pharium.
    - *Asia* concluditur: vt Caspium.
  - *Externum*, Magnum, Oceanus dicitur, terrā circumfluēs, atque pro diuersa inhabitātiū ratione, varia quoque nomina sortitur: vt Mare aut
    - *Orientis*
      - *Indicum*, Eoum.
      - *Iauicum.*
      - *Magellanium.*
    - *Occidentis*
      - *Gaditarum.*
      - *Atlanticum.*
      - *Sinus*
        - *Hesperius.*
        - *Aphricæ* magnus.
    - *Meridiei*
      - *Caput* bonæ spei.
      - *Prassodum*, Aethiopicum.
      - *Sinus*
        - *Barbaricus.* Arabicus, Persicus.
        - *Paragonius*, Canthius.
        - *Gangeticus*, Magnus.
    - *Septentrionis*
      - *Concretum*, Glaciale.
      - *Scythicum*, Hyperboreum.
      - *Sarmaticum.*
      - *Germanicum.*
      - *Britanicum.*
      - *Aquitanicum.*
      - *Cantabricum.*

F. *Terra*

F.

*Terra* frigida est & sicca, densa, solida, grauis, obscura & rotunda, firma, stabilis & immobilis, cuius locus naturalis in medio totius existit. Inde rerũ naturalium subiectarum solidum est fundamentum, atque materia: vt eadem terra sit vni homini præparatum domiciliũ quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper. Est quidem hæc benigna, mitis, indulgens, vsusque mortalium semper ancilla. Huius esse in generatis, præstat ad retentionem & fixionem faciendam, & ad conseruandas figuras & formas. Porrò orbis terrarum vniuersus distribuitur in

- *Insulas*, quæ circundantur mari vel
  - *Interno*: vt
    - Sicilia.
    - Corsica.
    - Sardinia.
    - Baleares.
    - Corcyra.
    - Lipara.
    - Melita.
    - Eubœa.
    - Lesbos.
    - Creta.
    - Rhodus.
    - Cyclades.
    - Sporades.
    - Cyprus.
  - *Externo*, siue Oceano: vt
    - Hybernia.
    - Islandia.
    - Britannia.
    - Orchades.
    - Gades.
    - Cassiterides.
    - Fortunatæ.
    - Hesperidum.
    - Scoria.
    - Zaylon.
    - Madagascar.
    - Tabrobana.
    - *Iaua*
      - Maior.
      - Minor,
    - Zypangri.
    - Monlucæ.
- *Continentem*, quæ vulgò Terra firma appellatur. Hæc cõmodè in duas diuidi partes poterit
  - *Occidentẽ*: cuius pars est vel
    - *Septentrionalis*: vt est Europa, altrix victoris omnium gentium populi, longeq; terrarum pulcherrima. Huius autẽ populi sunt partim
      - *Maritimi*, quorum regio mare aliqua ex parte contingit: atq; ij positi vel in
        - *Orientem*: vt
          - Græci & Achæi.
          - Peloponnesij.
          - Thraces, Scythæ.
        - *Occidentem*: vt Hispani.
        - *Septentrionem*: vt
          - Germani.
          - Galli.
          - Sarmatæ.
          - Cymbrica Chers.
          - Taurica Chers.
          - Scandia Chers.
        - *Meridiem*
          - Itali.
          - Illyrij.
          - Dalmatæ.
          - Epirotæ.
          - Macedones.
      - *Mediterranei*, quorum regio est à mari remota: vt
        - Pannones.
        - Iazyges Metanastæ.
        - Daci.
        - Mœsiam superiorem incolentes.
    - *Meridionalis*: vt est Africa, quam Græci Libyam appellauere: cuius populi sunt
      - *Mariti*mi: in
        - *Orientem*: vt
          - Aegyptii.
          - Troglodítæ.
          - Aethiopes.
          - Melindæ.
        - *Occidentem*: vt
          - Atlantes.
          - Mauritani.
          - Getuli.
        - *Septentrionem*: vt
          - Numidæ.
          - Afri
          - Cyrenæi.
          - Marmaridæ.
        - *Meridiem*: vt
          - *Agisymba* regio.
          - *Gazati* noui populi, atque ad caput bonæ spei.
      - *Mediterranei*: vt
        - Garamantes.
        - Nigritæ.
        - Libyes.
        - Aethiopes interiores.
        - Blemmiæ.
    - *Orientem* Vide in sequentibus sub signo G.

G. *Continens* terra Orientalis Asia est
- *Minor*: cuius populi sunt
  - Pontici, Bithynij, Mysij, Phryges.
  - Lydij, Iones, Carij, Lycij.
  - Lycaonij, Pamphylij, Cilices, Paphlagonij.
  - Galatæ, Cappadoces, Armenij.
- *Maior*: hanc inhabitant gentes
  - *Maritimæ*: in
    - *Orientem*: vt
      - *Sinæ* regionis. *Indi* extra Gangem.
      - *Scythæ* extra Imaum.
      - *America*, & nouus orbis, Insula primùm habitata.
    - *Occidentem*: vt
      - *Syri*, Palæstini.
      - *Asiæ* minoris.
      - *Colchitis*.
    - *Septentrionem*: vt
      - *Scythæ*.
      - *Sarmatæ* Asiani.
      - *Seres*.
    - *Meridiem*, vt
      - Arabes, Persæ, Susij.
      - Carmanij, Gedrosij.
      - Indi intra Gangem. Malacha.
  - *Mediterraneæ*. vt sunt
    - Armeniæ maioris.
    - Assyrij, Mesopotamiæ Babylonij, Medi, Parthi.
    - Hyrcani, Hargiani, Bachtrianij, Sogdiani.
    - Sacæ, Paropanisadæ, Arij, Drangani, Arachusij, &c.

PINGVEM *terram vt dignoscas, paruulam glebam dulci aqua conspergè & subige: si glutinosa est & adhæret, constat illi inesse pinguedinẽ. Rursus effossa scrobe, eademq; terra repleta, si terra dehiscat, exilis est & macra: si prominet, pinguis, media, si mediocris. Cardanus de Variet. rerum.*

# De Semine, in genere.

*Semen* est excrementum vtilis & vltimi alimenti: vel est substantia genita ex vtili & vltimo alimento viuentis, potestate, aut actu continens ipsum viuens. Generatur ex sanguine superfluo, qui per arteriam & venam ad vtrumque testem descendit, non recto itinere (vt in masculis) sed anfractibus in quibus paulatim albescit, tum demum vbi iam ipsos testes attigerit, seminis substantia in ipsis manifestè apparet. Huius differentiæ sumuntur à

- *Qualitate*. Sic semen
  - *Prolificum*
    - *Calidum* & humidum.
    - *Album*, crassum, lentum & spumosum.
  - *Sterile*
    - *Tenue*.
    - *Crassum*.
- *Quantitate*. Sic aut
  - *Multum*, siue in sufficiente quantitate prolificum est.
  - *Paucum*, sterile.
- *Loco*. Sic semen in testibus & vasis seminalibus tam virorum quàm mulierum nascitur. Trahunt testes seminarium illum humorem à vasorum anfractibus antè ipsis præparatum, cuius deinde qualitate percepta, suaq; eodem tempore communicata, quod superuacaneũ est, in meatus seminales reponunt. Hi postea id in cortibus foras excernunt, &c.
- *Tempore* anni. Sic semen in
  - *Vere* copiosius est.
  - *Æstate*, paucum & calidius.
  - *Hyeme*, mediocre in quantitate, & in qualitate humidius.
  - *Autumno*, paucum & siccius.
- *Ætate*. Nam in
  - *Pueris*
    - *Paucum*, vel nihil seminis adest.
    - *Sterile*.
  - *Adolescentibus*
    - *Copiosum*.
    - *Multum*.
  - *Iuuenibus* seu Consistentibus
    - *Multum*.
    - *Fœcundum*.
  - *Senibus*
    - *Paucum*.
    - *Infœcundum* nonnunquam.
- *Sexu*. Sic semen in
  - *Masculis* incipit generari ab anno 14. ad 65. vel 70. & tum temporis vox eis mutatur: testes maiores fiunt: pili in pube nascuntur.
  - *Fœminis* incipit ab anno 14 vsque ad 45. vel 50. & tum temporis mammæ augentur, pili in pube nascuntur, menses erumpunt.

De Hu-

# De Humoribus in genere, & ſpecie.




A. Humo-

A. *Humorũ alij generã tur à calore im moderato in defectu: & vel*

- *Naturali: fit*
  - *Pituita*, generatur in ventriculo,
    - *Frigida* & humida eſt
    - *Alba*, inſipida, & omnis qualitatis expers.
    - *Articulos* iuuat.
    - *Partes* pituitoſas alit.
    - *Homines* reddit
      - *Pingues*, Albos.
      - *Somnolentos*, Segnes.
      - *Citò* ſeneſcentes.
  - *Atra* bilis, eſt fæx ſanguinis, in ſplene exuperans, fæci vini ſimilis,
    - *Frigida* & ſicca eſt.
    - *Ventrem* roborat atque famem excitat.
    - *Partes* terrenas, craſſas & duras nutrit.
    - *Homines* reddit
      - *Subdolos*, Auaros.
      - *Cogitabundos*, Triſtes.
      - *Animo* ſubmiſſos, Moroſos, Horribiles.
      - *A potu* abſtinentes, Saliua abundantes.
- *Præternaturali: fit Pituita*
  - *Acida*, cruda omnino eſt, & frigida, ſed non adeò vt Vitrea. Hæc in venis aut nullam aut exiguam coctionem accepit. Generatur enim acidus ſapor à calore mutante, ſed non vincente.
  - *Salſa*, hæc ex naturali inſipida putreſcente naſcitur. Aliquando etiam ex permiſtione ſeroſi humoris.
  - *Dulcis*, hæc paulò quàm naturalis eſt calidior, & fortaſſis naturæ nondum ingrata.
  - *Vitrea*, vitro fuſo haud diſſimilis, egregiè frigida & craſſa, dolores faciens, cum concluſa fuerit.
  - *Gipſea*, quæ non humor, ſed tophus potiùs, aut grando eſt, aut quæ in articulis gignitur, nonnunquam in pulmone & oculorum palpebris.
  - *Mucus*, qui Catharris deſcendit.

B. *Humores non ad neceſſitatem conferẽtes inutiles ſunt, & excremẽtitii. Sunt autem*

- *Vrina*, quæ eſt excremẽtum ſecundæ concoctionis, ꝙ fit in gibbo hepatis, renibus ſeparatum, & ad veſicam excretum: & eſt vel
  - *Naturalis, & vel*
    - *Optima* exquiſitè. Talis aũt eſt ſubſtãtia mediocri, nec aquæ modò tenuis, nec vt iumentorũ craſſa, atra, non turbida, colore ſubflauo. Quantitate media, & heſterno, ſuperiorũq; dierũ potui reſpõdẽs, aut aliquantũ parcior, quòd potus nõnihil in corpus abſumatur. Hypoſtaſis ſubſidet alba, leuis, æqualis, in acutũ faſtigiata Neq; craſſum quicquã ſubeſt, neq; bulla, neq; filamentũ, neq; eorũ quicquã, quæ inter mala referentur. Hæc niſi in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatiſſima eſt, & conſtitutione prorſus media, & verè quadrata.
    - *Non* optima, ſed mediocris, & per ſanitatẽ & citra morbũ immutata: cuius differẽtię ſumuntur ab accidẽtibus
      - *Intrinſecis*
        - *Complexione*
          - *Sanguinea*, in his vrina conſpicitur
            - *Ruffa*, cum rubedine tendente ad obſcurum.
            - *In* ſubſtantia mediocriter ſpiſſa.
          - *Cholerica* vrina
            - *Citrina*, *Ruffa*.
            - *Multum* colorata.
            - *Cum* ſubſtantia tenui.
          - *Phlegmatica*
            - *Alba*.
            - *In* ſubſtantia ſpiſſa.
          - *Melancholica*: vrina
            - *Albedini* vicina.
            - *Cum* quadam fuſcoſitate.
            - *Cum* ſubſtantia ſatis tenui.
        - *Aetate*. Nam vrina
          - *Puerorum*
            - *Albior*.
            - *Craſſior* cum copioſiore ſedimento.
          - *Iuuenum*
            - *Citrina* ad igneum tendens.
            - *Cum* ſubſtantia mediocri.
          - *Senum*
            - *Alba*.
            - *Tenuis*.
            - *Hypoſtaſis* pauca.
        - *Sexu*. Nam
          - *Virorum* magis colorata eſt quàm mulierum, & cùm mouẽtur, turbantur, & eorum turbatio ad ſuperiora aſcendit.
          - *Mulierũ*
            - *Prægnantium*, ad albedinem declinans, clara in ſuperficie habens nebulam, in medio verò eius hypoſtaſim ad modum coti carminati, in qua apparent quandoque granula aſcendentia & deſcendentia, quæ cùm moue tur, no conturbatur.
            - *Non* prægnantium ſubcitrina, ad albedinem cum turbulentia quadam, & notabili craſſitie declinans.
      - *Extrinſecis*
        - *Regione*, & aeris conſtitutione
          - *Calida*: vrina
            - *Coloratior*.
            - *Magis* inflammata.
          - *Frigida*:
            - *Alba*.
            - *Craſſa*.
            - *Sedimentum* multum.
        - *Anni* tempore
          - *Aeſtate*: vrina coloratior quàm aliis temporibus.
          - *Hyeme*: vrina remiſſior.
          - *Vere* & autumno, vrina medio modo ſe habens.
        - *Genere vitæ*
          - *Inedia*, *Ciborum* calidorum eſu, *Exercitio* nimio, *Vigiliis*, → *Vrinæ* coloratiores, & Sedimenta pauca.
          - *Frigidorum* ciborum eſu, *Somno* multo, *Crapula*, *Ocio*, *Inertia*, → *Vrinæ* albæ, craſſę, Sedimenta multa atque cruda.
  - *Præter naturam*. Vide ſignum C.
- *Sudores*.
- *Deiectiones*.
- *Excrementa* cutis.

C. *Vrina*

C. *Vrinæ* præter naturã differẽtiæ sumuntur à

- *Substantia*, cuius quatuor sũt differẽtiæ
  - *Tenuis*. Talis vrina sub iis tantùm coloribus inuenitur, qui ad rubrum procedunt, sub albo, pallido aureo, croceo ad rubrum vsq;. Nunquam enim cœrulea, liuida aut nigra tenuis apparet, Significat vel
    - *Imminutam* coctionem, natiuiq; caloris penuriam ex intemperie sola, citra humorum vitium.
    - *Venarum* obstructionem.
    - *Hepatis* debilitatem. *Immoderatam* potationem.
    - *Renum* vel vreterum obstructionem à calculo, grumo, pure, vel caruncula, &c.
  - *Crassa*, quæ non potest esse, nisi ob admixtionem alicuius crassefacientis, secundum variam humoris admixti naturam, & quantitatem, varias sortietur in crassitudine differentias: & significat ob crudorum humorum copiam vel
    - *Concoctionis* priuationem.
    - *Caloris* oppressionem.
  - *Clara*, splendida. seu perspicua, quam visus acies facile penetrat, quæ fit à spiritu & calore vel
    - *Naturali*. Talis significat
      - *Perfectam* & optimam coctionem.
      - *Humorum* bonitatem.
      - *Natiui* caloris summã vbertatem.
    - *Non* naturali: significat
      - *Cruditatem*.
      - *Igneum* calorem, qualis est in febrib.
  - *Turbida* seu obscura, per cuius mediũ non videmus, quæ fit à paucitate spirituum, & caloris innati: & semper à ratione caloris & spiritus vel magis, vel minus lucida vrina fiet. Hæc significat vel
    - *Affectum*
      - *Vesicæ*
      - *Renum*

      *In* quibus vel humoris est copia, vel vlcus, è quo cruor vel sanies, pus, aut mucus.
    - *Crassorum* humorum copiã in venis, quos difficile coquit calor innatus.
    - *Morbos* diuturnos & contumaces.
    - *Capitis* dolorem.
    - *Veternum*, & Lethargum, maximè si diutius perseueret.
- *Accidẽtib. intrinsecis*: videlicet
  - *Quantitate*
    - *Pauca*. Talis indicat vel
      - *Cibi* & potus paucitatem.
      - *Euacuationem* immodicam, siue per egestionem, siue per sudorem, &c.
      - *Renum* vel vreterum, vel vesicæ obstructionem, à calculo, grumo, pure, vel tuberculo.
      - *Retentionem* aquositatis in loco aliquo, vt in hydrope.
      - *Ingentem* caliditatem, humiditatem absumentem, vt in febribus.
      - *Caloris* & virtutis mortificationem, vt in morti proximis.
      - *Nimiam* frigiditatem, paralyticantem vesicam, vt in stranguria.
      - *Inflammationem* { *Ani* / *Colli* vesicæ / *Vreterum* } *Coarctantem* vesicæ collum.
      - *Humorum* cruditatem & compacitatem, qui difficulter secernuntur & permeant.
      - *Mutationem* potus in nutrimentum, quod extenuatis, & ex morbo conualescentibus frequens esse solet.
    - *Multa*: indicat vel
      - *Assumptionem* cibi multi & potus.
      - *Ingentis* aquæ copiam, quodam in loco tamdiu coercitæ, eruptionem, ab hydrope, vel multa cruditate prouenientem.
      - *Repletionem* multorum humorum in venis.
      - *Crisin*, per viam illam.
      - *Humorum* liquefactionem, vt in febribus incensiuis, & principio hecticæ, & tunc apparet vrina vnctuosa.
      - *Nimiam* renum caliditatem, aquositatem ad se attrahentem ab hepate, antequam digestio fiat in eo, vt est in diabetica passione: & tunc vrina est valde multa, aquosa, tenuis, vt in crapula.
      - *Medicamentorum* diureticorum assumptionem, vel vini aquosi, &c.
      - *Parnitatem* expulsionis aliarum superfluitatum, vel propter sudorem, vel egestionem.
  - *Qualitate*, quæ sumitur à
    - *Colore*. Vide in sequentibus signum D.
    - *Odore*
      - *Nullo*. Cùm vrina naturalis debeat habere aliquid bilis admistum, & per consequens bilis acrimoniam: indicabit talis vrina
        - *Maximam* frigiditatem.
        - *Concoctionis* diminutionem. Vnde alba talis solet esse vrina, & tenuis & obscura: quia in ipsa deficit actio debita caloris naturalis.
      - *Aliquo*
        - *Bono*, videlicet vrinæ conueniente, indicat cibum bene concoctum.
        - *Malo* siue fœtido, qui prouenit vel à
          - *Membro* putrefacto, per quod pertransit vrina, quod cognoscitur ex dolore & aliis signis.
          - *Putrefactis* humoribus, vnde in maximis putrefactionibus, vt in febribus pestilentialibus vrinæ & excrementa fœtidissima reddantur: & hæc semper intellige, nisi ab extrinseco contingat.

*Contentis*. Vide in seqq. signum E.

- D. *Vrinæ* qualitas sumitur, à colo tib. vel
  - *Externis* quorũ sunt duo
    - *Albus*, qui aquæ: nisi aut crystallo assimilatur atq; duplex est
      - *Priuatiuus*, id est sine admixtione alicuius substantiæ. Talis indicat vel
        - *Diminutionem* tam caliditatem vel per
          - *Resolutionem*: cuius signa sunt
            - *Plurimus* calor præcedens.
            - *Plurimæ* vigiliæ.
            - *Plurimum* ieiunium.
            - *Maxima* aliqua euacuatio, præsertim si corpus resolubile sit.
            - *Syncope*, &c.
          - *Suffocationem* ab
            - *Extrinseco*, vt
              - *Crapula* nimia.
              - *Ebrietate.*
              - *Victu* copioso præcedente.
              - *Exercitio* pauco.
            - *Intrinseco*, vt
              - *Humoribus.* Hinc est, quòd in omnib⁹ ægritudinibus præcedentibus ab humoribus, antequã appareat cõcoctio, quia quodammodo suffocatur calor à materia, vrinæ fiunt albæ & tenues, & prout concoquitur materia, & inualescit calor, vrinæ variantur.
        - *Obstructionem* summam iecoris & renum. Nam propter viarum obstructionem non potest colari, nisi pura serositas: materia verò tingens ipsam vrinam non potest transire, propter sui crassitiem.
      - *Positiuus*, id est cũ substantiæ alicuius mistione. Huiusmodi significat vel
        - *Pituitæ* dominium, & huiusmodi vrina alba perdurat, & sine fœtore est.
        - *Pus*, atque talis vrina fœtida est, & si dimittatur aliquantisper, pus residebit in fundo, & remanebit vrina à pure distincta alba, vt aqua.
        - *Semen*, & cognoscitur præter reliqua, à gonorrhæa præcedente.
        - *Partem* aliquã colliquatã. Omnes enim corporis particulę cũ sint albæ, nõ erit mirũ si vrinam albam efficiunt: & hoc discernitur ex fœtore, & eo, quia residebit in fundo pars colliquata: & cognoscitur facilè, an sit ex colliquatione totius, an renum: ex febre ardente colliquatiua, & in aliis signis tum huius, tum illius causæ.
    - *Niger*, qui assimilatur aquæ atramento commistæ. Fit etiam hic calor cum alicuius substantiæ permistione, vel ab
      - *Extrinseco* aliquo, vt cubito: aut sicut dicit Auicẽna, si quis tingatur extrinsecus, & oblinatur fructu Alkane, quod est ligustrum, florem ferens albũ, fructum nigrum.
      - *Intrinseco* aliquo humore nigro
        - *Fæce* sanguinis, quæ est humor melancholicus naturalis.
        - *Flaua* bile adusta.
        - *Sanguine* nigrefacto à
          - *Caliditate*, vt contingit in carbunculo, quod cognoscitur ex febribus, & morbis, & aliis causis calidioribus præcedentibus.
          - *Frigiditate*, vt contingit in liuore cutis, & gangrænis, & distinguitur ex eo, quòd præcesserit casus percussionis, & huiusmodi, vnde langus sit extra venas atrior factus, & cum vrina excretus.
  - *Medijs.* Medij colores fiunt ex mixtione humoris alicuius: & vel
    - *Pituitæ*, vel puris, vel seminis, &c. & secundum variam qualitatem & quantitatem humoris admisti, fitque color vrinæ vel
      - *Niueus*, qualis nix, & hic rarò admodum, vel etiam nunquam apparet. } *Hi* summam cruditatem indicant.
      - *Crystallinus.* } *Hi* summam cruditatem indicant.
      - *Aqueus.* } *Hi* summam cruditatem indicant.
      - *Lacteus*, lacti similis, qui etiam ipse rarò videtur.
      - *Glaucus*, qui cornu albo, lucido, vel coronæ tunicæ oculorum huic cornu comparatæ. Hic frequenter apparet, & fit à pituita, non bene concocta. } A summo albo non multùm recedunt.
      - *Charopus*, qui cinericio colari assimilatur. } A summo albo non multùm recedunt.
      - *Oleagineus*, propter admistionem pituitę subuirentis, non concoctæ, qualis frequenter videtur emuncta.
      - *Liuidus*: talis vrina fit: quando pituita ad vltimum gradum adustionis deuenit.
    - *Flauæ* bilis, quasi quis crocũ cũ aqua miscuerit, & hinc variæ colorum differẽtiæ oriũtur: videlicet
      - *Subpallidus*, qui iuri carnium semicoctarum similis existit.
      - *Pallidus*: hic colori paleæ frumenti, ex qua extrahitur de nouo granum, assimilatur.
      - *Subruffus*, hunc sequitur.
      - *Ruffus*, qui valde citrinus est, tendens ad aliqualem albedinem, cuiusmodi est color cerasi dulcis & maturi.
      - *Subflauus*: floribus cartami similis.
      - *Flauus*, colori castanearum bene maturarum, & à corticibus suis mundatarum, similis est.
      - *Rubeus, Purpureus.*
      - *Violaceus*, aut iridis, tendens ad quandam nigredinem, & fit ex administratione bilis adustę.
      - *Præsineus*, fit ex magis adusta.
      - *Aeruginosus*, qui ærugini æris assimilatur. *Cyaneus*, vel Isatidis.
      - *Niger*, ex bile torrefacta nigra reddita.
    - *Atræ* bilis, à qua oritur color
      - *Glaucus, Charopus.*
      - *Cœruleus, Liuidus.*
      - *Cyaneus Niger.*
    - *Sanguinis*, & fit color
      - *Loturæ* carnis similis.
      - *Sanguinis.*

IN *coloribus vrinarum semper obseruandum erit, an in melius, an in deterius processus in dies fiat. Hinc cognoscitur actio naturæ.*

CONTENTVM *in vrina est corpus aliquod extrinsecum (extrinsecum dico, quod non est de substantia ipsius) excrementum terreum superadditum aquositati vrinæ, generatum per sublimationem à calore moderato, vel immoderato.*

E. *Vrina* cõtentorũ alia occupãt

- *Locum* determinatũ, & vel in
  - *Extima*. Vide in sequentibus signum F.
  - *Corpore* vrinæ, certum locũ occupantia: & ea vel occupant locum
    - *Supremum* / *Mediũ* — *In* his conspicitur quoque
      - *Substantia*
      - *Quantitas*
      - *Qualitas*

      } *Non* aliter quàm in sedimentis, nisi quòd suspensum & nubes alba, leuis & æqualis minùs bona sint, quàm sedimentum album, leue & æquale.
    - *Infimum*, & sedimenta dicuntur. Huiusmodi autẽ variantur vel à
      - *Substantia*. Vide in seq. signum G.
      - *Quantitate*
        - *Multa*, quæ vel ob suppressionem
          - *Consueti* sudoris.
          - *Alui* deiectionis.
          - *Alterius* naturalis euacuationis.
        - *Panca*, propter
          - *Vigilias*.
          - *Inediam*.
          - *Exercitationem* immodicam.
      - *Qualitate*
        - *Figura*
          - *Leui* / *Aequali* — *Bonam* indicat concoctionem.
          - *Aspera* / *Inæquali* — *Malam* concoctionem ostendit.
        - *Calore*
          - *Albo*.
          - *Suppallido* / *Pallido* / *Rubro* — *Bilem* in venis abundare indicat, aut sanguinem vehementi incendio corrumpi.
          - *Liuido* / *Nigro* — *Vitalis* caloris extinctionem, vel corruptum sanguinẽ, atrúmue humorem significat.
  - *Nullum* certũ locum occupantia, sed per totum vrinæ corpus dispersa, vel
    - *Semper* perseuerant, & vrina, vt turbida mingitur, talis etiã permanet. Indicat nõ esse perfectã sublimationem, sed actionem fieri in materiam crassam & dẽsam, & permisceri humores. Quòd si huiusmodi vrina appareat
      - *In* morbi principio, pessimum est signum, tamen indicat multitudinem humoris putrescentis exagitati à calore igneo, tendente ad corruptionem, & non potest esse à calore naturali, qui semper ordinatè procedit, nunquam in principio aggreditur materiam. Quòd si hæc vrina sit cum pulsu debili, ætate senili, tempore hyemis, virtute non constante, lætalis erit ægritudo. Si autem ætas sit iuuenilis, & virtus constans, & alia benè attestentur, longa quidem erit ægritudo, & non periculosa, non tamen desperata.
      - *Post* principiũ, vt an vrina clara apparuerit, nunc perturbata incipiat apparere: vt cognoscamus, an talis ægritudo, quæ perturbationem istam facit, sit à calore naturali, an ab igneo, oportet constantiam, virtutis & reliqua attẽdere: quæ si bona sint cum bonis signis, indicat virtutem validam agere in morbum, & iam adesse propè statum. At si huiusmodi vrinæ sint cum aliis malis signis, indicat quòd putredo augeatur, & quòd calor igneus putredinalis incipiat humores vehemẽtius exagitare, & dominari super ipsos: & hoc sæpe videtur in febribus pestilentialibus.
    - *Cùm* mingitur, perturbata est, sed paulo pòst residet. Hæc bonam habet semper significationem. Indicat enim, quòd in venis bona inceperit fieri concoctio, & quod concoquitur, habet iam aliquam formam, licet imperfectam: sed dum calor feruet in venis, partes aliquæ terrestres ipsi admiscentur, quæ adhuc ab ipso calore non sunt perfectè separatæ.
    - *Clara* quidem mingitur, sed paulò pòst perturbatio contingit: quæ si est in corpore
      - *Sano*, indicat sanitatem culpatam: quia calor subintrauit materiam aliquam crudã, quæ est intra venas, & ipsam pellucidã fecit, rarefaciendo partes ipsius. qui calor & spiritus vbi exhalat, ab aere extrinseco refrigerata, vrina redit ad propriam naturam, & perturbatur. Hi admonendi sunt, ne plures cruditates colligant.
      - *Aegro*
        - *In* principio, malum indicat: quia agitatio fit à calore igneo.
        - *Post* principium cum signis
          - *Bonis*: indicat futuram concoctionem.
          - *Malis*: calorem igneum augeri ostendit.

F. *Vrina* cõtentorum, occupãtium locũ determinatũ in extima ſuperficie, ſũt tria genera:

- *Spumæ*, quæ nihil aliud eſt, quàm extenſio humidi viſcoſi cũ ſpiritu craſſo miſti, facta à calore & motu. Hæc ſemper indicat materiam viſcoſam concoquẽdam in venis, eſſe agitatam à calore & motu: quæ ſi fuerint in
  - *Vrina* alba, ſine fœtore, & ſine hypoſtaſi mala, indicat materiam crudam & pituitoſam in venis. Eſt quoq; plerunq; maximum ſignum catharri deſcendentis à capite per venas. Nam ſi deſcendat per aſperam arteriam, aut per gulam, aut per neruos, nõ eſt neceſſe vt ſpuma in vrina appareat.
  - *Vrina*, quę talis non eſt, & vel in corporibus
    - *Sanis*. Indicat materiam viſcoſam eſſe aggreſſam à calore naturali. Qua de cauſa, recta ac debita victus ratione vtendum erit, ne aggregentur materiæ, & caloris actiones non impediantur.
    - *Aegris*
      - *In* principio morbi, malum eſt ſignum. Quoniam multam materiam cõcoquendam indicat, & à calore præter naturam agitari. Vnde indicium ſumitur, vel ægritudinem fore pernicioſam, vel longã & difficilem, maximè ſi appareat cum aliis malis ſignis, & præterea cum debili virtute. Spuma enim tunc tantùm abeſt, vt detendat, vt etiam augeat malitiam.
      - *Poſt* principiũ, & vel cum ſignis
        - *Bonis*: indicat calorem naturalem incepiſſe penetrare materiam.
        - *Malis*, colore & contentis: indicat calorem non naturalem agitare materiam, & cùm non ſit potens ipſam reſoluere, mouet tantum, vnde excitat flatum, & ſpumam generat. Quòd ſi virtus fuerit fortis, periculum quidem indicat, tamen cum ſpe aliqua. Si verò debilis fuerit virtus, periculum maximum denotat.
- *Pinguedines*
  - *Congelatæ*, quaſi guttæ ceræ colliquatæ, vt etiã manu tolli poſſit. Indicat pinguedinis & adipis ſiccioris colliquationem. Igneus enim calor non tantùm adurit partes leuiores, ſed profundiores etiã attingit: & parum abeſt, quin ad ſolidarum etiam partium conſumptionem deueniat. Indicat itaque vel principium hecticæ: ſi febris adſit, vel magnam renum colliquationem.
  - *Sicut* guttæ quædam olei, tanquã oculi. Indicat calorem igneum in materiam agere
    - *Renibus*, ſi febris nõ adſit.
    - *Toto* corpore cum febre.
  - *Sicut* telæ araneæ, quemadmodum in leguminibus & pingui iure apparere ſolet. Indicat bonam fieri cõcoctionem à calore naturali, qui non violenter extrahit pingue vtile pro ſublimatione ſanguinis, vnde excrementa aliquid etiam eius vtilis obtinent: modò verum ſit, quod ſemper proportione reſpondeant rei, à qua excernuntur.
- *Circulus* vel corona, eſt quoddam vrinæ ſuperficiem ambiens, generatum ex humido natiuo, colliquato à calore igneo, vnde ex toto genere præter naturam eſt. Indicat autem calorem igneum, colliquantem humidum natiuum, qui quidem admodum malignus eſt, & intenſus, vt in febribus ardentibus & colliquatiuis. Huiuſmodi autem circulus variatur vel in
  - *Quantitate*
    - *Magna*, lata, profunda, & vel in corpore
      - *Pingui*, minus malum ſignificat.
      - *Macro*, maximam indicat colliquationem.
    - *Pauca*, anguſta, minorem indicat conſumptionem, præſertim in corpore carnoſo & pingui.
  - *Qualitate*: & vel
    - *Colore*. Namcirculus
      - *Subnigricans*, indicat calorẽ igneum aſſare & adurere humores.
      - *Viridu*: nõ extremã indicat aſſationem.
    - *Odere*: fœtor enim certiſſimum putredinis indicium eſt.
  - *Spumoſitate*: & vel cum ſignis
    - *Bonis*, in colore, ſubſtantia, & cæteris conditionibus, & cum ægri virtute robuſta, humidum quidem natiuum colliquari indicat, ſed ſpuma detrahit malitiam huiuſcemodi colliquationis. Significat enim quòd calor naturalis, aliquid hoc in loco facit, & quòd aliquam materiam ad concoctionem præparat, vnde tumefit & ſpumoſa redditur: admiſcetur autem coronæ: quoniam materia eſt admodum admiſta cum ſubſtantia colliquata.
    - *Malis*, in quantitate, qualitate, contentis, cum mala morbi tolerantia. Talis nanq; indicat perfectam malitiam colliquationis. Indicat enim calorem eſſe diminutum, in quantitate, non in malitia: & ratio eſt, quia diminutus eſt calor innatus, ſuper quo fundatur calor igneus in ſubiectũ, colliquando. Verùm cùm non poſſit aſſare, ſicut prius, in hac debilitate adurendi facit huiuſmodi ampullas, quæ non ſunt albæ, ſed viridis, aut nigræ. & tũc præterquam quòd indicat ægritudinem ſæuiſſimam, indicat etiam deſperatum omnino eſſe corpus, & calorem naturalem penè extinctum.

*Notandum, quòd in vltima tabe non apparet huiuſmodi corona, quia tunc humidum natiuum, cùm iam ſit ferè totum abſumptum & colliquatum, paucum admodum eſt.*

G. *Sedimenta* variantur à substantia vel

- *Aliena*
  - *Puræ*: inueteratum ac sordidum vlcus indicat.
  - *Caruncula*: exulceratos renes demonstrat.
  - *Calculo* vel arenulis: calorem igneum vel in renibus, vel in vesica ostendit.
  - *Sanguine*, puro, vel in grumum concreto: indicat vel
    - *Affectũ* instrumentorum vrinæ deseruiẽtium, id est
      - *Renum*
        - *Continui* solutionem
          - *Vlcus.*
          - *Vasis* in ipsis existentis
            - *Disruptionẽ*, quã sequitur multi sanguinis euacuatio, facta vel ob
              - *Humoris* multitudinem, crassitudinẽ, acrimoniam.
              - *Saltum* vehemẽtiorem, ictũ vel graue onus, & huiusmodi.
            - *Apertionem*, vnde paulatim & tenuior percolatur sanguis, præsertim cùm parua est apertio.
        - *Imbecillitatem*, vrinam subinde excernere nequeuntium: & hic sanguis serosus admodum est.
      - *Vesicæ*, cùm venæ ipsius extensæ sunt, vt contingit in vlceribus vesicæ, quãdo pertinaciùs depascuntur, sed in hoc signa vlceris præcedunt.
      - *Vreterum*. Exulcerãtur autem magna ex parte his, qui in renibus lapidem habent, præsertim acutum, asperum.
      - *Penis*, ab eadem causa exulcerari potest.
    - *Amplitudinem* osculorum ex vena caua, vrinam ad renes excolãtium. Cùm enim amplliores & patentiores meatus fuerint, quiddã etiã ex sanguine venæ mittũt, aliáq; itidem causa cognoscitur, hac præcipuè, quòd mittitur sanguis sine dolore aliquo.
    - *Sanguinem* in venis non esse rectè elaboratum, & naturam in concoctione deficere.
  - *Capillis*: calorem igneum, adurentem, in venis indicant.
  - *Furfure* & squãmis, indicãt vel
    - *Vesicam* scabie laborare, quando venæ nullum affectum habent. & tales non habent vrinam tenuem, sed mediocris consistentiæ: quam Hippocrat. 4. Aphoris. 77. appellauit crassum, inquiens: Quibus in vrina crassa furfurea quædam simul exeunt, his vesica scabie laborat.
    - *Affectum* in venis, & vel
      - *Tunicæ* earum, sicuti vesicæ. Quemadmodũ enim cutis superficies, quam cutem superiorem nominant, in scabie, lepra atq; lictinib. tenue quid abiicit, quale quod serpentũ senectus nominatur, sic vbi in partibus interioribus ea, quæ est veluti cutis, tale aliquid patitur, furfurei cortices vnà cum vrina emittuntur.
      - *Sanguinis*, qui in venis ipsis continetur, à febre ardente peruritur, aptior autem ad hoc est, quicunque humor crassior in eis existit, & magis, qui veluti fæx sanguinis est, quam humorem melancholicum dicimus: & tales habent vrinas tenues. Nam cùm vrina est tenuis, non secundum naturam se habet, & habent contenta à superioribus, distinguuntur colore: illa enim candida, hæc rubra esse solent.
- *Non* aliena, sed ipsius substantia vel
  - *Tenui* — *Cruditatem* / *Concoctionis* initium — *Ostendit.*
  - *Crassa*, fit vel à
    - *Crudioris* materiæ copia, quam innatus calor euincere non potest.
    - *Crisi*, diuturnorum morborum.
  - *Mediocri*: bonam indicat concoctionem.

# De hominis, partiumque similarium & instrumentalium cognitione seu constructione atque administratione, in genere.




A. Homi-

A. *Hominis* ipsius differentiæ sumuntur ab accidentibus: videlicet

- *Loco.* Generatur in vtero matris. Semen enim masculi vterus concipit, cùm semen à testibus fœminæ reiectum per duo uteri cornua viam subliniens, ei miscetur. Verùm semen vterus amplexatur, & vndiq; se colligens tangit, ore adeò compresso, vt neq; specilli acumen capere possit, calore verò suo, externa superficiem seminis siccat, atq; obdurat, ita vt putamini interiori oui similis reddatur, principio quidem tenuis membrana, verùm successu temporis crassa & fortis, totam integit vuluam interiorem. Græci χοριον, nos Secundas appellamus. Interim verò natura nunquam ociosa ex semine duas alias parit membranas: quarũ altera Amnios est, siue sudoralis, quæ sudorem fœtus excipit: altera verò Alantoides, hoc est intestinalis, prædicta tenuior, vrinam per meatum, quem Vracon appellant, ab infantis vesica recipit, &c.
- *Tempore*
  - *Generationis*
    - *Primò* iecur & chorion, & venę videlicet intra sex dierum spacium generantur.
    - *Deinde* cor & arteriæ
    - *Postremò* cerebrũ, nerui, & reliquæ partes solidæ

    → *Generantur*, videlicet intra triginta dierum spacium.
  - *Formationis.* Finitur nãq; formatio in
    - *Masculis* trigesimo die
    - *Fœminis* quadragesimo die

    → *Eo* quoq; tempore suscipit rationalem animam à Deo summo maximo creatam.
  - *Motionis.* Mouetur fœtus pilis & vnguibus formatis
    - *Mas* trium mensium.
    - *Fœmina* quatuor mensium.
  - *Ortus.* Oritur & seruatur mense
    - *Septimo*
    - *Nono*

    → *A* conceptione.

B. *Membra*, seu in corporis, partes humasunt aut

- *Simplices* seu Similares (quæ in partes essentia diuersas diuidi minimè possunt) atque vel
  - *Internæ*: vt
    - *Ossa.* De quibus vide in sequentibus signum I.
    - *Cartilagines.* Vide in sequentibus signum II.
    - *Ligamenta.* Vide in sequentibus signum III.
    - *Membranæ.* Vide in sequentibus signum IIII.
    - *Glandulæ.* Vide in sequentibus signum V.
    - *Adeps.* Vide in sequentibus sub signo VI.
    - *Venæ.* Vide in sequentibus signum VII.
    - *Arteriæ.* Vide in sequentibus sub signo VIII.
    - *Nerui.* Vide in sequentibus sub signo IX.
    - *Musculi.* Vide in sequentibus sub signo X.
  - *Externæ*: vt
    - *Cutis.* Vide in sequentibus signum XI.
    - *Vngues.* Vide in sequentibus signum XII.
    - *Pili.* Vide in sequentibus signum XIII.
- *Compositæ*, seu instrumentales (quę in partes diuersæ essentiæ diuidi possunt, non in similes) atque vel
  - *Trunci*
    - *Capitis.* Vide in sequentibus signum XIIII.
    - *Thoracis.* Vide in sequentibus signum XV.
    - *Ventris.* Vide in sequentibus signum XVI.
  - *Artuum.* Vide in sequentibus signum XVII.

# De Ossium constructione, seu cognitione, in genere.




A.
Ossium ipsorum, siue integrorũ differentiæ in
Genere: sumũtur à
Specie. Vide in sequentibus signum B.
Causis
Accidentibus
Internis: videlicet
Externis
Materia. Sic ossium alia
Forma. Sic ossium alia
Solida, atque vel
Effracta, sed exterius quasi continua crusta, aut lamina obducerentur, solida apparent.
Minus effracta, sed planè solida, neq; quouis pacto effracta, interius cauernulis finibúsue obsita videntur: vt nasi ossa, & minimum in oculorum sede, &c.
Minus, solida, sed aut finibus
Magnis, quæ præter cauernulas nulla serie aut numero positas, amplum aliquem & insigniter cauum exigunt sinum, qui solidissima validissimáq; ossis substantia circundatus in extremis angulis, osseis veluti lineis interstinguitur. Hũc sinũ singula ossa, quibus obtigit, vnicum ferè adipiscũtur: cuiusmodi sunt ossa pedij, post brachialis, femoris, tibiæ, &c,
Paruis, cauernulisq; compactissimæ spongię vel leuissimi pumicis foramina quàm proximè referẽtibus, intus oppleta cernuntur, quandam fungi speciem exprimentes: vt ossa brachialis, sacrum os, vertebrarum corpora, &c.
Ampla
Cum foraminibus
Amplis peruijs: vt
Occipitis,
Pubis, &c.
Paruis: vt
Capitis.
Maxillarum, &c.
Sine foraminibus: vt
Scapulæ.
Verticis.
Sacri ossis, &c.
Angusta, vt
Fibula.
Radius.
Vlna, &c.
Efficiente.
Fine, seu vsu. Sic alia conferunt.
Vniuerso. Nam alia tanquam fulcra roboris nomine procreantur: vt
Tibiarum.
Femorum.
Dorsi, &c.
Corpori
Partibus
Articulis quorundam ossium præficiuntur, ne illi plus satis laxè moueantur, aut in nimium acutos angulos inclinentur: vt sesami ossa.
Reliquis partibus sunt tanquã propugnacula, tutissimiq; valli & muri: vt
Caluariæ.
Vertebrarum.
Spinæ.
Costæ.
Pectoris os, &c.
Cibo, quæ incidunt, confringunt, atterunt, & molunt cibũ: vt dentes.
Qualitate.
Visu. Sic ossium alia
Manifesta seu nuda, vt dentes.
Occulta seu tecta, vt reliqua ossa omnia.
Tactu. Sic alia
Sensu prædita: vt dentes.
Sensus expertia: vt reliqua ossa omnia.
Quantitate. Sic alia
Magna, vt
Femoris.
Tibiæ, &c.
Parua: vt
Brachialis ossa.
Dentes, &c.

B *Ossium* differẽtiæ in specie, sunt aut

*Trunci*, atque vel

*Capitis* partisque

*Superioris*: videlicet Cranei

*Totius*. Atq; huius differentiæ sumuntur potissimùm à figura: quæ vel est

*Naturalis*, vt sphæra quæ dã oblonga, eminẽs in occipite & sincipite, vt neruos tam ad frontẽ quàm ad ceruicem permeantes custodiat. Continet craneum futuras quinq;, quarum aliæ.

*Principales*

*Rectæ*. Vna est, quæ Græcis ὀϊστὸς, vulgo Sagittalis appellatur. Hęc à medio posterioris per capitis lõgitudinem ad mediã vsq; anteriorem extenditur. Vide apud Vesl.lib.1.cap. 6.fol. 20. fig. 3. signum E. in prima editione.

*Transuersæ*: sunt duæ,

*Vna* anterior, Coronalis dicta, in sincipite est. Vide apud eũdẽ & eodẽ in loco, signũ *A.B.*

*Altera* posterior, in occipitio est, quæ λαμβδοειδὴς dicitur. Vide apud eundem fol. 21. in fig. 3. & 4. fig. *C.D.*

*Minus* principales, Tẽporales, Squamosæ dictæ, quarum altera in parte

*Dextra*. Vide apud Vesl.li.1.fol.21.fig. 4. signum *F.*

*Sinistra*. Vide apud eundẽ, fol. 20. fig. 3. signum F.

*Præter naturam*: & sunt quatuor, quarum

*Prima* est, cũ anterior eminentia imminuitur. Vesl.lib.1.cap. 5.fig.2.

*Secunda*, cum posterior minuitur eminentia. Vide in fig.3.

*Tertia* cui deficiunt vtræq; eminentię simul. Vide fig.4.

*Quarta* species acuminati capitis cogitari quidem potest, sed fieri nõ potest: vt si caput ad vtrãq; aurem efficeretur prominẽtius, quàm in fronte & occipitio. Vide fig.5.

*Vide* apud Vesl.li. 1. ca. 5. fol. 18. in 1. edit. fig. 2. 3. 4. & 5.

*Partium* sunt ossa octo: quorum

*Externa* septem: nempe

*Verticis* duo { *Dextrum.* / *Sinistrum.* } *Vulgò* Parietalia appellantur. Vide apud Vesl.lib. 1. { *K.* in 4. figura. / *L.* in 3. fig. }

*Frõtis*, vnũ coronale dictũ. Vide in eodẽ in loco, in fig.3. & 4. fig. L.

*Occipitis*, vnũ densissimum est. Vide eodem in loco, in fig.4. fig. M.

*Temporũ*, duo { *Dextrum.* / *Sinistrum.* } *Squamosa* vel petrosa dicta. Vide eodem in loco signum *N.*

*Palati*, vnum, Sphenoides, & os cunei dictum. Vide *O.*

*Interna*, sunt admodù foraminulenta & cauernosa, meningibus versus cerebrũ prępositа, Ethmoidea, vulgò colatoria appellãtur, quòd per ea à cerebro humores in nares defluant, & aer inspiratus sursum in cerebrum deferatur: & pro vnico sumimus osse. Vide apud eundem, fol.22.fig.5.signum Σ.

*Os ad radicem linguæ situm est, quod ὑοειδὲς à similitudine literæ υ appellant, quanquam sit minimum, maximas tamen vtilitates habet.*

*Inferioris*: videlicet faciei: quorũ alia

*Musculo* tẽporis præposita, in vtraq; faciei parte vnũ, os iugale, vulgò os pacis dictũ, medullæ expers, densum atque instar lapidis durum. Quod transuersum in medio futuram habet: cuius pars

*Anterior* tum parte supercilij extrema ad paruũ oculi angulum continuatur.

*Posterior* cũ capitis osse, quod iuxta aurem habetur, cõiungitur.

Vide fo.22.fig. 5. signũ *V. X.*

*Maxillæ*

*Superioris*: & sunt quatuordecim.

*Sex* ad radicem oculorum, vtrinq; tria.

*Duo*, in quibus omnes (exceptis incisoriis) firmantur dẽtes.

*Duo* sub narium foraminibus.

*Duo* narium.

*Duo* in maxillæ extremitate, inquib. dẽtes incisorij infigũtur. Vide eodẽ in loco, fol.20.fig.3.&4.signũ *Q.S.V.X.Z.*

*Inferioris*, sunt duo. Vide apud eundem, lib.1.cap.10.fol.43.

*Dentes* sunt 32. quorum molares viginti, incisores octo, canini quatuor habentur. Hi incidendis & confringendis & atterendis, molendisq; cibis priuatim conducunt. Vide apud eundem, fol. 45. cap.11.

*Thoracis*. Vide in sequentibus signum C.

*Artuum*. Vide in sequentibus signum D.

C. *Thoracis* ossa (vide apud Vesal. lib. 1. c. 60. fol. 163. & 164. & 165. fig. 1. 2. & 3. signũ *I. K. L. M. N.*) sunt partium vel

- *Extremarũ: & quidem*
  - *Superiorũ*, quorum alia
    - *Antè* proponũtur: & sunt duo, quæ claues & clauiculę appellantur, quòd sterno scapulas firment, Hæc ossa sunt fistulosa, rotunda, quæ ab vtroque latere summę pectoralis ossis extenuati annectuntur, extremitatibus autem aliis cum scapularum osse cohærent. Vide *Q.*
    - *Retrò* opponuntur: & duo sunt, quæ scapulæ, vulgò Spatulæ, & Græcis ὠμοπλάται appellantur, vtrinque vnũ magnum posteriori thoracis regioni, versus superiora innituntur, ac occipitis ossi, ceruicis, thoracisque vertebris, costis & ossi *v* literã referenti, copulantur. Vide *R.*
  - *Inferiorum: & sũt quatuor*
    - *Os* sacrum, quod à quibusdã ἱερὸν, id est magnum appellatur, fini dorsalis spinæ accumbit, & ex tribus particulis Galeno, interdum quinque vel sex componitur. Vide *M.* eodem in loco.
    - *Os* coccigis, est os caudæ, & tribus ossibus Galeno, interdum quatuor construitur. Vide *N.*
    - *Ossa* duo (Θ) cum sacro osse coniuncta, amplissima, vnũ ab vtroque latere rectis magnisque ossis sacri processibus oppositum, omoplatæ respondens, cui integro nomen nullum inditum est. Nam
      - *Supernè*, qua parte latum est, os iliũ & Anchæ vulgo dicitur. Vide ο. eodem in loco.
      - *Qua* parte autẽ femoris caput in suũ sinum recipit, os Ischij & Coxẽdicis vocatur. Vide π.
      - *Antè*, ad pudenda, qua magis tenue & foratum est os pubis & pectinis dicitur ρ. Vide apud eundem lib. 1. fol. 163. 164. & 165.
- *Mediarũ: vel*
  - *Anteriorum*, Vnum, os pectoris (ο) Græcis στέρνον, septem ossibus constans, in cuius imo cartilago quædam dependet, quę in mucronem gladij modo exacuitur, certũ propugnaculum existens oris ventriculi, & partis phrenon, quæ ibi est, pòst autem & cordis, quæ Græci ξιφοειδὴς appellatur. Latinis verò malum gravatum, quanquam ab aliquibus etiam os pectoris totum ξιφοειδὴς dicatur. Vide *P.* apud eundem, eodémque loco, fol. 163.
  - *Vertebræ*
    - *Colli*, sunt septem, & omnium minimæ. Prima latissima tenuissimáque est, secunda angustior & validior, ac reliquæ deinceps eodem modo se habent. Vide apud eundem, lib. 1. cap. 14. fol. 57. signum *A. B.*
    - *Dorsi*, siue Metaphreni sunt duodecim. Vide *C.D.*
    - *Lumborum*, quinque. Vide *E.F.*
    - *Ossis* sacri, sex. Vide *G.H.*
    - *Ossis* coccigis. quatuor. Vide *I. K.*

    } *Eodem* in loco.
  - *Posteriorum: & vel*
    - *Costæ*, Græce πλευραί: sunt numero 24. vtrinque duo decim. Rarissimè enim cernitur tertia decima, tũ & rarius vndecima: quarum aliæ
      - *Perfectæ* seu veræ, quæ pectoris ossibus anteriori parte cohærent: & sunt septem superiores. Vide apud Ves. lib. 1. cap. 19. fol. 86. signum 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
      - *Imperfectæ* & mẽdosæ: & sunt quinque inferiores, quarũ octaua ad radicẽ cartilaginensi formis consistit: reliquæ quatuor in thoracis latere desinunt. Vide eodem in loco, signum 8. 9. 10. 11. 12.

D. *Ossa* artuum sunt vel

- *Manus*: quæ ab humeris incipit, & in digitorũ extrema desinit: atq; sic
  - *Humeri*, seu brachij, os vnum omniũ totius corporis, femore tantùm excepto, maximum, idq; vtrinq; suprà in fraque alligatum est. Summa eius pars grãdiusculum habet caput, paruę quidem ceruici coagmentatũ adnatumque. In eo iuxta anteriorem partem sinus quidam est, cuidam quasi patulę scissurę simile, qui totum ipsum caput in duo quasi tubercula bifariã diuidit. Pars autẽ inferior in tubercula desinit (inæqualia, quorum ei, quod extrinsecus situm est, radij capitulum annectitur: cum eo verò, quod est interiore in parte, nullum os prorsus cõmittitur. Eamque ob causam etsi paulò pòst grandius, longè maius apparet, quàm os exterius. In ima humeri parte sinus persimilis est cõcauis trochlearũ orbitis, cubitus hunc circum mouetur. Vbi autem sinus hic desinit, in extremis vtrinque lateribus duo præterea sunt sinus, quorum anterior posteriore est minor. Ii cubiti coronas, hoc est acutos processus excipiunt: horumq; anteriorem, cum cubitus omnino flectitur, anterior sinus: cum tenditur, posterior posteriorem recipit. Cęteræ humeri partes rotundæ, nec rectę, nec similes ex toto, gibbę quidem anteriore atque exteriore in parte, in posteriore atque interiore simę sunt. Vide apud eundem lib. 1. cap. 60. fol. 163. signum *S.*
  - *Cubiti* (*T.V.*) seu vlnæ (est ea pars, quæ inter humerum & carpon, quod brachiale vocant, sita est) ossa sunt duo, quorum alterum
    - *Superius*, Græcis κερκὶς, Latinis & radius & focile minus appellatur. Hui⁹ pars extrema superior, leniter caua, exterius humeri tuberculum recipit, eiq; alligatur: cuius quidem connexionis id munus est, totam videlicet manum modo in pronum, modò in supinum adducere. Vide eodem in loco, sig. *X.*
    - *Inferius* Græci πῆχυς, Latinis cubitus vel vlna, & focile maius vocatur. Hoc duos acutos habet processus, quos coronas vocant, quorũ anterior minor, alter quidẽ grandior: ab iisq cubiti ipsius sinus, figmæ literæ similis cõprehenditur. In hunc sinum humeri orbita, quæ trochleæ similis inter duo eius tubercula sita est, inseritur. Huius autem nexus tendendi, curuandiq; totã manũ, officiũ est. Vide eodẽ in loco *Y.*
  - *Manus* summæ: & quidem
    - *Brachialis*, seu carpi (*Z*) sunt octo, duplici quidem ordine distincta, cuius
      - *Superior* pars ex quatuor ossibus cõstat, quæ in rotũdam quasi figuram structa cũ cubito radioque & styloide processu annectuntur, quorum
        - *Primum* os, quod minimum digitum spectat, exiguo leniq; sinu, styloide cubiti processũ recipit.
        - *Secũdum*, iis partibus insidet, quę iuxta processum cubiti styloide potissimùm sitæ sunt.
        - *Tertium*, in his, vbi potissimùm sedem habet, vbi cubitus radiusque inter se copulantur.
        - *Quartum*, quod bipartitum est, à radio comprehẽditur.
      - *Inferior* quatuor ipsius ossibus metacarpio colligatur.
    - *Post brachialis*, siue Metacarpij, sunt quatuor, quæ inter digitos ac carpum palmam explent, carpoque per synarthrosin alligantur. r. fol. eodem.
    - *Digitorum*, sunt quindecim, quæ & internodia, & articuli, & acies vocantur. Sunt hæc ossa dura ac densa, non tamen medullæ penitus expertia. Δ. Δ. fol. eodem.
- *Cruris*. Vide sequentibus E.

E. *Cruris*, quod ab iſchij articulo incipit, & ad extrema vſq; digitorũ deſinit. Horum alia

- *Conſentanea*: & vel cum
  - *Brachio*: cuiuſmodi eſt os
    - *Femoris*, brachij oſſi reſpondens, quod & μηρὸς vocatur, omnium corporis oſſium meritò maximum fuit, quũ totam corporis molem vehat. Id ſuprà coxendici, infrà tibiæ alligatur. Superiori in parte rotundiſſimum caput habet, prolixæ quidem ceruici ad interiora inclinatæ adnatum. Infrà leniter pateſcens, in duo tubercula deſinit, adeò quidem grandia, vt capita poſſint appellari: eaque tibiæ annectuntur non modò membranoſis ligamentis, quibus tota dearticulatio circundatur, ſed tribus quoque aliis validis rotundiſque vnum ab exteriore totius connexionis parte, ab interiore alterum, à medio poſterioris interioriſque tertium porrigitur. Totius autem femoris forma anteriore in parte exterioréſque gibba, in poſteriore interioréque ſima eſt. A. fol. eodem.
    - *Tibiæ* (Π. Σ)
      - *Maius*, Vlnæ reſpondens, quod κνήμη vocatur, interiore parte ſitum eſt, eſque tantummodo femur ipſum annectitur. Et qua femori copulatur, magna quidẽ adnata coagmentatáque appendice duplicem in ſe ſinum habente, capita femoris ſeſe inſinuantia recipit. Inter eos tibiæ ſinus eminentia quædam ſurgit neruea, cartilaginoſáque, quæ inter femoris tubercula veluti in imam quamdam ſciſſuram inſeritur. Φ. fol. eodem.
      - *Minus*, Radio reſpondens, quod περόνη dicitur, quod & extrinſecus locatum eſt, quæ craſſitudine tibiæ admodum cedit. nec adeò protenditur, vt genu ipſum contingat, verùm ſuprà infráque tibiæ per ſynarthroſin alligatur, media inter ſe penitùs dehiſcunt. Ψ. fol. eodem.
  - *Manui* ſummę: videlicet
    - *Tarſi* (c, c) quatuor, carpo reſpõdentia, quorum
      - *Vnum* Cyboides ſeu Cubi forme vocatur, maximum & externum, terram attingens, calcaneo verſus paruum digitum commiſſum. g. fol. eodem.
      - *Tria* innominata, Chalcoidea quibuſdam dicta, paruula, quæ paulatim attolluntur. Inferiori nauiformis parti per ſynarthroſin copulantur, cum quibus etiam exteriore ex parte cyboides pariter porrigitur. *d, e, f.* fol. eodem.
    - *Pedis*, quinque metacarpio reſpondentia, & terram contingentia., *h, h.*
    - *Digitorum* quatuordecim
      - *Pollicis* tantùm duo. *i, i.*
      - *Singulorum* reliquorum tria *i, i.*
- *Diſſentanea* tũ brachio tum manui: & vel
  - *Genu*, vt Patella, quod extrinſecus cartilaginoſum, rotundúmque qua femur tibiæ annectitur, appoſitum eſt, quod gibba & veluti tubercula ſubiectorum oſſium aptis ſinibus comprehendit, paululũ intumeſcens, quod inter femur tibiámque ſpatium patet, complectitur: idipſum os à nonnullis Mola appellatur. Ξ.
  - *Pedis*, & ſunt tria
    - *Aſtralagus*, Latinis Talus, ab imis tibiæ ſuræque proceſſibus paulò antè dictis comprehenditur. Eius pars, quam πτέρνην vocant, ſurſum vergit. Poſteriores leuigatæ omnes modicéque orbiculatæ ſunt, & ad ſuperiora potiùs ſpectant. Anteriores rotundo quidem capite oblongæ ceruici adnato, cum eo oſſe connectuntur, quod Scaphoides nuncupatur. Ω.
    - *Calcaneus*, ſeu calcis os, id rotundas partes ex talo recipit, & geminos, quos habet, exceſſus in ſinum eius percommodè inſerit. Pars verò, qua ingredimur, leniter rotunda & latiuſcula eſt. Poſterior quoque rotunda eſt, eáque tibiæ rectitudinem admodum excedit. Ex partibus eius anterioribus, quæ è regione magni digiti ſita eſt, ipſius tali capiti ſubiacet, nec cum altero oſſe copulatur: at eius extremitas, quæ minimo digito reſpondet, cum eo oſſe, quod Cyboides vocant, per ſynarthroſin nectitur.
    - *Nauiforme*, Σκαφοειδὲς dicitur, talo coniungitur. *b.* fol. eodem.

*Quòd ſi quod oſſitulum alibi, vtpote in corde, in naſe, in gutture, itémque in aliquo ex digitis, vt quæ à Seſami ſimilitudine Seſamoidea vocant (k) non neceſſarium eſt, hoc in loco recenſere. Galen, lib. De oſſibus.*

# De Cartilaginum conſtructione.

II. *Cartilagines* oſſe molliores ſunt, terreſtres, ac duriſſimæ partium corporis ſecundum os: prorſus ſolidæ, & nullis foraminibus cauernuliſq; oſſium modo intus oppletæ, ac ſenſus & medullæ expertes. Nutriuntur à mucoſo & lento humore. Harum differentia in

- *Genere*: ſumitur ab
  - *Aetate*. Nam in corporib. ætatis
    - *Minoris*, molles ſunt cartilagines.
    - *Grandioris*, duræ ſunt, vt fragilis oſſis naturam referant.
  - *Vſu*. Sic cartilago
    - *Laryngis*
    - *Naſi*
    - *Coſtarum*
      - *Oſſium* munere fungitur, vbi nullo oſſe locato, muſculi ſuam inſertionem tentant.
    - *Articulorum*, efficit, vt in continuis frequentibúſque motibus attritu minùs vitientur.
    - *Commiſſurarum*, non ad motum inſtitutarum, glutinis vicem ſubit.
    - *Palpebrarum*. &c. pilos erectos tenet, &c.
- *Specie*. Vide in ſequentibus ſignum A.

COMUNIDAD AUTÓNOMA U.P. DE CULTURA
CONSEJERÍA CULTURA, DEPORTES Y JUVENTUD
BIBLIOTECA PÚBLICA

A Cartillaginũ differẽtiæ in specie, sunt aut

- *Trunci* aut *Artuũ*
  - *Trunci*
    - *Capitis*: videlicet
      - *Palpebrarũ*: sunt cartilagines duæ, quarum
        - *Natura.* Vtrunq; molles & longę, vtriq; tam inferiori quàm superiori palpebrę contigit vna cartilago, in palpebrarũ extremo, qua illę inuicem continentur locata, & inter cutẽ & membranulam palpebras intus succingentẽ reposita.
        - *Vsus.* Vt his pili (quos cilia vocãt) infigãtur, in illisq; tanquã in durius quoddã solũ inserti erigantur. Ideo enim hæ potissimũ creãtur, vt pilos illos erectos neq; cæterorũ pilorũ modo flaccidos dependentesq; cõtineant. Deinde etiã creantur, vt musculorum palpebras mouentium implantationi subseruiant.
      - *Nasi*: sunt quæ, quarũ
        - *Duæ* ab inferiori nasi ossium sese, quæ hæc aspera & latiora, quàm superiori sede sunt, enã scũtur, quæ deorsum in anteriora exporrectæ, inuicémq; coniũctæ, sensim molliores euadunt, ac in extremo veluti in cartilagineũ ligamentũ degenerantes, totam anteriorem nasi regionem constituunt, quę à nasi ossium inferiori sede ad nasi terminum apicémque pertinet.
        - *Vna* ab osseo septo nariũ foramina dirimente enascitur, mollis quoq; ac ligamenti naturæ compos, quæ à tota anteriori septi illius sede antrorsum procedens, internæ duarũ primarũ cartilaginũ regioni secundum ipsarum longitudinem adnascitur. Hæc pari ratione in ea nasi parte, quæ veluti ex faciei planitie porrigitur, nasi foramina interdiuidit, quemadmodum ossium illud septum ipsa foramina inibi disiungit, qua super palati regionem à naso ad fauces vsque ducuntur.
        - *Duæ*, quæ præcedentibus tribus, vtrinque nimirum singulæ accedunt, quæ magis adhuc alijs cartilaginibus ligamentorũ naturæ participant, & orbiculatim singulæ vnũ nasi foramen constituunt. Cartilagines hæ interius suis lateribus inuicem colligantur, & aliarũ nasi cartilaginũ extrema integunt, solæq; motu donantur volũtario, cuius ope sursum deorsúmque & introrsum extrorsúmq; velluntur, propriis in hoc donatæ musculis. Harũ cartilaginũ latiores molliorésque partes in nasi lateribus consistũt, ac nasi alæ nuncupantur, quòd quasi alarũ modo nares occludant, referéntque, ita homini inter respirandum insignem vsum præbentes.
      - *Auris*: est vna,
        - *Natura.* Enascitur ex orbiculo foraminis auditus meatui in temporis osse cælati: cuius eius cũferentia ideo exasperatur, vt promptiùs auris cartilaginẽ educat. Est mollis & tenuis, tantò semper à capitis osse versus auris extrema mollior euadens, quantò auris orbiculo propiùs accedit, & quo minus sustinere aliquando debet. Ac proinde in auris pinnicula huius cartilaginis nulla exporrigitur portio, quòd scilicet hanc propendentem, neque erigi, neque suffulciri oporteat. Porrò ad temporis os hæc cartilago durior sentitur, & vt firmiori radice hæreat, crassior.
        - *Vsus.* Vt cute vestita auris corpus instar vanni constituat, idémque commodè sustineat & erectum seruet.
    - *Thoracis.* Vide in sequentibus signum B.
  - *Artuũ* aut
    - *Cõprehẽdendi*: videlicet
      - *Humeri*: & partis vel
        - *Superioris* seu capitis, cartilago læuis, quæ scapulæ sinui articulatur.
        - *Inferioris*, cartilago læuis, quæ radij cum humero articulationi subseruit.
      - *Cubiti*
        - *Vlnæ*, qua brachiali articulatur.
        - *Radij*: & vel partis
          - *Superioris* siue capitis, quæ sinu vlnæ excipitur, in quo voluitur.
          - *Inferioris*, cartilago, qua vlna excipitur.
      - *Manus*, cartilagines læues & lubricæ, tum capitum, tum sinuum.
    - *Amhulandi*: & vel
      - *Femoris*: & vel partis
        - *Superioris*, seu capitis, cartilago læuis.
        - *Inferioris*, cartilago læuis.
      - *Tibiæ*, & vel partis
        - *Superioris*, sinum adaugens
          - *Dextrũ*, quo externũ femoris caput excipitur, cartilago simplici exactè mollior, æqualis, lubrica, lęuis, vnctuosa.
          - *Sinistrum*, cui internum femoris caput articulatur, cartilago simplici exactè mollior, impensè æqualis, lubrica, læuis, vnctuoso humore oblita.
        - *Inferioris*, cartilago læuis, qua tibia talo coarctatur.
      - *Pedis*: & vel
        - *Talis*
          - *Qua* internum tuberis latus interno malleolo committitur.
          - *Qua* tuberis sinus externum malleolum excipit.
        - *Calcis*
          - *Tuberis* vel capitis, cartilago læuis in tali sinum ingrediens.
          - *Anterioris*, cartilago lubrica.
        - *Nauiformis*, &c. Cartilago lubrica, &c.

B. *Cartilagines* thoracis: & quidem partium

*Exteriorum*, & vel

*Superiorum*

*Scapularũ*, quarum cartilago, externa ſedes craſſa eſt, ſenſimque ad ſinus centrũ ducta gracileſcit, ac multò ante cẽtrum deſinit: quaſi quis ſinũ in ambitu anulo augeret, cuius orbis inſtar trianguli eſſet contuſus: & iſtius trianguli externũ latus exteriorem articuli ambitum reſpiceret: inferius verò latus ſinui incũberet: ſuperius autẽ humeri caput ſpectaret, adeò vt duo anguli ambitum articuli contingerent, tertius interim ſinus centrum ſpectaret. In huius ſinu cartilaginem ligamenti ſubſtantię, compotem Natura crebrò effingit, qua ſinũ auget, profundioremq; efficit, nimiãque luxandi promptitudinem multũ corrigit, parũ interim laxiſſimos differentesque brachij motus, quibus maximè indigemus, præpediens. In ambitu enim huius ſinus ea cartilago ponitur, ſcapulæ interim, neque etiam humero connata, ſed tantùm ligamentis articulum in orbem amplexantibus adnexa.

*Clauicularum*, Cartilago tenuis vndecunque eſt, ac æqua omni ex parte conſtat craſſitie, & qua ſinum reſpicit, admodum læuis eſt, & vnctuoſo humore perfuſa, ſinuíque ſeu pectoris oſſi nuſquam connata. Item qua cartilago clauiculæ contingit caput, pariter quoque læuis & lubrica eſt, capiti interim non connata, ſed tantùm ligamentis articulum in orbem amplexantibus: adeò, vt & hæc cartilago non minus triangula ſit, quàm clauiculæ caput pectoris oſſi articulatum.

*Mediarum*

*Anteriorum* oſſis pectoris, mucronata cartilago, enſi cõparata, ξιφοειδὴς: malum granatum, ſcutum, clypeus ſeu propugnaculum oris, ſtomachi, & cordis. Vide in 5. tab. muſc. g.

*Poſteriorum*

*Vertebrarum*, quarum apicibus cartilago obnata eſt, idoneũ ſubditorũ propugnaculum, vt quæ nec frangi, nec rumpi, modo fragilium friabiliumq; ac durorum, neq; incidi & quaſſari perinde ac mollia carnoſaque queat.

*Coſtarum* cartilago, hęc non parem vndique oſtendit ſpeciem. Inferiorum enim coſtarum cartilago mollior exiſtit: vnde etiam fortaſſis nõnulli illegitimas coſtas χονδρους, quaſi cartilaginem dicas, vocari tradunt. Superiorũ verò coſtarũ cartilago durior eſt, ſolidioréq;, acin ſenibus intus oſſea efficitur. Huius cartilaginis moles in omnibus coſtis non eadem eſt. Prima namque & duodecima bteuibus donatur cartilaginibus. Sexta verò, ſeptima, octaua, longiſſimas obtinẽt cartilagines. Primæ coſtæ cartilago ampliſſima eſt, mox hanc ſecunda, & deinde tertia ſubſequuntur: duodecimæ verò & vndecimæ eſt tenuiſſima: mediarum verò medio ſe habent modo, quarum cartilagines ſubinde in progreſſu ab oſſea coſtæ ſubſtantia latiores efficiũtur. Harum vſus, vt thoracis amplitudo promptiùs dilatari, conſtringiq; poſſit, quàm ſi rigidæ & oſſis modo duræ eſſent.

*Infirmarum*, oſſis coccigis, cartilago, eiuſdem vſus occaſione, qua vertebrarum ſpinis cartilagines obnaſci relatum eſt.

*Interiorum*, nempe aſperæ arteriæ: & vel

*Capitis* ſeu Laryngis: & tribus conſtat cartilaginibus, quarum

*Prima* maxima ampliſſimaq; & anterior eſt, foris quidem gibba, intus autem ſima, ſcuto quodammodo ſimilis, non rotundo, ſed prælongo, vnde ſcutiformis appellatur. Hæc antrorſum magis prominet, tactuſque magis exponitur, & ſubinde gemina, idq; potiſſimùm in viris obſeruatur.

*Secunda* minor prima, maiórque tertia eſt, ac maxima ſui portione in poſterioribus laryngis ſedibus reponitur, qua cibi via deorſum à faucibus fertur. Interna huius amplitudo exactè leuis eſt, poſterior autem ipſius ſedes, ſtomachũ ſpectans, longa extuberat linea, ſecundum cartilaginis longitudinem, quaſi ſpinæ modo exporrecta, &c. Huic cartilagini nullum nomen inditũ eſt, ac idcirco peculiari nomine innominata nuncupabitur.

*Tertia* ἀρυταινοειδὴς: vocatur, quòd cũ integra adhuc eſt, & membrana tunicáue aſperam arteriã intus ſuccingente adhuc obducitur, illi ollarum parti ſimillima ſit, qua aquam manus lauaturis affundimus. Hæc eſt ſimplex & vnica, ſed membranis ſuis liberata gemina eſt.

*Aſpera* arteria omni prorſus ſanguine vacans, primariò animanti ad aeris in reſpiratione tranſitum ductúmue confert, deinde & vocis organum facilè eſt præcipuum.

*Trunci* reliqui, ſũt innumeræ cartilagines, vna ſerie eademq; forma ſeſe habentes. Forma quidem circulo correſpondẽt, cui quarta pars ſit execta. Cartilagines hæ in orbiculo arteriæ figuram imitantur, corpus tamen ipſorum teres non eſt, ſed quodammodo quadrangulare, multò interim latius quàm craſſius. Deinde cartilagines hæ non eandem toto corpore ſeruant craſſitiem: in medio enim craſſiores ſunt, quàm in extremis, quibus paulatim attenuantur, ac velut in membranam degenerant. Extremis his ſtomachum reſpiciunt, media autem parte & craſſiori anteriorem aſperæ arteriæ ſedem efficientes.

*Operculi* laryngis, quod ἐπιγλωττὶς nũcupatur, eſt cartilago mollis, & ſubſtãtiæ tertiæ cartilaginis ſuperiori parti prorſus ſimilis, quæ laryngis efficitur operculũ, accuratè prohibens, ne quid cibi aut potus in laryngem defluat. Enaſcitur aũt hoc laryngis operculũ ampla & antrorſum curuata baſi, ab interiori ſcutiformis regione iuxta partem ipſius elatiorem. hinc introrſum procedens trianguli imaginem exprimit, cuius baſim operculi à ſcutiformi cartilagine exortus, aut ipſius cum ea cartilagine connexus efformat.

De Liga-

# De Ligamentorum conſtructione.

III. *Ligamentum* eſt corpus ſimilare ex oſſe aut cartilagine, aut quauis duriori mẽbrana principium ducẽs, omnis propemodũ ſenſus expers, durum, ſed tamen cartilagine, mollius, album, intus nõ catum. Horũ differẽtiæ in

*Genere*, ſumuntur à-

*Subſtantia.* Sic ligamentorum alia
- *Mollia* magisque membranea, vt omnia ferè quæ in orbem articulos ambiunt.
- *Dura*, mediam inter ligamenta, quæ articulos & cartilagines ambiunt, naturam ſortiuntur.

*Situ.* Sic alia
- *Extrinſecus* oſſibus obducuntur: vt molliora illa.
- *Inter* ipſa oſſa, vbi ſe inuicem reſpiciunt, contiguntque, ſituantur, quemadmodum cartilaginea propemodum vniuerſa.

*Forma.* Sic ligamentorum alia
- *Lata*, membranea & tenuia, vt illud quod ſecũdum cubiti longitudinem inter vlnam radiumque conſpicitur.
- *Craſſa.*
- *Teretia*, vt ligamẽtum ex dente ſecundæ ceruicis vertebræ,
- *Ampla*, & lata vt tertium humeri articuli, &c.

*Ortu.* Sic alia eorum principium ducunt à
- *Solis* cartilaginibus: vt laryngis.
- *Oſſibus*: vt genu, cubiti, humeri articuli, &c.

*Vſu.* Sic eorum alia
- *Colligant* tum oſſium articulos, tum cartilagines.
- *Continent* tendines in ſuis ſinibus.
- *Obtegunt* ſeu muniunt corpora quædam, quibus obducuntur.
- *Conſtituunt*, ſeu potiùs muſculos intercedunt ſepti alicuius ac interſtitij vice, & muſculis durum oſſis modo renixum præbent, &c.

*Specie*: ſũt aut

*Trunci* videlicet

*Capitis*

*Totius*, cũ vertebra
- *Prima*: Ligamentum vniuerſum articulum ambiens (quod & cæteris articulis commune cenſetur) forte, robuſtumque eſt, rarum tamen nihil, aut peculiare, præter robur craſſitiemque adipiſcitur.
- *Secunda* ceruicis: Ligamentum teres & validiſſimum eſt, & cartilaginis naturæ participat. Hoc ex vertice dẽtis enatum, occipitis oſſi inſeritur, quà anteriorem foraminis regionem, quo dorſalis medulla delabitur, cõſtituit. Id ligamentum firmiſſimè ſecundam vertebrã occipitis oſſi colligans vnà cum dente veluti axem efformat, ſecundum quam caput primæ vertebræ interuentu in gyrum agitur.

*Partiũ*
- *Linguæ* cum faucibus: Ligamentum, quod ad palatũ reflexa lingua apertoque ore ſub ipſa conſpicitur, magni vſus gratia efformatum. Niſi enim eſſet, lingua nimium aliquando retrorſum in ſe colligeretur, nec facilè exerta intrò retraheretur: præterea neque ſedẽ obtineret ſtabilem & tutam, vt quæ vndique eſſet ſoluta. Vtroque enim munere ligamentum fungitur, nimirũ vt baſis linguæ ſit firma, & linguæ finis promptè quoquouerſum pertingat.
- *Maxillæ* inferioris. Hæc maxillã inferiorem ſuperiori alligantia, ligamentis alios articulos mẽbranæ inſtar ambientibus reſpõdent, nihil ſibi quicquã peculiare vendicantia.

*Thoracis*

*Corpora*
- *Intrinſecus*, Ligamenta cartilaginea, inter omnium vertebrarum corpora ſita, quo colligantur.
- *Extrinſecus*, Ligamenta validiſſima, per totam dorſi longitudinẽ, toti vertebrarum corporum ambitui obducuntur, vertebrarumque corpora colligãt: quæ etſi vndique craſſa, ſpiſſa & robuſta, ſed mucoſo interim humore oblita ſint, tamen in anteriori corporis ſede ad vtrunque latus ob ſui craſſitiem conſpectiora euadunt: hæc obſtaculo ſanè ſunt, ne in extenſione dorſum nimium porrigatur, incurueturúe.

*Proceſſus* tranſuerſos, Ligamentum mẽbraneum: quod ex ſingulis tranſuerſis proceſſibus in ſingulos tota interualli amplitudine porrigitur.

*Vertebrarũ, quorũ aliapoſita ad*
- *Spinarum* interualla, Ligamenta membranea, ab vna ſpina ad alteram, ſpinas inuicem colligantia, & veluti muſculorum inſtrumenta.
- *Apices.* Membranæ hæ admodum craſſeſcunt, vt ad apicem ſimul coeuntes, quaſi toti dorſi ſpinæ ligamentum conſtituant, cartilaginis etiam naturæ compos.
- *Singulas* vertebras, Ligamentum quoddã ſubflauum, robuſtum, durum & validum. Ex interna enim ſede foraminis vertebræ, quod dorſali medullæ exculptũ eſt, ad radicem ſpinæ poſteriorilúe vertebræ proceſſus inter duos aſcendentes aut deſcendentes proceſſus exoritur, quod ſemper in ſubſequẽtis vertebræ eandem ſedem inſeritur, hoc præcipuo vſu accommodum eſt, ne vertebræ ſuo loco promptè exiliant, præſertim ceruicis, quum illæ laxè admodũ coarticulentur, & præ cæteris vertebris admodũ obliquè agantur.

*Laryngis*: Rarum aut peculiare ligamentum prorſus nullũ obtinuit, præter membranea orbicularim cingentia: deinde in ipſius medio lingula conſiſtit, quę conformatur ex cartilaginũ articulatione, & præcipuè cartilaginis tertiæ partibus, quæ primam cartilaginem acutis proceſsibus ſpectant, mox & eas colligante ligamento, & pingui totam laryngem ſuccingente tunica.

*Ilij* oſſis cum oſſe ſacro. Ligamẽtum robuſtum & membraneum, vniuerſam cõmiſſuram ambiens. Portio tamen ipſius in medio, vbi inuicẽ oſſa committuntur, ſeſe inſerit, ac ita valida craſſaque efficitur, vt cartilaginei ligamẽti naturã prorſus repræſentet, cuius beneficio, & demũ cartilaginis quoque interuentu illũ os ſacro vaſtiſſimè nectitur. Quemadmodũ igitur cartilaginis intereſſu & ligamento orbiculatim commiſſurã ambiente, quib. oſſa inuicẽ connectũtur, ita quoque ilũ os ſacro coarctatur.

*Sacri* oſſis cum Coxendicis oſſe, Ligamentũ ex latere connexus quinti oſſis ſacri cum ſexto quodammodo teres enaſcitur, atq; in acutum proceſſum coxendicis oſſis inſeritur. Ab eodem etiam latere oſſis ſacri, in oſſis coxendicis appendicem aliud ligamẽtum enaſcitur, quod vnà cum prædicto oſſa hæc firmiùs connectit, & præterea recti inteſtini & muſculorum ipſius fulcrum exiſtit.

*Artuum.* Vide in ſequentibus ſub ſigno A.

A. *Ligamẽta artuum aut*

*Comprehendenti*: videlicet

*Humeri* sunt ligamẽta quinq; quorum alia humerum

*Deorsum* extrorsumq; ne ab acetabula scapulæ labatur, continẽt: eumq; in scapulæ acetabulũ cõnectũt: & sunt 4. quorum

*Vnum* commune omnibus articulis, quod est amplum & membranosum, orbiculatim ex supercilijs ceruicis scapulæ principium assumit, ac totum articulum ambiens, in radicem interim capitis humeri primum inseritur, & deinde totius exterioris capitis amplitudini, ac vtriusque ceruici implantatur.

*Tria* peculiaria

*Primum* ad amussim quidem teres. Enascitur ex apice interioris processus scapulæ, & hinc procedens, internis, anterioribusq; partibus exterioris humeri capitis circumtenditur, validissimè huius capitis sedis impressioni adnatum.
*Secundum* similiter teres, sed crassius maiusq; primo est, ex ceruicis scapulæ superiori parte, vbi summo humero submittitur, ortũ ducit, & interius humeri caput superans, inseritur toti illi exterioris capitis regioni, quæ ad externum latus eius sinus extuberat, qui exterius caput musculi cubitum flectentium anterioris uiam præbet. Huius ligamenti anteriũs latus posteriori primùm ligamenti connascitur lateri, ac simul ambo velut transuersum ligamentum efformant, caput eius musculi in sinum suum seruans.
*Tertium* amplũ, ex eadem cũ secundo regione principiũ nanciscitur, ac obliquè hinc porrectũ, inseritur in totã posteriorẽ exterioris capitis humeri sedem adeò, vt præsens ligamentũ posteriorem articuli ambiat regionem. vt enim amplum obtinet principium, ita quoque ampliorem molitur in humerum insertionem.

*Sursum*, in anteriora, ad mediam nimirum, inter summum humerum, & interiorem scapulæ processum sedem luxari prohibens. Est enim vnicũ & similiter validum ligamentũ, ab interiori quoq; processu scapulæ sursum obliquè ad summũ humerum porrigitur, articulũ humeri cum scapula nusquam cõtingens.

*Cubiti* seu radij, aut

*Colligãt* cubitũ, vel cũ

*Humero*, maximè cum eius exteriori capite. Ligamenta valida, sed membranea.

*Vlna*: & vel

*Iuxta* brachiale, Ligamenta reliquorum articulorũ membraneis ligamentis respõdentia. Sed ab apice processus stylũ imitantis, ligamentum huius articuli durius efficitur, quasi hinc peculiare quodammodo teres in brachialis os duceretur, quod rectum est, & cæteris magis cartilaginosum vniq; tantùm ossi commissum.
*Per totam* longitudinem, quà inuicẽ radius & vlna dehiscunt, validũ & membraneũ ligamentum, ab acutiori vlnæ linea in radij lineam insertũ. Hoc non simplex conspicitur membrana, verùm (vt pleraq; ligamenta) ex fibris conflatũ spectatur, à radio deorsum in vlnã obliquè proreptantibus. Huius beneficio, præterquàm quòd ipsa ossa inuicẽ alligantur, interiores cubiti musculi ab exterioribus dirimuntur, & ex ipso musculi etiam nonnulli suorum principiorum robur ascisciunt.

*Muniunt*: & sunt sex ligamenta transuersa, quæ in externis cubiti partibus, qua brachiali articulatur, sese offerunt, quorum beneficio tendines in ossium sinibus reseruantur. At hæc si in superficie spectentur tantùm, vnum esse videbũtur, totius cubiti latitudini expansum, quod dissectum, sex spectandos offert anulos transeuntibus tendinibus obductos. Vnde meritò id in sex ligamenta distinguitur, quorum

*Primum*, ex vlna in radiũ procedit, atq; ad cõmunẽ vlnæ radijq; sinũ refertur, à quo paruus digitus præcipuè extẽditur.
*Secundum*, ad externum primi ligamenti latus repositũ, soli vlnæ illiq; musculo peculiare est, qui ante paruum digitum insertionem tentans brachialis extensionis opifex censetur.
*Tertium*, ad internũ primi ligamenti latus habetur, soliq; radio proprium est, eos amplectens tẽdines, qui quatuor extendunt digitos.
*Quartum*, ad internũ latus tertij positum, angustissimũ efficit anulum, vt & tendo, quẽ transmittit, gracilis est. Ille enim à musculo procedit, qui indicem & medium à pollice deberet abducere.
*Quintum*, bicorni tendini, quo brachiale extẽditur, & illi, qui pollicem versus indicẽ euertit, viam largitur: quanquã interdum pollicis musculo priuatũ quoq; ligamentũ obducatur. adeò vt septẽ tũc ligamẽta in externa cubiti sede reponãtur.
*Sextum*, tres tendines transmittit, quorum vnus brachialis ossi ante pollicem, alter primo pollicis ossi, tertius autẽ secundo & tertio inseritur.

*Vlnæ* cum humero rum vlnæ

Quamuis tutissimus sit vlnæ cum humero articulus, tamen robustis quoq; ligamentis humerum vlnæ Natura commisit, quæ similiter articulum in circuitu amplexantur.

*Manus* extremę: huius quoque ligamenta aut

*Colligãt* ossa invicẽ: & vel

*Digitorum*, sunt membranea, & articulum solum circumdantia,
*Brachialis*, sunt validissima ligamenta, cartilaginis naturam referentia, & simul vnita hærentia, atq; hæc ligamenta ipsis vndique obducuntur, & quibusdam etiam sedibus illa intercedunt, idq; potissimùm in illorum ossium interuallis, quæ in secundo ordine reponuntur quibusq; postbrachiale coarctatur.
*Postbrachialis*, quà mutuò ipsarum radice iuxta brachiale se spectãt, cartilaginea sunt, quæ nõ orbiculatim ossa tantùm ambiunt, verùm & in ipsorum medio habentur, qua ossa se inuicem respiciunt. Post brachialis verò cum brachia ligamenta valida sunt, per exteriora ducta.

*Muniunt* subdita corpora, instar tunicarum musculis obducuntur, & ne ex ipsorum cauitatibus declinent, vinciunt, tendinẽsque in suis sinibus continent. Sunt autem ligamenta transuersa, & numero duo, quorum

*Vnum*, vniuersæ interiori sede quatuor digitorũ exporrigitur, & pollicis etiam secundo & quasi tertio internodio eius generis expanditur. atq; hæc omnia eundem præstant vsum, quo tendines flectentes amplexantur, & anuli modo continent.
*Alterum* in externa brachialis regione conspicitur, omnes digitorũ tendines, qui hàc prorepunt, constringens. atque hoc latũ est, & cæteris omnibus huius generis robustius, sed interim neq; postchiale, neq; cubitum contingens.

*Ambulandi*. Vide in sequentibus sub signo B.

PRAETER *hæc ligamenta in manu nulla sunt, nisi & horum albo ligamenta, quæ in musculorum constitutionem ingrediuntur, & proprias ipsorum membranas efformãt, reponere statueris. qui interdum in tantùm pertingunt crassitiem, vt cum musculi caro ipsis subsit, liuorem quendam musculis inducant.*

B. liga-

*Femoris* cũ coxendicis osse, sunt ligamenta duo, quorum

- *Vnum* orbiculatim articulum amplectens, crassissimum robustissimumque, ne femoris caput aliquando luxaretur, quoties varijs motibus femur magnam corporis molem sustentans mouetur.
- *Alterum* teres est, & adeò durum, vt cartilagineus neruus meritò ab alijs appellatus fuerit. Hoc ex medio capitis femoris enatum, non in acetabuli centrum inseritur: at in humilimã ipsius sedẽ vbi adeps, non autem cartilago sinui oblinitur. Nam aliter, ac si Natura ad superiora primas femoris luxationes futuras metuisset.

B. *Ligamenta* artuũ ambulandi: videlicet

*Genus* cuius præter commune ligamentũ omnibus articulis obductũ, quinque & valida, robustaq; habentur, quorum

- *Primum*, partis anterioris, quæ membraneo ligamento prorsus destituitur, & tamẽ regio admodum fallax, & summoperè laboratura est, mola patellaúe simul cum illam continentibus tendinibus prætenditur, quę cum abundè articulum stringat, nullo hîc opus erat ligamento, neque etiam membraneo, omnes articulos ambiente.
- *Secundum*, partis posterioris robustum, neruosumque, quod ex media posteriori tibiæ regione originem ducens, recta sursum fertur, & bifidum vtrorumque femoris capitum posteriori sedi, quà maximè illa dehiscunt, implantatur.
- *Tertium*, mediæ partis, duabus prædictis digniori maiorique egentis firmamento, validissimum & cartilagineum ligamentum, quod ex tota prominentiori inter duos tibiæ sinus parte enatum, femoris posteriori parti, quà ipsius capita maximè inuicem distant, cum paulò ante dicto inseritur. Verùm præter hoc ligamentum, interdum adhuc mucosum quoddam & gracile reperitur, in medio genu articulo locatum, in anteriori nuper dicti regione: quod similiter à tibia in femur pronascitur.
- *Quartum*, exterioris regionis, iniurijs magis, quàm interior parentis, teres est ligamentum, femoris & fibulæ tibiaque os inuicem colligans. Huius ligamenti humilius extremum, capiti musculi substernitur, cuius tendinem ad posteriora inferioris fibulæ appendicis perreptantem, ad pedij os pollici præpositum, protenditur.
- *Quintum*, interioris regionis, quæ cæteris omnibus, & minus erat motibus famulatura, & ijs, quæ cruri lædendo occurrant minus obuiatura, ligamentum est iam dicto tum gracilius, tum mollius. Quod etsi ex interiori femoris latere enascatur, in tibiæ tamen latus non insertatur, sed velut ad aliud exterius in tibiæ priora maiori sua portione contendit.

*Fibulæ* cũ tibia

- *Iuxta* genu, ligamentum forte, sed vt in aliorum ossium commissuris, ab exteriori tantùm parte ossium connexum circundat.
- *Per* totam longitudinem, qua tibia & fibula inuicem dehiscunt, ligamentum membraneum est, illi par, quod in cubito repositum esse cõmemorauimus. atque id à tibiæ osse in fibulam porrigitur fibris intertextum à tibiæ osse deorsum obliquè in fibulam excurrentibus. Hoc fibulam tibiæ alligat, & interstitij ritu anteriores tibiãoccupantes musculos à posterioribus dirimit, illisque qui ipsi adnascuntur, exortus robur porrigit.

*Pedis*: ex horum genere alia sunt

*Transuersa*, quæ tendinibus obducuntur, quorum alia

*Colligant*, & ad ossium commissuram simul faciunt: & sunt tria, quorum

- *Primum* in anteriori tibiæ sede, ad ipsius cum pede articulũ consistit atque ad tibiæ os & fibulam refertur. hoc enim ossa cõnectit, & plurimos tendines transmittit, & est vnum simpliciter ligamentum.
- *Secundum*, ab interno malleolo, in calcis os inseritur, atque ossium quoque alligationi auxiliatur. Hic si exactè diuidatur, tria ligamenta efformat, quæ priuatim ad suos quosq; spectant sinus, triũ tendinum nomine, vt & ipsi tres sunt exculptos: quorum sinuum
  - *Proximus* calci musculi tendinem admittit, qui pollicis secundum flectit internodium.
  - *Secundus*, tendini viam præbet, tertios quatuor digitorum articulos flectenti.
  - *Tertius*, vna cũ ligamento in posteriori interioris malleoli sede repositus, à Natura illi tendini præparatus est, quem musculus efformat, inter pedis motores quintus.
- *Tertium*, à fibula in calcem fertur, atque ad ossium ita colligationẽ iuuat: qua autem duobus sinibus obducitur, tantùm tendinibus famulatur, seprimi & octaui musculorum pedem mouentium.

*Muniunt* duntaxat tendines, & ne illi ex suis finibus exurgant, vinciũt: cuiusmodi sunt ligamẽta transuersa in inferna pedis digitorum regione, vt antea quoque in manu dictum est.

*Minus* transuersa, quorum alia

*Membranosa*: & sunt quatuor, quorũ

- *Primum*, ex tibiæ osse in fibulam procedit, inferius tibiæ ossi fibulã colligat.
- *Secundum*, reliquis articulorum ligamentis respondens, quod vniuersum articulum tibiæ cum talo amplectitur.
- *Tertium*, quod omni ex parte calcis cum talo obducitur articulo.
- *Quartum*, validum est, quod à tali ceruice in tesserã imitans os implantatur.

*Cartilaginosa*: vt sunt ligamẽta

*Tali* quatuor, quorũ duo

*Interius* conduntur

- *Vnum*, in tibiæ ossis partem, quæ talum respicit: innascitur, id os talo colligans.
- *Alterum*, robustius, & admodum insigniter cartilaginosum, ab inferiori tali sede propter ipsius ceruicis radicem, nimirum qua calci is committitur, principiũ ducit, & calci inter duas, quibus talo coarticulatur, commissuras innascitur.

*Exterius* ossa ambiũt, quorum

- *Vnum* interiori primo respondet, fibulam talo nectens.
- *Alterum* tali caput ossi nauiformi connectit. Ex tali enim ceruicis termino originem ducens, iam dicto ossi inseritur.

*Calcis* cum osse tesseræ simili, vnicum ligamentum & robustum.

*Tarsi Ossis* Cymbam imitantis } Ligamenta durissima & validissima.

*Ossium* digitorum, & quidem partis superioris. inferioris enim mẽbranea sunt.

# De Membranarum conſtructione, in ſpecie.

IIII. *Membranæ humani corporis quãplurimæ ſunt: quarum alia corporis*

- *Totius*, Membrana, carnoſa, cuti per vniuerſum corpus ſubdita, quæ cuticula longè robuſtior craſſiorq́ eſt, & fibris quibuſdã raris, his, qui ſubſternuntur illi, muſculis adhæret, connaſciturq́ cuti verò pertinaciùs cõmittitur. Hæc non eandem in vniuerſo corpore craſſitiem obtinet, verùm quibuſdam corporis ſedibus, carnoſis fibris adaugetur, & craſſior reddita, adeò carnoſa efficitur, vt muſculi nomine donetur. Vide lib. 6. fol. 560. in 2. fig. thoracis T. V. & lib. 5. fol. 370, in 20. fig. fig. t.
- *Partiũ:* & vel
  - *Superiorum:* aut
    - *Maximè* nobilium, nẽpe cerebri, atq; huius membrana vel
      - *Extra* caluariam, ſub cute capitis eſt, ex dura matre per ſuturas enata, Græcis περικράνιος propriè, communiter verò, ὀστέον appellatur. Nam omnis membrana oſſa ambiens, communiter ipſis perioſtios dicitur. Hæc durã matrem cum cranio connectit.
      - *Intra* caluariam, cerebrum ipſum in orbẽ ambientes, quarum
        - *Vna* craſſa, ſiue dura. Craſſa meninx, & vulgo Dura mater dicitur. hæc non ſimpliciter cerebri tegumẽtum eſt, ſed contra caluariæ occurſus propugnaculum exiſtit. Nam cranium ipſa ſuccingit, & à cerebro ſeiuncta eſt, plurimumq́ ab eo diſtat, excidẽtibus tantùm vaſis cohærẽs: dum verò cerebrum attollitur & ſubmittitur (ipſum enim perpetuò pulſat & ſubmittitur, quanquam oſſe immobili contineatur) accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius eſt, ratione. Perforata eſt multis tenuibus foraminibus iuxta oſſa ethmoeidea, tũ vt aer promptè reſpirationis gratia & vapor odorum dignotionis ad cerebrum mittatur: tum vt excrementa euacuent. Vide lib. 7. 1. figura cerebri A.A.B.B. & in tertia figura P. P.
        - *Altera* tenuis & mollis, Tenuis meninx, & vulgo Pia mater dicitur, cerebro penitùs coniuncta eſt, quoniã ipſum ſtabilit ac tegit, & præterea omnes cerebri venas & arterias colligat, ne vacillent, inuoluantur, & per motus ſedem mutent, infirmæ innitentes baſi, vt quæ tam humido, molli, & propemodum fluido corpori inſideant. Idcirco enim neque cerebrum ſolum continet, ſed etiam per altam ipſius regionẽ mergitur, & quocũque permeat, totumq́ ipſum implicat, vaſis vndequaque ad ventriculi vſque ſpatioſam laxitatem exporrecta: vnde & χοροειδὴς dicitur. Similis eſt ſecundis & meſenterio. Hæc enim vtraque multis conſtant arterijs & venis inuicem propinquis, & membrana ſubtili, quæ media earum ſpatia intexit. Vide lib. 7. in 2. figura cerebri E. E. in tertia figura O.O.
    - *Minus* nobiliũ: nempe
      - *Oculi*, cuius membranę ſunt quinque: quarum
        - *Prima* adnata eſt, eò quòd alijs, quæ oculum ipſum conſtituunt, tunicis, extrinſecùs adnaſcatur, ligamentum & ipſa exiſtens, toti oculo ad oſſa circumiacentia, ex pericranio ducens originem. Vide lib. 7. in 1. fig. oculi M. Q. & 16. fig. 5. t.u. x. & 17. fig.
        - *Secunda*, primæ proxima, à cornu figura dicta κερατοειδὴς, quòd cornibus adeò extenuatis ac minutim concisis ſit perſimilis. à dura cerebri membrana nata, aduerſus iniuriam cryſtallini humoris operimentum. Vide in 1. fig. Oculi N.
        - *Tertia*, à folliculo vuæ ῥαγοειδὴς vocatur, varijs interſtincta coloribus, cœruleo & viridi, quibus ſe iam defatigatus recreet, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine concaua, originem ex tenui meninge ducit: vnde etiam χοροειδὴς dicitur. Vide lib. 7. in fig. Oculi, G.11. fig. gg.f.f.14. & 15. fig.
        - *Quarta*, quæ innata & propria humoris cryſtallini eſt tunica, non modò cepæ tenui cortici eſt ſimilis, verum etiam araneis tenuibus eſt tenuior atque albior, vnde ἀραχνοειδὴς appellatur. Hæc non totum veſtit humorem cryſtallinum, ſed quæ eius pars vitreo humore inuehitur, prorſus ſine munimento eſt, ac tunicæ expers. Vide in 1. fig. Oculi, B.12. fig. h. h.
        - *Quinta*, à retis ſimilitudine, amphibliſtroides appellatur, ex nerui viſorij ſubſtantia, ſoluta dilataq́ naſcitur. Humori vitreo nutrimentũ ſuggerit, vtpote plena arterijs & venis pluribus maioribusq́, quàm moles ipſius requirebat. Verùm cùm neruis omnibus, qui à cerebro ſunt, portio quædam meningis choroidis procedit, arteriam venámq́ deferens, quæ corpus illud reticulare continet, ac ſuperius deſcriptam tunicam conſtituit, Vide in 1. fig. oculi. E. 13. fig.
      - *Naſi*, membrana, quæ nares intus ſubiungit, à dura matre oritur, eſtq́ cõmunis &, continua ei, quæ os, linguam, pharyngem, laryngem, aſperam arteriã, œſophagum, ac ventriculum totum intrinſecus integit.
      - *Linguæ*, membrana ſeu tunica ori communis, ad baſim qua oſſi hioeidi affixa eſt, magna fortisq́ ſedis ac firmitudinis gratia apparet, celeris verò motus cauſa ad extremitatem tenuis.
      - *Laborum*, communis eſt membrana oris, continua interni ſtomachi, ob quæ lege conſortij per vomitum inferius labrum tremit.
  - *Mediarum.* Vide ſignum A.
  - *Inferiorum.* Vide ſignum B.

A. *Membranæ* partiũ mediarũ corporis humani sunt vel

*Principalium*: nempe

*Cordis*, cuius membrana siue tunica περικάρδιον, vulgo capsula cordis vocatur, cuius radix non ex ipso cordi corpore, sed ex vasis inde procedentibus oritur: quorum alterum est maxima arteriarum sinistra parte situm: altera vena, à iecore sursum versus per dextram regionem tendens. Cæterùm pericardiũ hoc pectori membranarum intersepientium vicinio connexũ est, qua maximè ipsius vertex, & quædã vtrinq. verticis partes habentur, non autẽ cordi cohæret, verùm parua quædam regio intermedia est, motui cordis accommoda, in quam aquea quædam humiditas colligitur, interim tam copiosa, vt cordis palpitationẽ excitet. basis ipsius orbicularis est, deinde paulatim restricta ipsi cordi similiter, desinit in verticem turbinatum, ossi pectoris coniunctum. Pericardij situs vt medius est inter contraria, sic & substantia in extremorum medio consistit. Tanto enim osse mollior est, quanto pulmone durior: vnde & cordi ceu vallum & septum tutum circumdatur. Vide lib. 6. in thoracis. 3. fig. B.C.D.E.F.G. & 4. fig. A.B.B.

*Orificiorũ* quatuor vasorũ in corde, quibus membranæ vndecim velut opercula quædã adnascuntur, quarum in

*Dextro* ventriculo, sex sunt

*Tres* in orificio venæ cauæ, fortis, intro pertinentes, crassitie, robore ac magnitudine insignes, quas trisulcas appellarunt, quòd mutua ipsarum inter se compositio cuspidum telorum eminentijs atque angulis penitùs est similis. Vide lib. 6. in 7. fig. thoracis K. L. M.

*Tres* in orificio venæ arteriosæ, intus foras spectantes, quas à figura literæ Σ, σιγμοειδεῖς appellarũt. Vide lib. 6. in 8. fig. thoracis E.F.G.

*Sinistro*, sunt quinque

*Tres* in orificio magnæ arteriæ, intus foràs etiã spectantes, & σιγμοειδεῖς eadem ratione prædicta appellatæ. Vide lib. 6. in 10. figura thoracis B.C.D.

*Duæ* tantùm in orificio arteriæ venosæ, foris, intrò pertinentes, quarum figuram nemo cuipiam rei assimilare est ausus. Vide in 9. figura thoracis E.F.

Ex his membranis, quæ intus foras feruntur, paratæ ob id sunt, ne materiæ remigrarẽt. Quæ verò foris intrò, quæ maiores & fortiores sunt, non obid modò, sed vt etiam attrahendi essent instrumenta.

*Minus principalium*: & quidem

*Similariũ*: videlicet

*Arteriarum* sunt duæ: quarum

*Exterior* rectis fibris, & quibusdam mediocriter obliquis, transuersis nullis contexta est.

*Interior*, crassior, durior, transuersas habet fibras.

*Costarũ*: sunt membranæ tres, quarũ

*Vna* araneæ modo prætenuis, sibiq́ue ex toto similis, toti interno thoracis sinui subtenditur, πλευρὰς ὑποζωκῶς, id est est costas succingens, vnde vulgò pleura appellatur, in qua fit pleuritis. Hæc qua parte costarum ossa subiungit, pulmoni vice propugnaculi est, ne dum ipse, respirante animali, agit, nudis ossibus incidat. Qua verò parte sunt, quæ partes inter costas medias vocamus, ibi musculorum ac vasorum gratia comparata, musculis quidem tunicam, vasis verò vehiculum quoddam ac veluti stabilimentum præbet.

*Duæ*, ex priore vtraque parte singulæ: totum thoracem διαφράττοντες, hoc est intercipientes, nascuntur, quæ recta linea ad pectoris longitudinem mutuò sibi cohærent. Nonnunquam tamen & parte superiore ad pectoris latitudinem inuicem distant. Inseruntur tutò posteriori parte vertebris spinalibus, anteriore per medium pectoris os ad clauiculas vsque ascendunt. Basis ipsarum superius septi partibus obiecta est, ita vt circulum ipsius interiorem contegat. Vius harum est, vt duos thoracis sinus efficiant, quò, si quando vulnere magno in alteram eius partem recepto, respirationis opus perierit, quod per illam partem fiebat, alter sinus incolumis actionem saltem dimidiam tueatur. Deinde, quo arterias indidem sitas, venas, neruos, stomachum & pulmonem totum thoraci colligent, omniaque ea contegant. Vide lib. 6. in 1. figura thoracis H. H. & L.M. N. O. & T. V. in 2. figura thoracis G. G. I.I.H, *K*.

*Instrumẽta* lium: nẽpe

*Pulmonis*: membrana tenuis, portiones quasdam eorum neruorum, qui propter stomachũ infernè ad ventriculum feruntur, accipiens

*Asperæ* arteriæ: sunt mẽbranæ duæ: quarum

*Interna*, quæ ligamentis, cartilaginibus & circulis intùs obtenditur, exactè orbicularis, omnia demulcens, densa, tenuis, modicè sicca, rectis ad longitudinem fibris contexta.

*Externa*, foris omnia velut operculum contiestit, eadem structuræ ratio ad extremas vsque fibras seruatur.

B. *Membranæ* partium inferiorũ corporis humani sunt aut

- *Maximè* principũ: & vel
  - *Nutritionis*, nempe Hepatis: cuius membrana seu tunica tenuissima est, & à peritonæo originem ducit.
  - *Generationis* aut:
    - *Virorũ*, nempe testiũ, quorũ alię
      - *Communes* vtriq; testi. Ambos enim testes vnà cum ipsorum peculiaribus tunicis & seminarijs vasis, cutis ipsa & membrana carnosa perinde atque vniuersum corpus amplexantur, & duas vtrisque testibus communes statuunt membranas: cutis quidem vnam, alteram membrana carnosa, ὄσχεον dicitur, Latinis scrotum. Vide lib. 5. in fig. 20. ventris, r. s, t.
      - *Propriæ*: sunt duæ mẽbranæ singulos testes inuolnẽtes: quarũ
        - *Interior* tenuis est, carnosa, exanguis, alba, Græcis dicitur ἐρυθροειδὴς. Vide lib. 5. in 22. fig. ventris L. & 23. fig. Q. P. L.
        - *Exterior*, quà hanc carnosa membrana cõtingit, fibris quibusdam membraneis illi connascitur, adeò sanè frequentibus, vt interdum has aliam testium tunicam constituere videatur.
        - *Interior*, quà testem ipsiúsque vasa respicit, læuis, & aqueo quodam humore obducta est, neque vlli penitùs corpori connascitur, præterquã quòd elatiori sui parte, quà ex peritonæo procedit, illic peritonæo cõtinuatur, adnascitúrque: quin & inferiori testis parti validè applantatur.
        - *Exterior*, vide in 20. figura ventris u. & 22. fig. γ. φ.) valentior est, internæ vehemẽter eius parti inhærẽs, Græci δάρτον appellant: à peritonæo procedit: cuius superficies
    - *Mulierũ*, videlicet
      - *Vteri*, mẽbrana (vide in 26. & 27. fig. ventris E. E. E. E.) prẽter peritonęum simplex, durior & neruosior omnibus fibris ei intertexta: quia nõ modò semẽ attrahere in coitu, sed etiã retinere, vbi cõceptum est, & excernere, quãdo absolutus fœtus est, oportet. Sed & venis multis & arterijs intercepta. Non est æqualis in omnibus. Variet enim
        - *Magnitudine*. Nam
          - *Maior* est in
            - *Grauidis.*
            - *Adultioribus.*
            - *Iis*, quę venerem expertæ fuerunt.
          - *Minor* est in ijs
            - *Quæ* nunquam fuerunt grauidæ.
            - *Quæ* venerem nunquã expertæ sunt.
            - *Quæ* augentur adhuc.
        - *Crassitie*: & vel secundum
          - *Aetatem*. Nam ætate prima, vt exigua, ita quoque tenuis est: si menses recesserint, pro ratione magnitudinis etiã gracilescunt. Si iam vterum gerere mulier, & mensibus purgari desinit, vt magnitudo imminuitur, ita crassities augescit.
          - *Tempus* menstruorum. Nã tempore menstruorum crassus vterus & tumidus est, quippe humiditate sanguinea tunc irrigatur. Tenuis & siccus est, cùm longissimè ab hoc tempore existit.
          - *Conceptum*. Nam quæ vterũ gessit, crassior: quæ sæpe gessit, crassissimus. Rursus in principio conceptus crassus: cùm autẽ tempus pariendi instat, maior quidem, sed tenuis euadit, in medio tempore mediocriter se habet.
      - *Testium*, quorum vtrique propria membra, qualis est in maribus, quã δάρτον dicunt, est. Erytroide verò & scroto carent. Vide in 24. fig. ventris O. O.
      - *Fœtus*, quę tres mẽbranę inuoluũt in vtero, tenues & aranearum telis similes, quarum
        - *Exterior* tenuis quidem, verùm successu temporis crassa & fortis, totam integit vuluam interiorem. Græci χόριον, nos Secundas appellamus. Vide lib. 5. in 28. fig. ventris F. K. Q. R.
        - *Altera* subsequitur tenuissima, quæ à figura farciminis ἀλλαντοειδὴς dicitur, ex fœmineo semine generatur, initium suum ex meatu vrinario ducitur, & prius oritur quàm amnion. Ad vteri apices emergit longa & angusta, vt quæ eminentibus tantùm partibus capiti, clunibus & pedibus incumbit. Vsus eius fœtui est, vt vrinam animalis iam efformati recipiat. Vide lib. 5. in 28. fig. ventris. G. G. L. L. O. P.
        - *Tertia*, tenuis, totum fœtum orbiculatim amplectens, quæ à mollitie ἄμνιον dicitur, & ipsius fœtus sudorem excipit. Vide lib. 5. 28. in fig. ventris M. M.
- *Minus* principum. Vide signum C.

C. *Mẽbranæ partium minus principum, sunt vel*

- *Similarium*: videlicet venarum, quarum vnica tunica est, quę rectas fibras, & quasdam mediocriter obliquas obtinet.
- *Instrumentalium* earum
  - *Ventris*: cuius duę sũt mẽbranæ: videlicet
    - *Peritonæum*: cuius
      - *Natura* tenuissima est, sed firmissima, latis & continuis aranearum telis similima. Peritonæũ dictum, quòd omnibus tum visceribus, tum intestinis, tum vasis, quæ inter septum transuersum & crura sunt, item quòd vesicæ & vuluæ obtendatur, aut quòd horum omnium sit inuolucrum. Oritur ex musculorum transuersorum extremis carnosæ septi particulæ, inde ad dextram & sinistrã, ad ilia vsque, ad lumbi vertebras procedit. At extremitas eius superior inferiori diaphragmatis parti adhæresc it: inferior verò, ossibus pubis & ilium committitur, A' septo iuxta sinistram connectitur cum ventriculi initio, quod os ipsius dicitur, &c. Quod si priuatim absque omnibus, quæ id contegit, inspicere voles, circulum quendam aut sphæram referre tibi videbitur. Ad inguina perforatum est, & tenuissimum, vnde facilè ibi dilatatur aut disrumpitur. quo rupto, omentum aut intestina in scrotum deuoluuntur. Vide in lib. 5. 1. 2. & in 10. figura ventris A. A. B. C. D.
      - *Vsus* sunt quinque
        - *Primus*, quo vniuersas partes subiectas, ventrem & intestina viseraque infra septum sita, contegat.
        - *Secundus*, quo hæc ipsa, ab extrinsecus incumbentibus musculis interstinguat: ne quando tenuium intestinorum aliqua, in media inter ipsos spacia incidant: & dum premunt aut premuntur, arctant, aut arctantur, inflant, aut inflantur, motus illorum impediant, ipsaque difficilimè recrementa deorsum transmittant.
        - *Tertius*, quo sicci alimenti superflua septi auxilio propellat.
        - *Quartus*, quo velut tegmen exactè circumtensum constringat omnia, ne ventriculus & partes ventriculo propinquæ promptè flatibus prehendantur.
        - *Quintus*, quo omnia quæ sunt sub septo, ab eo colligentur, velut pelle quadam vnumquodque priuatim tegatur.
    - *Omentum* Græcis σπλαγχνον, antiquis rete appellatur, ex duabus tunicis, à peritonæo ortis, densis & subtilibus mutuò sibi incumbentibus, multis præterea venis & arteriis, pinguedine non pauca contextum. Marsupium, sacculum & peram repræsentat. Huius vsus, vt ventrem cuius fundo insidet, foueat, innatumque calorem per inediam tueatur. Quibusdam non multò infra vmblicum consistit, quibusdam ad pubis ossa descendit. Vide in 2. fig. ventris Q. Q. Q. Q. & 3. fig. *a. a. b. b. c. c.* & 4. fig. *e. e. f. f. g. g.*
    - *Mesenterium*, media intestina complectitur: originem ducit ex peritonæo iuxta spinam: omnes venas ex iecore in ipsum descendentes, vnà cum vicinis arteriis & neruis, in orbem complectitur, quemadmodũ intestina: ad quæ illæ excurrunt, vbi ceu radices in arboribus inseruntur, ac deinde inuicem coëuntes, ad vnum omnes principium perueniunt. Porrò natura mesenterium machinata est, ne vasa, dum animal salit aut cadit, frangantur, rumpantur & afficiantur. Vide lib. 5. in 10. fig. ventris K. & 11. fig. L. L. M. N. O. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. & 12. figura I.
  - *Ventriculi*, cuius tunicæ duæ, quarum
    - *Interna* membranosior est, rectis fibris supernè deorsum procurrentibus intertexta. Attrahit enim ventriculus cibum & potum per stomahum, huiusmodi fibris ceu manibus eliciens. Vide in 13. figura ventris. *m.*
    - *Media*, carnosior tran suersis fibris, quibus propellat, quales habent duæ intestinorũ tunicæ: idque bona ratione. Si quidem intestina distr ibutioni dicata sunt: ventriculus autem, stomachus & os, ne iniuria afficiantur, constructa sunt. Vide in 17. fig. ventris I.
    - *Eterna*, à peritonæo pronata. Vide in 17. fig. ventris k.
  - *Intestinorũ*: sunt mẽbranæ duæ, quarum
    - *Interna* carnosior est, & villis transuersis intertexta. Vide in 9. fig. uentis h.
    - *Media* membranosior est, & villis quoque transuersis intertexta. Vide in 9. fig. ventris 1. 1.
    - cum vt
      - *Facultas* ipsorum expultrix sit robustior.
      - *Ipsa* instrumenta ab iniuriis omnibus sint tutiora.
    - *Externa*, à mesenterij pronata membranis. Vide, 9. fig. L. L.
  - *Lienis*, membrana à peritonæo ducitur, quæ ex omni parte ipsum inuestit, & operit, ligamenti viam præstat.
  - *Renum*. Vide in 22. fig. ventris *o. o. p. p.*
  - *Vesicæ* sunt duæ, quarum
    - *Exterior* à peritonæo oritur. Vide in 20. fig. ventris *p.* & 22. fig. *r.* & 23. fig. *r.* & 24. fig. T.
    - *Interior*, plus quàm duplo crassior, ipsius vesicæ propria est, cui omnis fibrarũ species inest, quarum varietas efficit, & maximè obliquarum, ne cõtinua intempestiuáue excretio fiat. Vide in 23 fig. ventris *r.* & 26. fig. L.

# De Glandularum constructione, in genere.

V. *Adenes*, Latinis glandulæ, sunt omnium corporis partim summè imbecilles & fluxionib⁹ imprimis obnoxię. Harum differentiæ in

- *Genere*: sumuntur à
  - *Qualitate*. Quædam enim
    - *Mollior*, rubicundior, & quercinæ glandi forma prorsus dissimilis est, qualis ea censetur, quę principio gracilium intestinorum nõ procul ab inferiori orificio ventriculi exporrigitur, &c.
    - *Durior*, glandi quercinæ forma similis, & peculiare nomen in quibusdam corporis sedibus obtinet: cuius generis in cerebro est, & forsitan in mesenterio, & reliquo corpore passim, &c.
  - *Vsu*. Quædam enim conferunt ad
    - *Vasorum* firmam distributionem.
    - *Humectationem* vasorum.
    - *Superfluorum* excrementorum collectionem.
    - *Cauitatum* implctionem.
    - *Lactis* generationem, &c.
- *Specie*. Vide in sequentibus signum A.

A. *Differētiæ* glādularum in ſpecie variæ ſunt. Quædā enim habentur in

- *Capite*: & vel in
  - *Cerebro*, eſt glandula vna: cuius
    - *Natura*, pini nucem refert, ſubſtātia glāduloſa, ad principium Fornicis meatus qui à medio ventriculo ad poſteriorem, ſpiritum animalem tranſmittit, incumbit. Græcis dicitur Conarium. Vide lib. 7. in 7. fig. cerebri L. & in 8. fig. cerebri M. & 10. fig. D.
    - *Vſus*. Vaſorum firmamentum exhibet.
  - *Meatibus* ex cerebro ad paltaum, glandula vna exiſtit: cuius
    - *Natura* Infundibulo ſeu pelui, in quam cerebri pituita defluit, ſubdita eſt, quæ manifeſtam habet cōcauitatem, quam os quoddam coli aut ſpongiæ modo peruium excipit. Vide lib. 7. in 16. fig. cerebri A. & 17. fig. & E.A. 18. fig. A.
    - *Vſus*. Superflua ex ventriculis prioribus cerebri, necnon particulis ſuperiacentibus, per canales, à medio cerebri ventriculo ad palatum deſcendentes, recipit: huic per palatum excernuntur.
  - *Faucibus*: & ſunt tres, quarum
    - *Vna* ad laryngis radicem aſperæ arterię lateribus adnata, cæteris humorem procreantibus glandulis, craſſior & ſpiſſior. Humore meatum imbuit, non fluido quidem, ſed viſcido & pingui: & ad vocem magnum vſum præſtat. Vide lib. 2. in 6. tab. muſc. L.
    - *Secunda*, elatiùs laryngi apponitur, vtrinque in lateribus vna reponitur, vtcunq; inſignis, & glandi forma perquàm ſimilis. Subſtātia cōſtat aliis glandibus ſimili, at impenſius fungota eſt. Has Græci παρίδια appellant. quòd gargareonis latera reſpiciant. Item ἀμυγδάλας vocant, hoc eſt tonſillas & amygdalas, quòd amygdalis aſſimiles ſint. Vſus autē harum, vt ſaliuam procreent, ac aſperam arteriam & ſtomachum quoque cum tota oris amplitudine humectent. Vide lib. 2. in 6. tab. muſc. F. & in tab. muſc. laryngis. M.
    - *Tertia*, inguinum & axillarum glandibus reſpōdet: numeroſa enim ſub aurum radicibus, & vniuerſo ſpatio inferiori maxilla conſcripto continetur. Nullo peculiari nomine donata. Hæc cauitates omnes exactè implet, vaſorum diductibus vel diſtributionibus præficitur: partes ſuā humectandi vi imbuit. Vulgus his, quæ in porcis & cæteris quibuſdam animalibus in deliciis habētur, veſcitur. Vide in 1. tab. muſculorū. A. & 2. & tab. muſc. H.
- *Thorace*: atq; vel in
  - *Māmillis*
    - *Virorum*, aridæ ſunt & perquàm pauciſſimæ glandulæ. Vide in 25. fig. ventris. D.D.
    - *Fœminarum*, & quidem venerem
      - *Nondum* expertarum, & inuencularum, quibus iam mammillæ in molem attolluntur: glandulæ compactæ & duræ, nulloque lacteo humore oppletę. Vide lib. 5. in 25. fig. ventris. D.D.
      - *Expertarum*: quarum
        - *Natura*. Ad pupillæ centrum vna magnaq; & mamillæ modo effigiata habetur glans, cui altæ frequentes, ſed paruę, & amygdalis, à cortice liberatis, ſimiles in circuitu accumbūt, duriori adipe, & venarum & fibrarū ex carnea mēbrana in cutem pertinentium interuentu mutuò commiſſæ connatęq;. Vtcunq; tamen māmillæ aliquando flaccidæ propendeant, carnea mēbrana à muſculis nō abſcedit verùm glandulæ illæ vnà cùm adipe nō amplius cōſtructæ, ſed flaccidæ à carnea mēbrana laxantur. Mulieres enim lactantes, & vltimis menſibus vterū gerentes, has venas lacteo humore aut lacte oppletas habent, & ipſæ etiam glandulæ eo abundant, & ob id molliores, & fungoſæ admodū, neq; ita inuicem continuæ reddūtur, & illum tonum nō amplius ſeruantes, neque amplius duriuſculo illas ſuſtinente adipe, ſenſim flaccęſcunt & propendent. Vide lib. 5. in 25. fig. ventris D.D.
        - *Vſus*. Lactis generationi ſubſeruiunt: vaſorum portiones firmant ac roborant.
  - *Iugulo*, ſub pectoris oſſe. Græci θύμοι, Latinis glandium, molle ac rubicundum eſt, in elatiſſima thoracis ſede extructum: vt ab omni noxa frequentiſſimas vaſorum diſtributiones hāc ſuſpenſas, immunes ſeruaret. Vide lib. 6. in 2. fig. thoracis. F.
- *Ventre*, & vel in
  - *Stomacho*, ſunt glandulæ, quę ei adnaſcuntur, vt ipſius cauitas ſemper humecta ac velut vncta eſſet. Vide lib. 5. in 14. fig. ventris F.F.
  - *Inteſtino* ieiuno: glandula, ad ſuffulcienda, vaſa ei inteſtino propria, ac quarundam corporis glandularum modo amplitudinem eius lento humore irrigandam. Vide lib. 5. 12. in fig. ventris i.i.
  - *Meſenterio*: corpus glanduloſum, quod πάγκρεας appellatur. Quum autem vena, arteria, neruus inibi in ramos diuaricentur, meritò ſciſſuras earum, ob quas facilius afficiuntur, glanduloſo corpore repleuit. Huic molli ac mediocriter cedenti materiæ, vaſa hæc omnia implicuit, ne duro ſtatim corpori incidant. Vide lib. 5. in 12. fig. ventris, l. & 11. fig. L.L. & 10. fig. ventris L.L.
  - *Veſica* colli: glanduloſa corpora, quæ ἀδ ιμοειδεῖς σφραγίτας nominēt, ad humilimam veſicę partem reponuntur, medium quodammodo inter veſicæ corpus & illius ceruicem. In his ſperma continetur, quod in coitu repētè elabitur. Vſus huius ſunt, tum quòd ad venereū coitū excitet, tum quòd in coitu delectet, denique quòd craſſus is ac viſcoſus inſtat olei, meatum vrinarium humectet, & inungat aduerſus vrinæ raſionem, & ne exſiccatus cōſideat, prohibeatq; quominus per ſe lotium ac ſemen facilè ferantur. Vide lib. 5. in 22. & 23. fig. ventris ξ.
  - *Pene* glans carnoſa, in extrema penis regione obnaſcitur, quæ meatum vrinæ ſeminiq; communem non ſubſtractū duntaxat vt corpora illa exigit, verùm eum in ſe complectitur, meatumq; ambit, qui hic reliquo ipſius ductu amplior efficitur, & rurſus ſuo ſine arctatur. Vide 20. fig. x.

SVNT *& aliarum quarundam corporis partium glandulæ: videlicet axillarum, & inguinum, &c. quæ ad cauitates potiſſimùm & ſinus replendos accommodantur.*

# De Adipe.

VI. Adeps στιμμὴ Græcis appellatur, qui nisi extremè homo emacietur, vndiq; propemodum, inter cutem, & membranam carnosam copiosissimè continetur. Ex venis enim compluribus & arteriis, membranam perreptantibus, atq; inter illam cutemq; propagatis, plurimus sanguis resudat, membranæ frigiditate, caloriscq; inopia, in adipem seu pinguedinem degenerans. Cæterùm vti obesorum ventriculi adipem aliquando satis etiam copiosum intus adnatum exigunt, quemadmodum & exteriori superficiei coli intestini, quà id recto proximum est, & ipsi quoq; recto, pingues quidam appendices adnascuntur: continet Mesenterium, & maximè eius membranæ, præter vasa & neruos, multum adipem in sui medio: sic quoque omenti adeps, quo abundat, in obesis hominibus plurimus est, in macilentis modicus, in extremè siccatis, & marasmo mortuis, etiam aliquis reperitur: isq; perpetuò venis & arteriis omenti attensus, ad vasorum quidem latera duntaxat mediocris est, superius verò ac inferius quoque, quibus multus accidit: adeò vt illis etiam vasa alioquin gracilia pinguedinem prorsus occultentur. Natura præterea cluni bus copiosissimum adipis obduxit, vt illi adipe puluinaris vice vterentur. Generatur adeps (vt antea dictum) ex sanguinis parte pinguiore, tenues venas effusa, frigoris vi congelata: affusa autem siccis corporibus ac tenuibus, vt ipsa perpetuò pinguedine natiua humectet, quæ celeriter in diuturnis mediis, ac vehementibus exercitationibus, & coloribus immodicis exiccatur, atque indurescit. Adipis autem carnosæ membranæ vsus est, vt corpus vestis modo calefaciat frigoris tempore, & si Soli homo exponatur, vestis quoq; modo refrigeret, calorem, quo minus penetret, inhibens. Porrò est adeps colore albus, quòd membranæ, cutisq; , & alia, quibus ahæret, corpora alba, neque carnis modo rubra sint.

# De Venarum constructione, in genere.

VII. *Vena* est pars instrumentaria, teres, fistulæ instar cauata, & vniuerso cor pori sangui nem partes enutriturũ, vnà cum naturali spiritu insigniter caligino so deferens. Harum differentiæ in

*Genere* sumuntur à

*Substantia* Venę vnica peculiari propriáve cõstant tunica, quæ colore, crassitie, & forma membranis respondet, sed aliàs ab illarum natura plurimùm discrepat. Membrana namque simplex ac similare corpus censetur. Venarum autem tunica, corpus est instrumentarium, ex similaribus partibus fibris scilicet conformatum, quæ substantia quidem forma & colore musculorum fibris respondent, actione autem plurimùm ab illis variant. Hæ enim carnea musculorum substantia obsitæ, arbitrio: illæ verò nulla carne implicatæ, naturali motui præficiuntur. Cæterùm triplex fibrarum genus à natura constructum est, rectum videlicet, obliquum, transuersum. Ac rectæ quidem fibræ sunt, quæ secundum organi longitudinem expanduntur, & attractioni conducunt. Obliquæ, quæ secundum obliquum organo obducuntur: & retentioni conducunt. Transuersæ, secundum corporis latitudinem exactè transuersim locantur, corpusq; orbiculatim ambiunt, expulsioni conducunt, &c.

*Vsu.* Rerum summus Opifex omnes venas primaria ratione creauit, vt sanguinem singulis corporis partibus deferant, &c.

*Species* sunt

*Capitis.* Vide in sequentibus signum A.

*Trunci* & vel

*Thoracis*, & vel iuxta

*Septum* trãsuersum. Vena caua ex gibba hepatis parte, sursum per septum ascendens, diuiditur in ramos

*Maiores.* A septo namq; transuerso ramus insignis, ad dextrum cordis sinum, ceu ex latere ipsius, insinuatur, qui tunicam arteriæ similem in corde nactus (vnde arteriosa vena dicitur) inde in pulmonem dispergitur, sanguinem elaboratum conferens. Deinde tanquam ab initio, quadantenus à dextro sinu deductus, deinceps autem Thymo inuectus, rectà sursum ad iugulum fertur, atque in duos ramos insignes scinditur quæ venæ iugulares externæ seu superficiariæ, nonnullis apoplecticæ vocantur, vtrinque singulæ: à quibus, vt antea dictum, omnes ferè partes superficiariæ tum colli, tum capitis nutriuntur. Vide lib. 3. signum T.

*Minores.* Hi in septem ppagines rectè distribuuntur, quarum

*Prima* ex ipso statim ramo insigni vtrinq;, per vniuersum septi transuersi corpus mittitur. C.

*Secunda*, coniugij expers, ἄζυγος dicitur. Hęc quintam spinæ vertebram ascendens, deorsum cõtorquetur, quibusdam paulo suprà cordis aurem ad dextrum: in nonnullis, sicut & hominibus, quà iam auriculam attingit vena caua: quanquam etiam hodie in hominibus & canibus paulò supra aurem inuenerimus. Cæterùm per spinam delata, octo costis inferioribus, nonnunquam nouem & decem ramulos mittit, singulis vtrinque vnum distribuens. F.

*Tertia*, ex ramo illo insigni in cor, priusquam omnino sinum ingrediatur, procedit, quæ basim cordis coronæ modo, vnde στεφανῖτις dicitur, cingens, in totam substantiam eius tandem perrepta: ac nonnunquã gemina, vt duæ coronales arteriæ, visitur. E.

*Quarta* priusquàm vena caua thoracem excedit, prodit, quatuor, nõnunquam tres, nonnunquã duas superiores thoracis costas alens: tũ quæ circa scapulas sunt loca, & nonnullos etiam ex interioribus colli musculis exiles venulas ad sextã vertebrã in ipsa foramina insinuans. K.

*Quinta*, proximam huic quæ sublimes thoracis partes alit, radicem habens ad manus vtrinque, per axillam porrigitur, in cubito interior apparens, de qua inferiùs dicetur. I.

*Sexta*, ab ipsa caua, postquam in iugulares diuisa est, vtrinque extra thoracem ascendit, per humerum & brachium excurrens, vnde humeraria dicitur, de qua deinceps dicetur. a.

*Septima*, ab his iugularibus externis, parte interna emergit, duas iugulares internas seu profundas faciens, quæ etiam apoplecticæ appellantur, à quib. profundè omnes tum colli, tũ capitis partes nutriuntur. S.

*Os* pectoris, seu sub pectoris osse sunt venæ duæ, non statim à vena caua, aut cordis arteria enatæ, verùm cum iam prope iugulum fuerint, inde duos ramos insignes emittentes deorsum per totum pectus, reuocatos, vtrique mammæ inserunt: in quo errabundo ductu sanguis continuò thoracis motu concutitur, ac incalescit, tandem ex vasis, à mammillis receptus, in lac conuertitur. L.

*Ventris.* Vide in sequentibus signum B.

*Artuum.* Vide in sequentibus signum C.

A.

*Capitis* venę originem trahunt à vena caua in iugulo, vbi poſt quam pectoris oſſis ſummum tranſcendat, in duos trũcos diducitur, ac ſtatim à diuiſione vena, quæ axillam petit, principiũ obtinet: quod autem alterius diuiſiõis illius trunci adhuc ſupereſt, à media primæ thoracis vertebræ corporis ſede ſurſum extra thoracem protẽditur, & cum clauiculam pectoriſque oſſis ſummum ſuperauit, in duas impares venas (quæ iugulares appellãtur) ſcinditur: quarum

*Interior*, (lib. 3. S.) quæ exteriori magis quàm pleriq; arbitrantur gracilior eſt, ſecundum aſperę arteriæ latus aſcendens, nonnullas capillorum modò prætenues venulas aſperę arteriæ contermineſque, mẽbranis cõmunicat. Hęc enim cùm ſui lateri ſoporali arteria verſus cerebrum fertur, ac in aſcenſu graciles ramulos membranulis ſexti neruorũ cerebri paris neruos colligantib. digerit, vniuerſo ductu ſoporariæ arteriæ ad caluariam vſque baſim commiſſus. quò cum peruenit, in duos æquales ſcinditur ramos, quorum

*Ampli*or, in duos dividetur ramos: quorũ

*Maior* obliquè retrorſum, ſecundum caluariæ baſim ductus, caluariam ſimul, cum quodam arteriæ ſoporalis ramo ingreditur, foramine vtens, ſexti neruorum cerebri paris gratia exculpto. Qui cum per foramen caluariam ingreſſus fuerit, in duræ cerebri membranæ ſinum ſubinſtrat, qui ad latus habetur maximi in occipitis oſſe foraminis, quo dorſali medullæ via præbetur, ac inde ſecundum, tertium & quartum duræ cerebri membranæ ſinum cum arteria. Cæterùm ab his ſinibus numeroſæ exoriuntur propagines, quarum aliæ ad cerebri membranam duram, aliæ ad tenuem, aliæ ad plexum efformandum tendunt.

*Minor*, in elatiorem muſculorum ſedem pertinet, qui anteriorem ceruicis vertebrarum regionem occupant, ſtomachoque ſubiacent.

*Gracilior*, in duas partitur propagines, quarũ

*Maior*, ſoporali arteria penitus relicta, priuato foramine caluariam ſubit, in duram cerebri membranam digeritur.

*Minor*, priuſquàm maior in durã cerebri membranam digeratur, ad auditus organum permeat, foramineque vtitur ſibi & neruulo cuidam quinti paris neruorũ cerebri communi.

*Exterior*, (T) ſub cute ac lato buccas mouẽte muſculo, ſecundum colli latus ad fauces porrigitur, exteriorem efformans iugularẽ, quæ nõ pari ſemper modo (vt in vociferantibus, aut viſpiritum retinẽtibus, & vetulis obſeruamus) per colli cutem fertur, ſed ferè quadruplicem diſpoſitionis ſpeciem proponit, quarũ

*Prima*, (quam frequentius eſt cernere) ea eſt, qua vnus tantùm ramus ſub cute ad fauces vſque cedit, in ipſo progreſſu nullibi inſigniter diſciſſus, ſed duntaxat graciles ramulos in muſculos cutemque inferens. Vide lib. 3. 1.

*Secunda*, (V) ea eſt, quæ in medio ductu iuxta colli longitudinis medium iugularis in duas inſignes diuiditur venas, quarum

*Vna* in priora tendit.

*Altera* in poſteriora properat.

*Tertia*, quę rariùs accidit, nimirum qua propter clauiculam adhuc, vbi humeraria originem ducit, in duas diffunditur propagines, quæ ſurſum ſub cute inuicem diſtantes feruntur. Accidit tamen aliquando, quod altera neq; illa ſanè minor propago, muſculo reconditur, qui à pectoris oſſis ſummo & clauicula pronatus, mãmillari temporis oſſis proceſſui inſeritur: atque in eum modum ſubmerſa, frequenter adeò inſignis occurrit, vt etiam nõnulli diſſectionum profeſſores, internam iugularem hanc appellaſſe videantur.

*Quarta*, extertia paratur, aliquoties enim illæ propagines inuicem perpetuò diſtant, ac nũſquã ſe mutuò cõtingunt. interdum verò ad humiliorẽ faucium ſedem mutuò rurſus coëunt, ac ex ambabus vna conſtituitur vena, quæ mox bipartita, in ramos celſat. Vtcunque igitur exterior iugularis aut vnica vtrinque, aut in medio per collum ductu, aut ſtatim à clauiculis gemina aſcendat, ſemper cuti quà prorepit, ſurculos offert. Cùm verò ad fauces iuxta inferioris maxillæ inferiorem ſedem ſub aurium regione contendit, in duos partitur ramos, quorum

*Interior*, oris interiora ſubiens, in plures diuiditur propagines, quarum aliquæ vadunt in

*Laryngem*. X.

*Glandulas* laryngi adnatas. X.

*Muſculos* { *Hyodis* oſſis. X. / *Linguæ*. X.

*Omnes* faucium ſedes. X.

*Linguam* ſecundum ipſius longitudinem. X.

*Palatũ*

*Ab* his non negligendę ſoboles caluariam petunt, quarum

*Vna*, Per foramen, quod ſecundo cerebri neruorũ pari exculpitur, ingreſſa in durã excurrit membranam.

*Altera*, per grandius foramen, illorum quæ in octauo capitis oſſe odorum gratia facti ſunt, preptans, in duram pariter membranã diſpenſatur.

*Ab* his dein de cum caluariã ingrediũtur, ſurcu. quoſdã oculo elargiuntur, in frontis cutem interdũ diſſeminatos.

*Tunicã* nariũ amplitudini obductã

*Exterior*, per capitis exteriora paſſim repetens, perinde atque interior, vbi inferior maxilla ſuperiori coarticulatur, in duos partitur ramos, quorum

*Vnus*, variè permeat in

*Buccas*.

*Narium* alas.

*Frontem*. 9.

*Alter* vadit in

*Tempora*. e.

*Aurium* ſedem. Y.

*Occipitis* cutem. *

B. *Ventris*

B. *Vētris*: & quidē partium

- *Principium*
  - *Nutritionis*: nempe Hepatis: sunt duæ venæ magnæ, quarum
    - *Vna*, vena Porta dicitur, ex caua seu sima Parte originem ducens, omnes mesaræi venas excipiēs. Hęc ex vētriculo & intestinis chylum sumit, ac in lienem melancholicū succum expurgat. Deorsū fertur, & in plures diuiditur ramos, quorum alij iuxta
      - *Principium* seu iecoris cauum: sunt rami duo exigui, ex superiori seu anteriori sui corporis partē bilis vesiculæ ceruici distrubuti, qui rami ceruicem amplexātes, ac in surculos capillorum modo prætenues diducti, in vniuersum vesiculæ corpus excurrunt. C. C.
      - *Medium*: vnus insignior, inferius ab elatiori quoque & anteriori venæ corporis sede, versus dextrum latus, qui humilius ventriculi orificium, & ventriculi portionem huic iuxta deorsum proximam aliquot ramulis adit. D.
      - *Finē* (E) seu inferiorem sedem, qua in duos maximos diuiditur truncos, quorum
        - *Sinister* seu elatior (F) cuius rami aliqui spargentur in
          - *Ventriculum*: & quidem eius
            - *Dextram* fundi sedem. H.
            - *Elatius* orificium. N.
            - *Partem* qua dorso incumbit. O.O.
            - *Dextri* orificij latus in anteriorem sedem. P.
            - *Orificium*, quæ instar coronæ id amplexatur. Q.
            - *Superius* orificium. R.
            - *Sinistram* fundi sedem. Z.
          - *Omentum*, & quidē eius
            - *Superius* membranæ dextræ parti. H.
            - *Dextram* sedem inferioris membranæ. L.
            - *Glandulosum* corpus, inferiori membranæ innatum. M.
            - *Inferiorem* membranam. S.
            - *Sinistram* inferioris membranæ sedem. V.
          - *Quandam* coli intestini regionem. L. S.
          - *Lienem* (T.T) & vel eius
            - *Elatiora* X.Y.
            - *Substantiam* vniuersam. *a, a, a.*
        - *Dexter* seu humilior, cuius rami spargun tur aliqui in
          - *Mesenterium*. *b, b, b.*
          - *Intestinum*
            - *Duodenum*. I.
            - *Ieiunum*. I.
            - *Colum*, qua recto continuatur. *c.*
            - *Rectum*: & vel eius
              - *Initium*, vnà cū ramulis in venæ progressu digestis. *d, d.*
              - *Finem*. *e, e.*

## ANNOTATIO EX VESALIO, LIB. III.

A. A. A. A. IN *iecoris substantia, ab omnibus demissioribus, & quæ orbiculatim consistunt extremis ipsius partibus exiguæ admodum numerosæq́ venarum propagines incipiūt, quæ versus iecoris medium porrectæ, sensim in maiores soboles, & inde in grandiores adhuc tantisper coeunt, donec omnes in quinque, interdum etiam in pauciores ramos colligantur*, 1. 2. 3. 4. 5.

- *Principium*
  - *Altera*, Caua vena dicitur, omniū maxima, ex gibba hepatis parte oriens, & per totam animalis longitudinem excurrēs: qua sanguis per omnium partium nutrimentum per vniuersum corpus diffunditur. & hæc bifariam procedit
    - *Sursum*: atque hæc ascendens dicitur, de qua suprà in thoracis venis dictum.
    - *Deorsum*: & hæc descendens appellatur, cuius tres sunt rami, quarū
      - *Vnus* ad renes peruenit. Vena namque caua, priusquā in lumbos descendat, præter eas soboles, quę in renum membranā spargit, vicinis partibus exiles impartit surculos. Deinde maximas omniū ipsius propaginū singulas in singulos renes subiectos mittit, quæ emulgentes appellantur. θ. I. & in 20. fig. ventris *a, b*, & 22. fig. *m, n.*
      - *Alter* ad testiculos, sanguinem & spiritū ipsis deferens, semēque præparans: & sunt duæ venæ, vtrinque vna quarū
        - *Dextra* ab ipsis cavæ, nō latere, sed medio ferè sub ea, quæ hac parte in renes tendit, oritur. μ. μ. & 20. fig. ventris f. & 22. fig. t. & 23. fig. t.
        - *Sinistra*, ex ea, quæ ad renes fertur, ꝓcedit, cui nōnūquā ramulus à caua accedit, & cū hoc vnà pergit. λ. λ. & 20. fig. ventris. e. & 22. fig. κ. & 23. fig. κ.
      - *Tertius* ad crura, de quo in sequentibus.
  - *Generationis*
    - *Testium*, de quibus suprà dictum. λ. μ. ν.
    - *Vteri*: & sunt venæ quatuor, quarū
      - *Duæ* imis partibus vteri paulò supra primū ceruicis exortū inseruntur, vnde virgines puellæ menstruis potissimùm purgantur: nec non in vterum, quæ inibi oris hiantes, acetabula nuncupantur, ipsiusq́ue ceruicem dispergunt. X. Ψ.
      - *Duæ* circa eundem ortæ locum, sursum ad rectos musculos tendunt: deinde in idem coeūt cum extremis venarū, quæ per thoracem ad præcordia deferūtur: per quas potissimùm mammillis cum vtero est communio. Γ. M.
- *Minus principū nempe*
  - *Ventriculi* venæ paucæ ad inferiora ventris, pauciores ad eius orificium, paucissimæ eæq́; obscuræ ad stomachū perueniunt, ex iecoris portis profectæ
  - *Intestinorum*, *Omenti*, *Lienis*, *Renum* — De his venis vide suprà in vena porta, & caua.
  - *Vesicæ*. Hæc venas à propinquis ipsi vasis, qua scilicet primū venæ à caua, quæ spinæ incūbit, crura subeunt. Hęc in ipso statim primo ingresso ad collum vesicæ, bifariam diuisa, parte altera in totam vesicam ad fundum vsque distribuitur: pars verò auersa fertur deorsum secundum ipsum collum. X. Ψ.

C. *Venarum*


Venarum differentię in artubus, sunt vel
Manus totius: & sunt venæ duæ quarum
Vna minor, (a) quæ Humeraria externa, & Cephalica seu vena capitis vocatur, ex iugularibus externis originē ducit: & in plures diuaricatur venas, quarum aliæ habentur iuxta
Oriri: & vel
Prinsquā brachiū subeūt: atq; sunt rami duo, quorū
Minor numerosa venularū serie diffunditur in
Musculos posteriores, cervicem occupantes. b.
Cutem illius regionis. b.
Maior & grādior, frequēti etiā sobole dispergitur in gibbā scapulæ sedē. c.
Cum brachiū iam attingit: & vel
In summo tantùm humero, vbi rami aliqui exoriuntur, quorum præcipui digeruntur in
Cutem musculum cōtegentē qui brachiū attollit. d, d
Mammillariū interdū vsq; cutē, in mulieribꝰ tātùm. d, d.
A summo humero vsq; ad cubiti articulū, vbi graciles aliqui seriatim vtrinq; mergunt rami, qui in cutem sibi proximam, anterioremq; musculi cubiti flectentiū prioris sedem dispensantur, ac partim rectà, partim obliquè, & trāsuersim in cutē ita prorepū, vt interdū versus internā brachij sedem ad axillaris venę soboles in cutē digestas pertinere, cū illisq; coire videantur. e, e, e.
Articulum cubiti, iuxta exterius humeri tuberculum, in tres diuiditur venas, quarum
Prima, quę frequētissimè in hominib. deficit, penitùs obliqua deorsum ad mediū flexus cubiti articuli defertur, atq; sub musculorū secūdos tertiosq; digitorū articulos flectētiū, huicq; ab humero & vlna originē sumentiū capitibus in aliquot ramos digesta, cessat, neq; (vt Galenus scribit) alicui axillaris venæ ramo commiscetur. g.
Secunda, Paulū supra cubiti articulū deriuās, cęteris plerunq; crassior habetur, & obliqua sub cute ad cubiti cū humero articuli flexus mediū descēdit, ac cū axillaris venæ ramo coit. Quod fit vt ex vtrisque vena illa exoriatur, quæ passim communis appellari solet. h.
Tertia (ik) paulatim in exteriorē cubiti regionē declinat, quā vbi attingit, surculos quosdā in proximā sibi cutē depromit, ac inde versus brachialis radicem obliquè prorepens, alteri inibi cōmiscetur venæ, ab axillari deriuāti, à qua non parū adaucta, externam brachialis sedem conscēdit, ibiq; in aliquos diducta surculos errabundo ductu sparsos, currit in
Regionē, quæ ante paruū digitū & annularem habetur. l.
Externā minimi & annularis digiti regionē.
Altera maior (m) quæ axillaris, & interna cubiti vena, & basilica, & iecoraria dicitur: à vena caua antequam in iugulares scindatur, prodit, per axillam excurrens, in cubitoq; interior appareret. & hæc vel
Iuxta principium, quum primùm axillam superat, brachiu mq; subingreditur, in tres propagines diuaricatur, quarum
Vna, illis venulis è regione educta, quæ ab axillari in glandulas hîc repositas digerū tur, capitibus musculorum, quorum ope cubitus extenditur, insertur. n.
Altera post hāc, sed demissiùs, & posteriori sede enata, dispēsatur in
Eosdē musculos. o.
Externæ brachij sedis cutem. o.
Tertia, notatu dignæ amplitudinis, ab externo latere diffūditur, & obliquè deorsum sub humero ad externum vsque ipsius tuberculum descendit, ac sub musculi cubitū extēdentibus occulta, in duas scinditur partes, quarū
Vna, capitibus musculorū ab externo humeri tubere pronascētibus, ramulos quosdam exhiber. p.
Altera, aliquo vsque in externā cubiti sedem prorepens, simul cum neruo brachium petentium quarto inferius, permeat. p.
Non procul ab ipsius è thoracis cauitate in axillā egressu, in duos quodāmodo pares discinditur truncos, quorum
Vnus, (q) interiùs in profundo toto ductu submergitur, ac arteriæ in manu exporrectæ attensus, simul cū ea distribuitur musculis cubitū flectētibus, & membranis neruos contegētibus propagines offerēs. Deinde cubiti articulū superat: in duos diuiditur ramos modicè ab inuicem recedētes, ac musculis, quos proreptant surculos implicantes, inde vnà cum tendinibus internam summæ manus sedem petunt, quorum
Vnus qui secundū radiū per cubitum porrigitur, soboles spargit in
Musculos externam volæ sedem occupantes. q.
Digitos: vt
Pollicē. q.
Indicē. q.
Medium. q.
Alter. qui vlnæ exporrigitur, soboles aliquas dimittit in
Musculos, qui primo pollicis ossi connascuntur. q.
Digitos: vt
Mediū. q.
Annularem. q.
Minimū q.
Alter (r) sensum ex alto ad internæ brachij sedis cutē emergit, versus humeri interius turberculum properans. Vbi autem anteriori tuberculo humeri incumbit, ad elatiorem eius tuberculi sedē paulò elatiùs, quàm cubiti cum humero articulus consistit, in duas magnitudine propemodū æquales partitur venas, quarum
Anterior. Vide signum D.
Posterior (u) iuxta interius humeri tuberculum, in tres diuiditur ramos, quorum
Anterior, pluribus cōstans surculis, in internæ cubiti sedis cutem digeritur. z.
Posterior, cutē adit, qua posterior cubiti articuli sedes induitur, atque in externam cubiti sedē non admodū procul proreptat. y.
Medius, inter posteriorem & anteriorē secū dū vlnæ inferiorē sedē, ad exteriora tamē magis declinās, versus brachiale porrigitur. Huius rami soboles cū humerariæ ramo huc cōtendēti coiens simul cū illo, digeritur. Interdū autē illo humerarię ramo deficiēte, ea axillaris venę propago abūdè eius rami vices in extrema manu gerit. x.
Cruris. Vide in sequentibus signum E.
D. Vena an-

D.
*Vena* anterior cuti subſtrata, obliquè deorſum ad cubiti articuli flexũ repit, & in duas diuiditur propagines, quarũ

- *Vna*, quæ interdum recta ad brachiale contendit, interdum errabundo ductu perfertur, aliiſque huius ſedis propaginibus commiſcetur. z.
- *Altera* (t) cum ſecundo humerariæ ramò coit, vnáq; inibi ex ambabus conſurgit vena, quam communem meritò appellamus. Hæc enim obliquè deorſum ducitur ad elatiorem cubiti ſedem contendens, quouſq; radium paulò vltra ipſius longitudinis medium hinc inde tranſcendat, tandem in externam cubiti ſedem proreptans, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Vnus*, qui elatior eſt, poſtquã in duas diuiditur portiones
    - *Vnam*, in internam brachialis ſedem, verſus pollicis radicem diſpenſat. β.
    - *Alteram* regioni, quę inter pollicem & indicem habetur, contribuit. γ. δ.
  - *Alter*, qui inferior eſt, indicis, medii, & aliquouſque annularis ſedem petens, in varias exhauritur ſoboles. Quippe hæc venarum in ſummæ manus cutem ſeries adeò varia eſt, vt ipſam explicare prorſus arduum ſit, præſertim cùm inter quàmplurimos homines vix duos æquali correſpondentiq; venarum in ramos propagine inuenias, ac etiam rarò euenire conſpicias, dextram manum cum ſiniſtra congruere. ε.

E.
*Cruris*, & huius quidem venæ ſunt vel iuxta

- *Initium*, ſeu ſupra oſſis ſacri principium: & ſunt duæ, vtrinq; videlicet vna apud ſacri oſſis ſummum, totum cauæ truncum æqualem in ſe continentes, originem ducunt, vt vnaquæq; verſus ſui lateris femur perreptet, notã hanc Λ imitantes, & aliquot ſurculos ſuperioribus ſacri oſſis foraminibus offerentes. Deinde verò in progreſſu vtraque in duos impares finditur ramos, quorum
  - *Interior*, qui gracilior eſt, inferius ad femur perreptãs, plurimas in progreſſu propagines promit, quarum
    - *Duæ primæ*, variè quidem digeruntur. Nã
      - *Interior*, in plures ſcinditur propagines, quarum
        - *Exterior*, tota quodam modo inter ſacrum & coxendicis os, quà maximus neruorum crus petentium ducitur, in exteriora tranſuerſim fertur, & in plures diuaricatur propagines, quarum vadunt aliquæ in
          - *Muſculos* omnes ab ilium oſſis externa ſede pronatos, femoriſque famulantes motibus. T.
          - *Muſculos*, ab inferiori coxendicis oſſis ſede principium ducentes. T.
          - *Clunium* cutem. T.
        - *Vna*, notatu digna, quæ in plurimas diuiditur venulas quarũ aliquæ
          - *Aliquæ* diſpenſantur, in
            - *Sacri* oſſis foramina. X. & Ψ.
            - *Recti* inteſtini muſculos. X. Ψ.
            - *Cutem* orbiculari ſedis muſculo adnatam. X. Ψ.
          - *In* viris permeant in
            - *Veſicæ*
              - *Dextrum* veſicæ latus. X. & Ψ.
              - *Ceruicem* X. & Ψ.
              - *Fundum* X. & Ψ.
            - *Penem*. X. & Ψ.
          - *In* mulierib. excurrunt in
            - *Veſicam*. X. Ψ.
            - *Inferiorem* fundi vteri ſedẽ. X. Ψ.
            - *Vteri* ceruicem, per quas virginibus, & nonnullis mulieribus, quæ primis menſib. vtero gerunt, menſtruæ purgationes colari diſſectionum profeſſoribus viſum eſt. X. Ψ.
    - *Quod* reliquum eſt, ad pubis os contendens, ab vno externo ramo trunci venæ ſobolem abſumit, quæ cum eo interioris rami reliquo cõgreſſa, vnam cũ ipſo venam efformat, quæ primum peritonæum, ac deinde decimum femur mouentium perforat muſculum, & oſſis pubis foramen permeans in crus emergitur, illis quos perreptat muſculis propagines offerens. Præterea in crus protenſa, plures à ſe educit propagines, quarum aliquæ vadunt in α. εε.
      - *Muſculos* à pubis oſſe principium ducentes. εε.
      - *Partem* quinti femur mouentis muſculi, à pubis oſſe pronata.
      - *Octauum* femur mouentẽ muſculum.
      - *Penis* muſculos.
      - *Cutem* internæ femoris ſedis. κ.
      - *Coxendicis* articulum. εε.
  - *Exterior* cum obliquè crus accedit, tres à ſe dimittit venas, quarum
    - *Vna* mediocri magnitudine, priuſquàm eius peritonæum perforat, ab elatiori ipſius ſede exoritur, deinde ſurſum ad abdominis anteriora per peritonæum ducta in plures diuaricatur propagines, quarum permeant aliquæ in
      - *Peritonæum* ipſum. Γ.
      - *Abdominis* rectum, ac tranſuerſum muſculum. Γ.
      - *Regionem* quæ ſupra vmbilicum habetur, ibique ramulos ſpectãs, in quos vena ſub pectoris oſſe ab elatiori thoracis ſede delata, diffunditur. Ab eiuſmodi enim propagine medicis conceſſum eſt omnibus, ex vtero ad mãmillas, lactis generandi cauſa menſtruum tranſmittere ſanguinem. Prętea vena hæc nullam partem adipiſcitur, quæ in vterum (vt medicorum vulgus arbitratur) deſcẽdat, etſi ipſa ab iis, quæ in vterum digeruntur, nõ ita multum diſtet. M.
    - *Altera*, quaſi in ortu coniugem ſortitur, ad pudendum excurrit. Δ.
    - *Tertia*, vbi eius trũcus in femur procidẽs, peritonæum tranſit, ab interiori ipſius regione aliam promit venam, quæ ad pubis oſſium medium accedens in, Δ.
      - *Viris*, vadit in
        - *Penis* inuolucrum. Ψ. X.
        - *Scrotum*. Δ.
      - *Mulieribus* vadit in
        - *Pudendi* colliculos. Δ.
        - *Coreaceas* carunculas (quas Græci *μυρτοὺς* vocant.) Ψ.
        - *Sedes* ibi proximas. Ψ.

- *Inguina* Vide in ſeq. fig. F.
- *Genu*. Vide in ſeq. fig. G.

d F. *Ingui-*

1.
*Inguina*: vbi vena illa maior habetur, quæ simulatq; è peritonæo elabitur, elatiorē coxendicis ossis sedē ad internū latus sedis, qua sextus & septimus ad femur ouentium musculi descendunt, in inguina labitur, ac anteriorem (versus interiora tamen magis) femoris regionem subit, & nullo occultata musculo sinui insidet, qui in inguine efficitur à longo graciliq. musculo tibiam mouentium primo, vnà cum octauo femoris motuum autore: & diuaricatur in propagines, Θ,

Maiores quarum

*Vna*, ab anteriori venæ latere principium ducens, ad interiorem femoris cutem properat, atq; in internam femoris sedē deorsum per genu quoq; interiora, & hinc rursus per internā tibiæ regionem versus malleolum interiorē sub cute exporrigitur, ac deinde in pedis superiora descendens, variè inibi digeritur. Verùm à sui origine vsque ad finē, in plures diuaricatur ramos, quorum

*Duo*, vt plurimum in superiorē internæ femoris regionis cutē, non procul ab ipsius propaginis ortu, originem ducūt, quorū

*Interior* vadit in
- *Femoris* interiora & inguina. A.
- *Ipsum* quasi peritonæū siue interfœmineū.

*Exterior*, qui & crassior est: femoris anteriora exteriora sub cute perreptans, similiter ac interior in surculos digeritur. Ξ.

*Duo*, ad genu articulum ducuntur, quorum
- *Vnus*, in anterioris genu sedis cutē secundū patellā dispergitur. Σ.
- *Alter*, interioris genu sedis cutē accedit, etsi aliquando penitùs deesse reperiatur. Σ.

*Aliqui* secundum tibiæ longitudinem exorti, ad interioris sedis tibiæ cutem antrorsum & retrorsum diffunduntur, qui impari numero sparsi, rursus cum proximis venis variè coeunt, inuicémque rursus dirimuntur. Φ.

*Aliqui* super elatiorem pedis regionem, diuersimodè sparguntur. 8.

*Duæ*, vbi truncus inter musculos, os ipsum femoris amplexantes immergitur, oriuntur, quarum
- *Exterior*, septimo & nono tibiam mouentibus musculis inseritur, tenuibus surculis in cutem porrectis. 1.
- *Interior*, quæ amplior & profundior est, in quintum femur moventem musculum digeritur, ramulos nonnullos in octauum tibiæ musculum dispensans, ac etiam in processu plures venarum soboles in vniuersos, femoris os ambientes, musculos mittit. 2.

Minores quarū

*Vna*, è regione supra dictæ maioris propaginis exoritur, quæ extrorsum ducta, in anteriorē articuli coxendicis cutem, eius sedis musculos, distribuitur Ω.

*Duæ*, post illas (vbi truncus inter musculos, os ipsum femoris amplexantes immergitur) vna humilior altera, enascuntur, quæ in progressu inuicem vnitæ, eam constituunt venam, quæ hic in cutem promitur, ac vbi ramulos sursum in posteriorem femoris cutem germinauit, recto tramite, deorsum mediam genu flexus sedem ad suræ cutem, numerosa ramulorum serie descendit, quorum alij rectà, alij obliquè, alij transuersum in cutem excurrunt, & cum venæ ramulis coeunt, quæ per cruris interiora decliuis fertur. Ideóque non mirū esse debet, si eiusmodi partes crebriùs vario effectu laborent. Præterea sciendum est, venam hanc non semper eodem ordine ad inferiora descendere, neque in sui ortu, in isto sicut in illo homine inueniri. 3. 4. 5. 6. 7.

G.
*Genu*, sunt duæ, quæ inter duo humiliora femoris capita impares emergunt, quarum

*Interior* (10) ad-suræ musculos, & præcipuè ad pedem mouentium) primum & secundum, deorsum prorepit, & in plures scinditur propagines, quarum
- *Aliquæ* in progressu vadunt in
  - *Prædictos* musculos. 11.
  - *Internam* tibiæ sedis cutem. 11.
- *Quod* reliquum est, ad tibiæ humiliorē vsque appendicem prorepit, & sub interiori malleolo reflexus, internum pedis latus ad pollicē vsque accedit, ibíque in cutem vt plurimùm dispergitur. Rarius enim inter calcē & tibię os vnà cum tendinibus hac pedis inferiora subeuntibus, ad pedis digitos proficiscitur. 12.

*Exterior* (13) statim ab exortu in binas rursus diducitur propagines, quarum

*Interior* (16) quæ maior est, ad ima descendens omnibus quos perreptat musculis ramulos offert, à quibus paucissimi, aut penitùs nulli in cutē subeunt. Cùm verò iuxta mediū ferè longitudinis tibiæ peruenit, in duos partitur ramos, quorum

*Interior* (17) plures ex se promit, quorum
- *Vnus*, tali cum tibiæ articulo offertur. 18.
- *Duo* pollici, *Duo* indici } *Inferuntur*. 19.
- *Vnus* medio exporrigitur. 19.

*Exterior* (17) fibulæ exporrigitur: & cum ad eius infimam sedem pertingit, in duas diuaricatur propagines, quarum
- *Vna* ligamentum perforans, vnà cum tendinibus per tibiæ anteriora pedis superiora adeuntibus in pedem fertur, digeritúrque in
  - *Pedis* musculos digitos exteriùs decentes. 18.
  - *Cutē* ibi proximam. 18.
- *Quod* reliquū est cum septimi & octaui pedē mouentium musculorū tēdinibus in pedis humiliora proficiscitur, & in minimos dispensatur: nisi fortè interior ramus omnibus digitis surculos exhibeat. 19.

*Exterior* ad superiorem fibulæ appendicem fertur, & cum à propagine, quæ tibiæ posteriorem sedem occupat, in anteriores tibiæ musculos nulla soboles per membraneum ligamentum ducitur, ab hac ramus inter septimum & sextum pedem mouentium musculos prorepit, frequenti sobole digestus, in musculos anteriorem tibiæ ossis sedem occupantes. Aliquando verò propago hæc, in exterioris tibiæ sedis cutem frequentibus surculis dispergitur, & præcipuo ipsius surculo nunc antrorsum, nunc retrorsum ad interiorem malleolum reflexo, pedis superiora accedit, & potissimùm externum pedis latus perreptat, aliisque huc pertinentibus venis commiscetur, nusquam in alium emergens. 14 15.

*Vide apud Vesalium figuras duas venarum, lib. 3. quarum altera fol. 362. altera 368. apparet, in prima editione.*

De Ar-

# De Arteriarum conſtructione, in genere.

*VIII.*, *Arteria* vas eſt ſimiliter vt vena membraneũ, teres ac fiſtulæ modo cauũ; quo vitalis ſpiritus, & tenuis, flauus calidúſque ſanguis per vniuerſum corpus diffundũtur. Harũ differẽtię in

*Genere*, ſumuntur à

*Subſtantia.* Arteriæ ſimiliter ac venæ, membraneo conſtant corpore, cõprimi ac in ſe collabi, & rurſus diſtendi idoneo: at longè ſolidiori, duriori, ac ex pluribus tunicis cõformato. Arteria enim duas peculiares ſibi vendicat tunicas, quarum exterior profectò robore ac craſſitie venarum peculiari tunicæ reſpondet: interior autem craſſitie huius ferè quintupla. Hæc tunica à quibuſdam χορδοειδὴς ſeu cartilaginea appellatur. Tunicæ arteriæ ſimiliter vt venæ, fibris conformantur: ac interior quidem tranſuerſis dunta xat intertexitur: exterior verò rectis, & quibuſdam mediocriter obliquis, tranſuerſis autem nullis conſtat. Interior arteriæ tunica, ceu cutem quandam internæ inteſtinorum & ventriculi ſuperficiei modo continet, latę continuéq; aranearum telæ manifeſto perſimilem, in grandioribus quidem arteriis conſpicuã, ac à nonnullis tertiæ arteriæ tunicæ loco diſcriptam. Cęterùm fibras arteriæ corpus, eiuſdem quo venæ vſus gratia ſortitur, ac plurimas quidem tranſuerſas exigit, vt ocyus ipſi ex ſiniſtro cordis ſinu immiſſum ſanguinem & vitalẽ ſpiritum toti corpori diſpenſet, neq; alium in tranſmittendo recipiendóque rhythmum, quàm cor ipſum efficiat. Obliquæ verò materias retinent, &c.

*Vſus.* Arteriæ à ſummo rerum opifice ſunt extructæ, vt vitalem ſpiritum & ſanguinem impetu per corpus diffuſum, ſingulis partibus deducerent, ingenitúmque calorem recrearent, &c.

*Vna* tenuis ſimpliciſq; tunica conſtans in pulmones diuaricatur, quam cũ ea vena, quæ à portis iecoris, ad vẽtrem numeroſa ramorum ſerie deſcendere, ſuiq; extremis ceu radicibus quibuſdam cibũ exugere diximus, conferre poſſis. Nam & arteria hæc per vſum commoditatémq; ſpiritus attrahendi, in pulmones deriuatur.

*Duæ* graciles in ipſo arteriæ exortu prodeunt, quæ coronæ modo cordis baſim, vnà cũ coronali vena amplectantes, cordi ſecundum ipſius longitudinem ramulos transfundunt. Vide lib. 3. fol. 395. ſignum *B.B.*

*Minor.* Vide in ſequentibus ſignum A.

*Vna* per proprium foramẽ, ad narium amplitudinem diſcurrit.

*Maior* (*d*) per peculiare foramẽ nulla concomitatus vena, caluariam ingreditur, ibi queſtatim in plures ſcinditur propagines, quarum

*Attera* in latus ſiniſtrũ duræ cerebri mẽbranæ multipliciter ſcinditur.

*Quod* reliquum eſt, in plures ſcinditur ramos, quorũ

*Aliquod* in *Oculum.*

*Interiorem* tẽporalis muſculi ſedem.

*Quod* reliquũ eſt vadit in *Siniſtrum* cerebri vẽtriculũ, plexũ faciẽs, extimo fœtus inuolucro comparatum.

*Minor*, cum coniuge vena in poſteriora ſecundum caluariæ baſim fertur, & ramulum muſculis ceruicis vertebrarũ anteriorem ſedem occupantibus, iuxta primæ ſecundæque vertebrarũ interuallũ offert, ac deinde per foramen cum ſexto cerebri neruorũ pari caluariam ingreditur, & ſimul cũ vena in ſiniſtrum ſecundum durę cerebri membranæ ſinum exhauritur.

*Altera* multò craſſior (*A*) quę vt lucri cauſ eſt omnium à qua deriuãtur arteriæ quatuor, quarũ

*Duæ* parum ſupra cor, ex toto oriuntur trũco: & ſunt impares, quarũ

*Minor* (*V*) ſurſũ fertur ac ſtatim in duas inæquales ſcindi tur partes quarũ

*Maior* pars (*V*) ad iugulum tẽdẽs, obliqua, de ſiniſtra ad dextrã thoracis parẽ portigitur, & vbi prope glãdiũ cui thymo nomẽ eſt, peruenit, in tres diuaricatur propagines quarũ

*Duæ* (X. Z) quæ Græcis κερατοειδὲς dicuntur, ſurſum attollun tur, & earum altera ad iugularem permeat dextrã, altera ad iugularem ſiniſtrã. Verùm cum ad fauces vſque pertingunt, in duos (*a*) ſcindũtur ramos, quorũ

*Interior* (*c*) qui & gracilior eſt, fauces ſubit, ac mox laryngi, & linguæ propagines deriuãs ad caj uariæ baſim properat: priuſquã verò in caluariã mergitur, id duos impares diducitur ramos, quorum

*Prima* (*e*) genis ſeu buccis latitans offertur.

*Exterior* (*b*) gracilior, in tres diuarica tur propagines, quarum

*Secunda* (*g*) in ſiniſtrum permeat tempus.

*Tertia* (*h*) ſecundum ſiniſtræ auris poſteriorem ſedem digeritur.

*Vna* (*Y*) quæ reliqua pars eſt, addextrã ſcapulam & axillã incedit, à qua plures oriũ tur propagines, quarum aliæ vadunt in

*Pectus* & mammillam. Vide in ſiniſtra *E.*
*Primas* thoracis coſtas. Vide *E.*
*Sex* colli vertebras. Vide in ſiniſtra vena axillari *F.*
*Summum* humerum. Vide *E.*
*Scapulam.* Vide *I.*
*Brachium.* Vide in ſiniſtra *M.*
*Manum* extremam. Vide *Q.S.R.T.*

*Maior.* Vide in ſequentibus ſignum B.

*A. Arteria* minor (*d*) oppositum sitū habens obliquior attollitur ad sinistram scapulam & axillā, à qua plures diuaricantur rami, quorum alij exoriuntur iuxta

- *Princi*pium: & sunt quatuor
  - *Primus* (*E*) ad primam thoracis costam in humiliori sede exortus deorsum diffunditur, & costarum radicibus inseritur attensus, in
    - *Tria*, quatuor superiorem costarum interualla sinistri lateris.
    - *Dorsalem* medullam.
    - *Musculos* thoracis vertebrisque hic instratos.
  - *Secundus* (*F*) superiori amplior, ab elatiori sede ad primam costam emergit, qui ad septimæ ceruicis vertebræ latus obliquè repens, in huius lateris transuersi processum foramen se inserit, ac deinde per transuersarum reliquarum vertebrarum processum foramina conscendens, perinde atque hac excurrens venam, digeritur in plures propagines, quarum
    - *Aliquæ* uadunt in
      - *Dorsale* medullam. *F.*
      - *Musculos* ceruicem hîc occupantes. *F.*
    - *Quod* reliquū est, simul cū comite vena per foramen in posteriori sede sinistri capitu li occipitis ossis in sculptum, caluariam subit, atq; in sinistrū duræ cerebri mēbranæ sinū exhauritur.
  - *Tertius* (*G*) ab interiori ipsius sede pullulat, qui ob liquiori ductu pariter superiora anterioráque petit. Hic enim pectoris ossis summum accedit, decliuis fertur secundum ipsius ossis sinistrum latus, & in eosdem digeritur ramos, in quos venam hac rependentem dispensari retulimus, etsi nullæ eius propagines cutem accedant, nisi forsitan obscurissimæ in māmillas transeant, in progressu enim plures ex se promit surculos, quorum
    - *Aliqui* quà truncus pectoris ossi exporrigitur, enati vadunt in
      - *Venarum* costarum cartilaginis interualla. *G.*
      - *Musculos* cartilaginibus incumbentes. *G.*
    - *Aliqui* vadunt in
      - *Sui* lateris membranam, quæ thoracis amplitudinem intersepit. *G.*
      - *Glandium* in iugulo repositum. *G.*
    - *Quod* reliquum est, thoracis cauitatem ingreditur, & recto hic abdominis musculo subnatū, ad vmbilici ferè regionem procedit, in progressu vtrinq; ad abdominis partes ramulos offerens, ac inde in plures disse ctum soboles, alterius arteriæ terminos respicit, quā huc ab imo sursum contendere docebimus.
  - *Quartus* notatu dignæ magnitudinis, prope axillam elatiori parte exortus, in posteriores ceruicis musculos discinditur. *H.*
- *Humerum*, & sūt octo, quorum
  - *Primus* insignis, vbi truncus thoracis cauitatē & primam costam cuicit, ex posteriori ipsius sede emergit, in scapulæ cauitatis musculos digerendus. *I.*
  - *Secundus* superiori ipsius regione depromitur, qui ad humeri cum scapula articulum, iuxta summum humerum & scapulæ gibbum in ramos digeritur, quorum vnus cum humerali vena, vbi adhuc in alto reconditur, aliquousque prorepit. *K.*
  - *Tertius* superiori succedēs in musculos anteriori thoracis sedi instratos, numerosa propaginum sobole digeritur. *L.* vel *l.*
  - *Quartus* in glandes axillæ cauitatem opplentes immergitur. *M.*
  - *Quintus* priusquam truncus in manum absumendus feratur thoracis lateri exporrigitur in musculum excurrens, cuius ope brachium decliue dorso adigitur. *M.*
  - *Sextus* & septimus graciles, distribuuntur in
    - *Internam* musculorum humeralium sedem. *o.*
    - *Membranas*, ibi neruos continentes. *o.*
  - *Octauus* secundum posteriorem humeri sedem oblique prorepit ad externum humeri tuberculum contendens. *o.*
- *Cubitū* & manū sunt quatuor, quorum
  - *Duo* ad medium cubiti articuli flexus exorti, ipsi articulo ramos exhibent. *pp.*
  - *Duo* totius arteriæ reliquum in se recipientes, vbi nonnihil per internam cubiti sedē arteria, à qua oriuntur, prorepsit, emergunt, quorum
    - *Exterior* (*Q*), radio exporrigitur, & vbi brachiale cōtendit, in plures diuiditur ramos, quorum
      - *Aliqui* in musculos permeant, inter primum pollicis os, & postbrachialis indicem sustinens, collocatos. *R.*
      - *Tres* variè digeruntur. Nam
        - *Primus*, in duas partitur propagines, exterius ad pollicem accedit. *R.*
        - *Secundus* duplici ramo internam indicis sedem implicat. *R.*
        - *Tertius*, indiuisus internum latus interioris medij digiti sedis conscendit. *R.*
    - *Interior* (*S*) vlnam perreptās in manus volā subit, & in plures diuiditur ramos, quorum
      - *Duo* minimo digito offeruntur. *T.*
      - *Duo* annulari offeruntur. *T.*
      - *Vnus* in medium digitum fertur. *T.*
      - *Vnus* in musculos vadit, qui externum latus postbrachialis ossis occupant. *T.*

B. *Arteria* maior (*i*) deorsum fertur, & varias spargit propagines tum in

*Thoracem* ac ventrem. In thoracem autem vtrinque propagines in octo (k, k, k) inferiora thoracis interualla deriuat, quæ similiter ac venæ coniuge carentis rami, secundum interualli ductum, ad costarum vsque cartilagines in veris costis prorepũt, à quibus ramuli exoriuntur, qui in dorsalem medullam ac musculos inibi vertebris, thoracíque adnatos, spargũtur. Sic igitur magnæ arteriæ truncus, vertebrarũ corporũ sinistræ sedi quodãmodo innitens, dum ad inferiora descendit, in decem propagines diuaricatus, quarum

*Prima* & secunda (*l*) vtrinq; videlicet vna, vbi truncus ad septum transuersum peruenit, in septum ipsum spargũtur, ac in cordis inuolucrum, ea videlicet parte, qua septo adnascitur.

*Tertia*, magna, sub septo transuerso, ex elatiori arteriæ magnæ sede originẽ ducit, ac inde in duos diuaricatur ramos, quorũ

*Dexter* (*n*) qui gracilior est, superiori omenti membranæ connectitur, ac inde venæ portæ adnexus, sursus ad iecoris cauum contendit, & quamplures ex se mittit propagines, quarum aliæ vadunt in

- *Omenti* — *Superiorem* membranam. *r.*
- *Omenti* — *Inferiorem* membranam. *o.*
- *Intestinum* — *Colum.*
- *Intestinum* — *Duodenum. q.*
- *Ventriculi* — *Posteriorem* sedem. *p.*
- *Ventriculi* — *Dextram* fundi partem. *n.*
- *Vesicam* bilis. *s.*
- *Iecoris* cauum. *t.*

*Sinister* (*u*) qui dextro crassior habetur, inferiori omẽti membranæ cõmittitur, ac deinde venæ portæ ramo iũgitur in tot, quot illę soboles digerẽdus, quarum vadunt aliæ in

- *Ventriculi* — *Partem*, qua dorso innititur. *x.*
- *Ventriculi* — *Mediam* eius regionis sedẽ, quæ dorso incumbit. *y.*
- *Ventriculi* — *Superius* orificium, & illud venæ portæ instar cingunt. *z.*
- *Ventriculi* — *Superiora* dextrorsum, ac inde in humilius orificiũ, & anteriorem posteriorémq; sedem. *α.*
- *Ventriculi* — *Fundum*, sinistrosũ inde perreptantes. *ε.*
- *Omenti* membranam — *Demissiorem.* ζ.
- *Omenti* membranam — *Superiorem.* *ϛ.*
- *Omenti* membranam — *Humiliorem.* *γ.*
- *Colum* intestinum. *β.*
- *Lienis* cauum, secundum rectam lienã, à quibus ramuli oriũtur, qui sinistrorsum ventriculi latus occupant. *δ, δ, ζ.*

*Quarta*, paulò inferius (?) ab elatiori magnæ arteriæ parte principium sumit, & in plures diuisa propagines, vadit venæ portæ modo in

- *Mensentiri* sedem — *Superiorem.* *ζ.*
- *Mensentiri* sedem — *Humiliorẽ.* *λ.*
- *Intestinum* — *Ieiunum.* *ζ.*
- *Intestinum* — *Ilium.* *ζ.*
- *Intestinum* — *Colum*, eius videlicet partẽ, quæ à iecoris cauo ad dextrum renẽ vsq; pertinet. *ζ.*

*Quinta* & sexta, vtrinq; vna satis magna, quarum sinistra dextra humilior enascitur, in renes digeruntur. *η, θ.*

*Septima* & octaua, quæ post has, quas seminales appellant, seminalibus venis contextæ, ad testes permeant. In mulierib. verò, partim in testes, partim in vteri fundum digeruntur. *ι, ι, κ, κ.*

*Nona* à posteriori, seu inferiori magnę arterię sede, qua hæc vertebris cõmittitur, geniculatim vtrinque ad singulas lumborum vertebras promitur, & in dorsalem medullã, & musculos vertebris hic adnatos excurrit. Quarum maior inferiorq; non solùm ad musculos vertebris attensos accedit, verùm transuersum per peritonæum, abdominisque musculos ad latera vsque abdominis exporrigitur. *μ, μ.*

*Decima* supra sacri ossis initium prodit, & venarum ramis exactissimè correspondet. Si exiguos fortè surculos secluseris, qui ab humiliori arterię sede, deorsum ducti, ac sacro osse suffulti, ipsius foramina subeunt, hac dorsalem medullam, posteriorèmque sacri ossis sedem petentes. *ν, ν, ν.*

*Cura.* Vide in sequentibus signum C.

C.

*Crura.* Magna arteria (ν, ν) in lumborum regione venæ cauæ, sinistro lateri succũbens, ad sacri ossis principium, in duos grandes truncos ad hanc Λ imaginẽ bipartitur, vt vnusquisque ramus ad suum perrepter femur, quorum sinister vsque ad extremos pedis digitos, in duos grandes diuaricatur truncos, quorum

*Inferior* (ξ) exteriori gracilior, plures à se mittit propagines, quarum

*Exterior*, simul cum vena inter sacrum os & ilium os, quà hæc inuicẽ dehiscũt, in exteriora transuersim exporrigitur, & frequenti vtcunq; sobole musculos ilium os amplexantes, ipsúmque adeò coxendicis articulum implicat. ο.

*Duæ* parum inferiùs exortæ, variè scinduntur. Nam

*Interior* (π) in

*Viris* in plures scinditur soboles, quarum vadũt aliquæ in

*Humiliorem* ossis sacri sedem.

*Vesicæ* *Fundum.*

*Vesicæ* *Cervicem.*

*Penem.*

*Podicem.*

*Mulieribus*, plurima sobole currit in

*Humiliorem* vteri fũdi regionem.

*Vesicam.*

*Vteri* cervicem.

*Quod* reliquum est, deorsum repit, sui lateris arteriam, quæ in vmbilicum fertur, admittens, ac deinde propaginem assumit ab externo trunci ramo propagatam, vbi is iam in crus est prolapsurus. Præsens itaque ramus ea propagine adauctus, per pubis ossis foramen ducitur, & in musculos foramẽ id occupantes, & illos, qui à pubis osse principium ducunt, dispensatur. ϛ, ϛ, ς.

*Exterior* (φ) per inguina descendens, ab hac sede vsq; ad extremos pedis digitos, in decem diuaricatur ramos, quorũ

*Primus* antequam eius truncus peritonæũ permeat, in plures diuaricatur propagines, quarum

*Vna* sursum peritonæo exporrigitur. τ.

*Nonnullæ* ad rectum abdominis sui lateris musculum accedentes, surculos conterminos sedes, transuersim vtrinque digerunt. τ.

*Vna* in plures scinditur ramulos, qui sursum properantes arteriæ eodem à pectoris regione tendentis ramulos spectant, ac mãmillarum cum vtero communionem (si modò arteriarum beneficio aliqua fit) præbent. τ.

*Secundus* postquàm truncus peritonæum superauit exortus, ad pubis ossium commissuram pergit, qui neque vt eò tendens vena in multas dispergitur soboles, quarum ne vna quidem cutem subit, nisi fortè exilis quæpiam in penis inuolucrum diffundatur. υ.

*Tertius* post hunc, in anteriori femoris parte promitur, & in musculos ibi existentes digeritur. Verùm etsi in frequentes scindatur soboles, nulla tamen cuti exporrigitur. χ.

*Quartus* in altero latere propagatus, ad genu vsque prorepit in plures diuisus surculos, quorum

*Aliqui* in progressu permeant in

*Quintum* femur mouentium musculum. ψ.

*Musculos* internam femoris sedem occupantes. ψ.

*Vnus* arteriæ ramo coniungitur, & permiscetur, quam per pubis ossis foramen in crus pertingere scripsimus. ω.

*Quintus* vbi truncus per femoris posteriora discurrit, enascitur, qui in musculos posteriorẽ femoris sedem occupantes, excurrit, & aliquò vsq; cum illis venarum propaginibus, deducitur, quæ à vena per genu flexum transeunt, in suræ cutem dispergitur. r.

*Sextus* & septimus, vtrinq; videlicet vnus, in poplite enati, ac in alto reconditi, in genu articuli latera digeritur. Δ. Δ.

*Octauus* vbi arteria tibiam subire incipit, ab externo ipsius latere emergit, & fibulæ exporrectus inter septimum & octauum pedis motus autorum musculos reconditur, atque in reliquos, qui anteriorem tibiæ sedem sibi vendicant, soboles digerit. Ξ.

*Nonus* & decimus, totam in pedem ex currentẽ arteriam in se cõplectentes, sub medio lõgitudinis tibiæ prodeunt, quorum

*Interior* (Σ) inter calcem & tibiæ os pedis inferiora subit, & in plures scinditur surculos, quorum

*Vnus* in progressu tali cum tibia articulo offert.

*Quod* reliquũ est (Ω) in pedis plantam subiens, in duas partitur propagines, quarum

*Altera* duplici ramo inferiorem pollicis adit sedem.

*Alter*, in progressu in duos surculos digeritur, & eorum

*Alter* duplici propagine in indicem inseritur,

*Alter* indiuisus medio associatur digito.

*Exterior* (Π) inter fibulam & calcem pedis inferiora accedit, & in plures partitur propagines, quarũ

*Vna* tali cum tibia articulum perreptat.

*Altera* quæ grandior habetur, sub interiori malleolo ad principium illorum musculorum pergit, qui pollicem & tres digitos ipsi proximos in externum latus abducunt.

*Quod* reliquũ est dissemminatur in

*Duos* minimos digitos.

*Externũ* latus medij digiti.

# De Vena arteriali,& arteria venali,ex Veſalii libro tertio, capite decimo quinto.

*Reliqua* adhuc in venarum arteriarũque ſermone ſunt duo vaſa, quæ ſingula duabus vocibus à diſſectionum proceribus explicantur. Nam

- *Alterum*, venam arterialem appellant,eo quòd arteriali,non venali ſit corpore conflatũ, & ſanguinem vt vena deferat. Vena hæc ex elatiori ſede dextri cordis ventriculi in pulmones numeroſiſſima ramorum ſerie digeritur,ſanguinémque in eo cordis ventriculo elaboratum,pulmonibus ſubminiſtrans.1.2.3.A.B.C.D.E.F.G.
- *Alterum*,arteriam venalem nuncupant,eo quòd aerem veluti ſpiritum ex pulmonibus, in ſiniſtrum cordis ventriculum deferat,& tamen non arteriali,ſed venali corpore conflatum.H.I.K.L.M.

*Vide apud Veſalium libro 3. duas arteriarum figuras, quarum vna fol.395. altera fol. 411. apparet,in prima editione.*

# De neruorum conſtructione,in genere & ſpecie.

IX. *Nerui* ſunt organa longa,teretia,nullã intus cauitatem ſortita,animalem ſpiritum à cerebro animalis façultatis fomite ad corporis partes deferẽtia. Horum differentiæ in

- *Genere*, ſummũ tur à
  - *Qualitate*. Sic neruorum alij
    - *Molles*,qui breuiſſimo prorepunt interuallo : vt nerui { *Viſus*. *Guſtus*. *Auditus*,&c.
    - *Duri*,qui longiorem progreſſum habent : vt nerui { *Sacri* oſſis. *Artuum*,&c.
    - *Cauí*: vt viſorij.
    - *Non* cauí: vt reliqui omnes.
  - *Quantitate*. Sic neruorum alij { *Integri* in aliquam partem abſummuntur: vt viſorij. *Dirempti* in plures ſurculos.
  - *Vſu*. Summus rerum opifex neruos creauit, vt à cerebro animalem ſpiritum membris deducerent.
- *Specie* & ſunt aut
  - *Trunci*, ex quo originẽ ducunt. Horũ namq; alij oriũntur vel ex
    - *Cerebro*. Vide in ſequentibus ſignum A.
    - *Spinali* medulla : vnde triginta Paria neruorum originẽ ducunt, quorũ alia ſũt
      - *Cerucis*. Vide in ſequentibus ſignum B.
      - *Thoracis*. Vide in ſequentibus ſignum C.
      - *Lumborum*(20,21,22,23.24) à quorum vertebris orti, thoracis vertebrarum neruis magna ex parte conueniunt: & ſunt paria quinque, quorum rami
        - *Poſteriores* (52) retrorſum ducuntur,& inſeruntur in { *Muſculum* humani thoracis quartum.52. *Muſculum* dorſum mouentiũ vndecimum.52. *Muſculum* dorſum mouentiũ decimumtertium.52.
        - *Anteriores* perguntin { *Muſculum* abdominis.54,50. *Muſculum* brachium verſus dorſi humiliora detrahentem.51. *Muſculum* deorſũ mouẽtiũ nonũ. 50. *Muſculũ* femur mouentium ſextũ.o,o.

*A vigeſimoprimo pari (49) ſeu ſecundo lumborũ, vnà cũ ſeminaria ſui lateris arteria per quam exiguus ſurculus ad teſtem ducitur, ſi modò à ſexti paris neruorũ cerebri ramis coſtarũ radicib. exporrectis, atque in inteſtina propagatis nullæ ſoboles ad teſtes pertingant.nã & ab illis ramis interdũ ſurculos teſtib. exporrigi animaduertimus. Quinetiam ab anteriorib. ramis triũ primorũ pariũ ex lũborũ vertebris proſilientium, ſurculi etiã diffunduntur, qui nuper dictos ſexti paris ramos coſtarũ radicibus exporrectos accedunt, illóſque adaugent. A tribus verò humilioribus è lumborum vertebris elabentiũ paribus, non minimi crus accedunt: qua autem ſerie in illa digerantur, in ſchemate neruorum cruris exequetur. Veſalius lib.4.cap.15.*

    - *Oſſis ſacri*. Vide in ſequentibus ſignum D.
    - *Artuum*. Vide in ſequentibus ſignum E.

A. *Neruorũ qui ex cerebro oriũtur, septem sunt cõiugationes, quarum*

- *Prima* duobus constat neruis, qui ad oculos pertinent, videndi facultatem ipsis transferentes: vnde Græcis ὀπτικαὶ dicuntur, ex anterioribus ventriculis procedentes, caui ob id facti, vt spiritum recipiant: maximi & mollissimi, quòd alij quoque sensus, magnos & molles neruos habeant. Hi inuicem in vnũ coeunt, & rursus antequam oculos ingrediantur, dirimũtur: vt altero clauso oculo, totus spiritus per communem neruum ad alterum feratur. Vide lib. 4. signum G,H,I.
- *Secunda*, qui exiles & duri, musculos oculos ambientes mouent. K.
- *Tertia*, quæ in duplicẽ ramum finditur, quorum
  - *Maior* seu crassior (M) caluam iã excedens, in duos quoq; ramos diuiditur, quorum
    - *Alter* gracilior, capreoli modo inuolutus, temporali musculo demittitur. R.
    - *Alter* est earũ propaginũ, q̃ spargũtur in
      - *Superioris* maxillæ dentes. S.
      - *Linguam*, totam ipsius tunicam, gustus nimirum subministrandi gratia. YY.
      - *Maxillam* inferiorem, quæ per foramen ossis illius elabens labris in ea parte sitis, & dentium radicibus sensus gratia communicatur. T.
  - *Minor* (L) seu tenuior: exoritur è latere basis cerebri, vbi dorsalis medulla ab ipsa initium ducere auspicatur. Hinc recto tramite sub cerebri membranam perforat, & secundo neruorũ pari attensa cum ipso per commune foramen in oculi sedem procidit, illicò in quatuor dissecta propagines, quarum
    - *Prima* (N) sursum in adipe oculorũ musculis obducto excurrens, per peculiare foramen digeritur ad
      - *Frontis* cutem.
      - *Musculosam* huius sedis substãtiam, frõtis cutis & palpebrę superioris motib. præfecta.
    - *Secunda* (O) deorsum ducta mox in foramẽ sibi priuatim exculptum fertur, quousque in anteriorem superioris maxillæ sedem prolabatur, ac multiplici serie dispensatur in
      - *Musculos* superius labrum & nasi alam extrorsum in suo latere mouentes & ipsum labrũ.
      - *Gingiuas* dentiũ incisoriorum.
    - *Tertia* (P) foramine priuato vtens, post caruneulam in anteriori angulo oculi conspicuam adit
      - *Narium* amplitudinem, inibi in nariũ degenerãs tunicã.
      - *Tenuem* & membraneũ musculum, introrsum nasi alam contrahentem.
    - *Quarta* (Q) in dictis crassitie non inferior per foramen seu scissuram potiùs, quæ inter primum maxillæ superioris os, & cuneum imitans, in extimo latere sedis oculi conspicitur, contendit ad internam sedem temporalis musculi, tota in eum musculum absumenda.
- *Quarta*, paulò posteriùs his est locata, ad basim magis quàm priora incipiens: parua admodum, & durior tertia: propagines autẽ eius omnes sibi ipsis sunt propinquæ: commiscetur quidem statim neruis tertiæ coniugationis, pòst autem fertur longissimè: deinde seiungitur, totique palati tunicæ infigitur. Z.
- *Quinta* (a) nondum dura, in ipso per ossa transitu in duas partes diuiditur: quarum
  - *Altera* meatus auditorio dispensatur. *a.g.*
  - *Altera* cæco foramini, sic dicto, non quòd cæcum sit, sed flexuosam meatus obliquitatem ad temporalem musculum, distribuitur. *c.*
- *Sexta* (e) vltra has est neruorum coniugatio, qui nondum etiam sunt duri, si tantùm prædictis sint duriores. Nam quantò iam spinali medullæ appropinquantur, tantò duriores euadunt. Hi caluariam egressi, in sex diuiduntur neruos, quorum
  - *Duo* cum arterijs carotidib. inferiùs ducuntur collumq́ue præterlapsi dũ per thoracẽ deferũtur, in duas diuiduntur partes, quarum
    - *Altera* dextrorsum quas siniſtrorsum ad inferiora descendens, in plures diuaricatur particulas, quarum vadunt aliquæ ad
      - *Posteriorem* ceruicis sedem. *f.*
      - *Laryngis* musculos. *g.*
      - *Costarum* dextri lateris. *h,i.*
      - *Pulmonem*. *q.*
      - *Cor*. *r.*
      - *Ventriculum* *s.t.v.*
      - *Intestina*. *z,a.*
      - *Lienem*. *n.*
      - *Renes*. *γ,λ.*
      - *Vesicam*. *ι,μ.*
    - *Altera* vtrinque enata neruũ efficit, qui per eandem reuertitur viam, qua priùs descenderat: vnde recurrentes dicti. Recurrit enim continuè asperæ arteriæ adhærens ad sex laryngis musculos, vocis efficiendæ gratia. Nam
      - *Dexter* ad claues permeans, circũ ramũ arteriæ magnæ, quæ in dextrã maxillam fertur, obuolutus reflecti tur, sursumq́; recurrit, & in tres laryngis musculos dispergitur. *l,m,n.*
      - *Sinister* longissimè producitur, sese ad spinam inflectit, inde ad laryngem recurrit, & in reliquo tres suæ partis musculos dispergitur *o.p.*
  - *Quatuor*, vtrinque scilicet duo, in duas diuaricantur partes, quarum
    - *Altera* vtrosque faucium musculos, & linguæ radicem occupat. k.
    - *Altera* ad scapulæ musculos proreptat. k.
- *Septima* (v) huic contigua, securitatis gratia regionem habet vbi & cerebrum desinit & spinalis medulla incipit. Hi nerui aliquousque cum sexta coniugatione procedentes, deinde rursus seiuncti parte sui aliqua, eaq́ue
  - *Minima*, rectos laryngis musculos intertexunt. *π.π*
  - *Maior*, toti linguę inseritur motus gratia. *π.*

B. *Neruorum ceruicis sunt paria septem: quorũ*

- *Primum*, binis exortibus enascitur, quorum
  - *Anterior*, non semper perspicuus, nimis quàm gracilis est, excidit inter primam ceruicis vertebram, & occipitis os, iuxta latus teretis ligamenti secundæ vertebræ processum occipitio colligantis. *H.*
  - *Posterior* in primo vertebræ eminentiori sede, ad radicem posterioremq; regionem ipsius cum capite articulationis exoritur, distribuitúrque in musculos qui à prima ceruicis vertebra in occipitis os inseruntur, & eos, qui ab occipitij osse in transuersos eius vertebræ processus implantantur. Cæterùm ab horum originis sede, surculus etiam deducitur in principium musculi transuerso primæ ceruicis vertebræ, & aliquot subsequentium principium sumentis, ac scapulam sursum attrahentis. *F. G.*
- *Secundum* par, (2) etiam binis exortibus, seu propaginib. enascitur, cuius
  - *Posterior (I)* propago lõgè ãteriori crassi or per latera posterioris processus secundę vertebræ educitur, & in plures diuiditur ramos. Verùm quamprimùm prodit, in duas scinditur ptopagines, quarum
    - *Maior*, à priorib⁹, quodãmodo posteriora sursũ trãsuersim tẽdẽs tertij paris sobole exporrecta sursũ ad caput contendit, ibiq; vniuersam capitis cutẽ, tam circa aures, quàm post, ad verticis vsq; summum surculos spargit. *K, M, M.*
    - *Minor*, in proximorũ musculorum principia diuaricatur, qui tertij & sexti paris existent, & eorum qui capitis motibus præsunt. *I.*
  - *Anterior*, admodum gracilis, ab anteriori dorsalis medullæ sede originem mutuatur, atque inter secundam & primam elabitur vertebrã, digeriturq; deinde in musculos anteriori ceruicis vertebrarũ sedi adnatos, qui primũ par musculorũ dorsi motus authorũ cõstituũt. *N.*
- *Tertium* par (3) ex communi foramine secundæ ceruicis vertebræ & tertiæ procedit, mox ab egressu in duos scinditur ramos, quorum
  - *Posterior* retrorsum flectitur, ac inter musculos ceruicem extendentes, ac deinde inter caput mouentiũ secundum par occultatus ad secundæ vertebræ spinam contendit, atque hinc ex mutuo musculorum posteriorem ceruicis sedem occupantium concursu ad ceruicis properat latera, musculo suffultus, qui ex carnea constitutus membrana buccarum motus opifex censetur. O.
  - *Anterior (P)* in quatuor spargitur propagines, quarum
    - *Prima*, musculos dorsum mouentes, primum & secundum implet. *Q.*
    - *Secunda*, decliuis ducta, quarum adit neruorum par, cuidam ipsius surculo commiscenda, in dictos nuper musculos absumpto. *R.*
    - *Tertia*, sursum contendens, ac posterioris secundi paris propaginis ramo in verticis cutem excurrenti congreditur, vnà cum illo dispergenda. *S.*
    - *Quarta* digeritur in
      - *Musculos*, qui transuersis vertebrarum processibus connati, ceruicem in latera mouent. *T.*
      - *Musculum*, qui à transuersis vertebrarum ceruicis processibus enatus, scapulam sursum vellit. *T.*
- *Quartum* par (4) à foramine inter tertiam & quartam vertebram constituto excidens, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Posterior*, versus tertiæ ceruicis vertebræ spinam contendit, in progressu illis, quibus intertexitur, & in musculis, surculos diffundens. Quando autem spinam contingit, per mutuum elabitur congressum musculorum posteriorem ceruicis regionem occupantium, atque hinc in latum membraneumq; digeritur musculum, buccarum motus authorum præcipuum. V.
  - *Anterior (X)* ternas educit propagines, quarum
    - *Prima*, tertij paris cuidam propagini commiscetur, & in musculos deperditur stomacho substratos, ac ceruicem flectentes. *T.*
    - *Secunda*, in musculos distribuitur, quorum beneficio ceruix in latera ducitur, ac is qui à transuersis colli vertebrarum processibus ortus, scapula sursum adducit. *a.*
    - *Tertia*, decliuis fertur, cum quinti paris sobole congressura, ac simul cum illa & sexti paris propagine septi transuersi neruum constituit. *a. b.*
- *Quintum* par (5) ex foramine inter quartam & quintam vertebram existẽte, in duos scinditur ramos, quorum
  - *Posterior*, ad spinarum apices retorquetur, digeriturq; vt quarti paris ramum digeri diximus *c.*
  - *Anterior (d)* in plures scinditur ramos: nam bi partitus
    - *Minorem*, primùm sobolem musculis ceruicem flectentibus spargit. *d.*
    - *Grandiorem* iterum dirimit, cuius
      - *Altera* pars deorsum repens, ramulosq; quinti & sexti paris secum excipiens, septi transuersi neruum efformate.
      - *Reliqua (f. g. h. i.* in musculum qui brachium attollit, inseritur, à cuius portione musculis scapulam attollentib. ramuli porriguntur. Verum ab exterior huius portionis latere neruum deriuat, cutem implicans, qua musculus brachium attollens integitur, deinde reliqua portio prope scapulæ ceruicem in duos partitur ramos, quorum
        - *Anterior*, qui gracilior est,
          - *Sub* summi humeri cum clauiculæ connexu portigitur.
          - *Musculo*, brachium attolenti sobolem spargit, qui à summo humero & clauicula inibi principium ducit.
        - *Posterior*, qui propagines suas mittit
          - *A scapula* sursum ad os (*o.* referẽs)
          - *Musculo* occupanti sinum inter scapulæ spinam & elatiorem ipsius costam.
          - *In* musculũ qui brachiũ attollit.
          - *In* brachij cutem extremæ sedi obductam.
- *Sextum* par (6) ex foramine sub quinta vertebra excidẽs, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Posterior (k)* dispensatur ad
    - *Musculos*
      - *Ceruicis* proprios.
      - *Ceruicis* & capiti communes.
    - *Capita* musculorum qui respirationis opifices ex ceruice in thoracem accedunt.
  - *Anterior (l)* postquam neruum exprõpsit, qui quinti paris portioni ad neruum septi transuersi (*m, n, o*) constituendum permiscentur, cum contiguis paribus, septimo nimirum & octauo coit. Scinditúrque deinde, cuius portio
    - *Quædam* neruos vnà cum proximis partibus efformat, qui in manum contendũt. *q.*
    - *Quædam* deorsum ad scapulæ cauum perreptat, & rami, tum ab hoc pari, tum à cæteris coniugijs ad musculos digeruntur, qui scapulam sursum ducunt. *p.*
- *Septimum* par (7. r, s, t) ex communi sextæ & septimæ ceruicis vertebrarum foramine prolabens, magnum cum duabus proximis coniugationibus, sexta & septima, perficit congressum, cuius
  - *Potissima* portio in manum fertur.
  - *Ramulus* interdum septi transuersi neruo commiscetur.
  - *Ramulus* perpetuò in posteriora ad spinam ducitur, à quo variæ diducuntur propagines, quarum
    - *Aliæ*, in musculos posteriori ceruicis sedi instratos digeruntur,
    - *Aliæ* in latũ, membraneumq; musculũ qui buccas mouet, feruntur.

C. Ner-

C. *Neruorũ à thoracis vertebris ortorum sunt paria duodecim, quorum*

- *Primum*(8) inter septimã ceruicis vertebrã & thoracis primã, quinq; humiliorũ ceruicis parium modo exiliens. Hoc itaque quãprimũ excidit, in duos diuiditur ramos quorum
  - *Posterior*(u) qui gracilior est, retrorsum inter musculos vertebris hic adnatos, detorquetur. Deinde in progressu plures edit surculos, quorum
    - *Aliqui* in radicem musculi feruntur, qui à prima thoracis costa in transuersos ceruicis vertebrarum processus insertus, ceruicem in latus versus anteriora inclinat.
    - *Aliqui* in musculos qui in posteriora ceruicis capitisque motibus præsunt, permeãt.
    - *Id* quod septimæ ceruicis vertebræ spinã contingit, & rursus, transuersim spina abscedens propagines offert
      - *Humiliori* sedi eius musculi, qui scapula mouentium secundus ac maior enumeratur.
      - *Musculo* scapulæ basi inserto, scapulamq; ad deorsum trahenti.
      - *Musculo* hominis thoracẽ mouentiũ tertio.
  - *Anterior*(x) posteriori insignior, septimi & interdum noni paris magnam portionem suscipit, ac varie vicinis paribus permixtus in duos scinditur ramos, quorum
    - *Alter*(y) secundum primæ thoracis costæ ductum ad pectoris ossis vsque summum per latus, in progressu surculos dispensat thoracis musculo, ac clauiculæ in primam costam inserto. Præterea propaginis huius terminus digeritur in
      - *Musculos*, qui à pectoris ossis sũmo principiũ ducẽtes sursum exporrigũtur.
      - *Mãmillarẽ* capitis processũ.
      - *Os*, Y imagini comparatũ.
      - *Scutiformem* laryngis cartilaginem.
    - *Alter* in manum fertur, de quo latiùs in sequentibus dicetur. Verùm antequam eò contendat, dum alam excidit, ex posteriori ipsius regione ramuli pullulant, in cauam scapulæ partem digesti, x, a, x.
- *Secundum*(9) par, inter primam & secundam thoracis vertebram exoriens, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Posterior*(c) qui gracilior est, simili quodammodo ratione, atque posterior octaui paris ramulus digeritur.
  - *Anterior*(d) in duos scinditur ramos, quorũ
    - *Alter*, octaui ramo, qui in manum fertur, commiscetur.
    - *Alter* primo costarum interuallo offertur, qui secundum primæ costæ ductum, ad pectus vsque contendit. In progressu autem, vt & rẽliqui costarum interuallis exporrecti neruis, soboles diffundit in musculos thoraci exporrectos, incumbẽtésq;
- *Tertium*(10) quartum quintum, & reliqua (13, 14, 15, 16, 17, 18, 19,) ad primùm vsque lũborũ seu vigesimũ par, subsequẽtia, quodammodo ẽrie digeruntur. Quippe omnia mox, atque è vertebrarum lateribus exilière, bipartitò scinduntur, ac
  - *Posterior* qui minor est, retrorsum ad vertebrarum spinas detorquetur, ac ramos spargit in
    - *Musculos* vertebris adnatos.
    - *Musculum*(θ,θ,θ) dextri sinistriq; lateris musculorum cõgressum.
    - *Musculos*, qui ab illarum, quas contingunt spinarum apicibus, principium mutuantur.
    - *Cutem* dorso instratam.
  - *Anterior* surculos spargit in
    - *Sexti* paris (ι, ι) neruorum cerebri ramum costarũ radicibus exporrectũ, deinde præsentes rami costarum exporriguntur interuallis. Verum hi qui costis inseruntur
      - *Rectis* (κ, κ) ad pectoris os contingunt.
      - *Spurijs*(λ, λ) in abdominis vsque interiora repunt.

      *Ab his* rami sparsim in progressu diffundũtur in
      - *Musculos* thoracis adstratos. Thoracis cutem (ν) nõ quidem certa serie, sed sparsim vt errantes vasorum rami digeruntur. Verùm etsi eiusmodi neruorum cutem petentium series sibi cõstans non videatur, natura tamen verita ne tenero adhuc infanti, lac familiare illius alimentum à matre exigenti, papilla denegetur, exactum papillis sensum impartiri voluit, quo tenerorum infantuli labrorum, mollisq; linguæ contactus, papillarum voluptate afficeret, qua homines electi hanc promptiùs sugendam contrectandamque offerrent.
    - *In* musculum, cuius beneficio brachium pectori adducimus. Verùm surculos hos à neruis, qui in quartum costarum perexpectans interuallum, originem ducere ne ambigas, atque ab illis propaginibus surculi in papillam pertinguntur. 1, 1.

D. *Neruorum* à sacro ) 26, 27, 28, 29. 30. ) osseorum paria sex sunt, quorum

- *Primum* inter os sacri ossis primum & infimam lumborum vertebram, eo modo, quo paria è lũborum vertebris egredientia procidit, ac mox ab egressu ramum ad posteriora, non secus atque superiora paria diffundit, qui etiam similiter atque posteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim verò à regione
  - *Posteriori*, propago vtcunque insignis in musculos spargitur, ab ilium osse principium ducentes, ac præsertim in
    - *Primum* femur mouentium. 57.
    - *Cutem* clunib. obductam. 54.
  - *Interiori*, propago emergit, cùm neruis in crus deducendis permiscetur. Verùm nota in crus absumitur. Nam cum ramus ab illa secundum interiam ilium ossis sedem exporrigitur, surculos spargit in
    - *Musculos* abdominis. 53.
    - *Musculum* femur mouentiũ septimum ab interna ilium ossis sede pronatum. 57.
- *Quinque* humiliora paria peculiari procidunt ratione. Nam priusquam ex ipso osse elabantur, gemina ab vtroque latere sunt, & vnus neruus vtrobique à singulis partibus procidit, in
  - *Anteriora*, & ibi in plures diuiduntur, quorũ
    - *Tres*, qui superiores habẽtur, primi paris modo in crus properãt.
    - *Duo*, qui humiliores dicuntur, sexti septimiq; paris propagines sunt, digeruntúrq; in
      - *Musculos* ani.
      - *Vteri* ceruicẽ
      - *Vesicæ* ceruicẽ
      - *Penẽ* in viris.

      → 25, 26, 27, 28, 29, 30.
  - *Posteriora*, & ibi in plures scinduntur propagines, quarum aliæ inseruntur
    - *Musculos* dorsũ mouẽtiũ vndecimũ & decimũ tertiũ. 52.
    - *Membranam* initium musculi brachium ad dorsi humiliora agentis. 51.
    - *Musculum* humani thoracis quartum. 52.
    - *Quatuor* primos musculos femur mouentes. 57.
    - *Cutem*, clunibus obductam. 34. 55.

E. *Nerui artuũ vel* *Comprehendendi*, vt brachij, cubiti, radij & manus: sunt numero sex, quorum

- *Primus*, eius quinti paris neruorũ ceruicis rami soboles est, q in musculi brachiũ attollẽtis, sedẽ à scapulæ spina prona tam digeritur, atq; in extremę brachij regionis cutẽ paulo sub eius lõgitudinis medio diffunditur, inibiq; cessat. π. π.
- *Secundus* (ς) ab implexu, quẽ nerui brachiũ subituri ad vertebrarũ latera efformant, exoritur, ac inde brachiũ petẽs, in plures diuiditur ramos, quorum,
  - *Duo*, vtrisque prioris musculi cubitum flectentium capitibus inseruntur. ς, ς.
  - *Vnus*, quàm primùm ad anteriorem cubiti flexum pertingit secundum latus tendinis musculi cubitum flectentium anterioris, ad carneam ducitur membranam, in cutem dissipandus. ς, ς. τ.
- *Quartus* velut omnium truncus maximus, quà primùm ab alto emergit, in duos impares diuaricatur ramos, quorũ
  - *Superior*, qui gracilior est, cum humeralis venæ ramo ad mediam cubiti lõgitudinem exporrecto, ac deinde versus vlnæ appendicẽ tendenti, deducitur, vniuersam cutẽ radio incumbentem, prætenuib. surculis intertexẽs: quorũ præcipuus inferiorẽ radij appendicẽ superans ad secundũ vsq; pollicis pertingit internodium hîc vti & toto progressu in carneã mẽbranã & cutẽ repẽs, sobolesq; tenuissimas diffundens. ς. ς. Δ.
  - *Humilior* (Θ) qui crassior est, statim in duas diuaricatur propagines, sub media prorepentes vena ab humerali ad communis venæ constitutionem proficiscente, quarum
    - *Altera*, quæ elatior est, relicta tandem vena, & in descensu elatiùs ad radij sedem conscendens, ad brachialis vsque radicem pro fertur. Δ.
    - *Altera*, quæ humilior est, magis obliquè qua medium cubiti flexus consistat, deorsum fertur, & cuti potissimùm oblatè attensa, ad brachiale vsq; prorepit, in multos exiles surculos in progressu absumpta. Ξ.
- *Tertius* (τ) ex illo quoq; prodit complexu, quod iã prius à neruorũ radicib. brachium adeũtib. confici diximus. Is .n. cũ aliã prorepit, in duos diuaricatur ramos, quosum
  - *Alter*, inter musculum brachium pectori adducentem, & illum quo brachium attollitur, cuti exporrigitur, quæ illorum musculorum obducitur lateribus, qua illi mutuo se contingunt. υ.
  - *Alter* (ϕ) quamprimum humero appropinquat cũ se cũdo neruo deorsũ properans in duos scinditur, quorum
    - *Alter*, in caput posterioris cubitum flectentium musculi inseritur. φ.
    - *Alter*, vti ab initio exalto re posítus cubiti flexu accedit ac inde in multas diramitur propagines, quarũ
      - *Aliæ* spargũtur in
        - *Musculos* internam cubiti sedem occupantes.
        - *Musculum* secundos quatuor digitorum articulos flectentem.
        - *Musculum*, qui tertios digitorum flectit articulos.
        - *Musculum*, qui tertiũ pollicis os inflectit. (motus opifex est.
        - *Musculũ*, qui ab interno humeri prodiens tuberculo brachialis
      - *Quod* reliquum est radio exporrigitur, vnà cum vena ac arteria hic deductus, ac inde ad brachiale properans, in plures diuiditur surculos, quorum
        - *Aliqui* perquàm obscuri in musculos ire dicũtur, qui in extrema manu re posíti digitorũ motibus præsũt. 44.
        - *Tres* in volam feruntur, quorũ
          - *Primus* in duos dissectus surculos in pollicis internã accedit sedem. 44.
          - *Secũd⁹*, binis surculis internæ indicis sedi implãtatur, 44.
          - *Tertiꝰ* simplici surculo inter no tãtùm lateri interioris medii digiti sedis exporrigitur. 44.
- *Quartus* (Φ) à reticulari illo neruorũ implexu exoriens, similiter atq; tertius occultatus cũ ipso in brachium properat, axillari venæ & magnæ manus arterię attensus, insignes vtcunque soboles musculis distribuit quorũ ministerio cubitus extenditur. Deinde priusquam ad medium longitudinis brachij pertingat, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Internus*, musculos cubitum extendentes, & posteriorem cubitum flectentium in internam brachij sedem procidit, vniuersam eiusmodi sedis cutem absumendus.. Ψ π.
  - *Externus*, secũdum humeri posteriora reflexus, sensim ad externã brachij sedem properat, & in duos diuaricatur ramos, quorum
    - *Exterior* in cutem humiliori sedi externi lateris brachij obductam. 32.
    - *Interior* (34) quã primũ exterius humeri contingit tuberculum, posteriori ipsius sedi immittitur ac inde in cubitum ducitur, in duos scinditur ramos, quorũ
      - *Alter*, ex alto emergens, errabundo ductu sub cute ad brachiale vsque prorepit, frequẽtes surculos in progressu ęducẽs, ex quib. cutis externam cubiti sedem obtegens intertexitur. 33.
      - *Alter*, in duos scinditur trũcos in profundo, vt & ipsorum radix recondítos, quorũ
        - *Elatior* (35) radio exporrigitur, ac inde ad brachiale cõtendit, in progressu graciles ramulos, tũ musculo brachiale extẽdenti, tum in pronum ducẽti inserens. cum verò externã brachialis sedem contigit, in duas dirimitur propagines, quarum
          - *Altera*, duplici surculo externæ pollicis reg, offertur. 36.
          - *Altera*, in duos diuiditur ramos quorũ
            - *Alter*, indici exporrigitur duplici surculo in ipsius externam sedem ingrediens. 36.
            - *Alter* verò simpliciter medio porrigitur digito, in ipsius exteriores sedis internum latus. 36.
        - *Demissior* (37) frequentes educit soboles, quarum
          - *Prima*, capiti musculi indicẽ medium & annularem extendentis offertur. 33. 36.
          - *Secunda*, capiti musculi minimum extendentis digitum inseritur. 36.
          - *Tertia*, musculo brachiale simplici tendine extendenti commiscetur.
- *Quintus* brachij neruus (*) à cõmemorato iam plexu inferius quàm quatuor hactenus descripti, principium nanciscitur, ac quarto attensus, per axillam in brachium fertur, nullas omnino soboles, cuiquam brachij parti distribuens, tandem in cubitum indiusus delatus, in plures scinditur propagines, quarum
  - *Aliæ* inferuntur in
    - *Musculos*, internam cubiti sedem occupantes. 43. (fex habetur. 45.
    - *Musculum*, qui ab interno humeri prodiẽs tuberculo brachialis flexus opi
    - *Musculum*, qui tendine lato summæ manus internæ cuti subnascitur. 45.
    - *Musculum*, qui quarto brachialis ossi insertus brachiale flectit. 45.
    - *Musculum*, qui radium in supinum ducentium superior describitur. 45.
  - *Quod* reliquũ est vlnæ attẽsus inter musculũ secundos quatuor digitorũ articulos flectentem, & illũ, qui eorũdem digitorũ tertios articulos flectit, ad brachiale fertur, vena & arteria cõcomitatus, q̃ vlnæ exporrigũtur. Cùm verò transuersum brachiale ligamẽtum superauit, in quatuor diuaricatur propagines, quarũ
    - *Prima* in duos diuisa surculos, minimi digiti internæ sedi inseritur. 45.
    - *Secunda*, pariter bifida, in internam annularis digiti sedem fertur. 44.
    - *Quarta* omnium superiorum maxima paulò inferius quã medium vlnæ longitudinis cõsistit, è profundo elabens secundũ vlnã in externã sedem cubiti porrigitur, & cum externam brachialis sedem contigit, in tres diuiditur ramos
      - *Primus* duplici surculo externã minimi digiti sedẽ adit. 46.
      - *Secundus*, eodẽ modo externæ ãnularis sedi exporrigitur. 46.
      - *Tertiꝰ* indiuisus externo implicatur lateri exterioris medij digiti regionis. 46.
- *Sextus* (ϰ) brachij ramus, ab infima retis iam sæpius dicti sede procedens, ac inconiugatus per axillam in brachiũ properans, nullibi in alto reconditus, sed cutí internæ brachij sedis subiectus, ad internum humeri accedit tuberculum, in progressu conterminis cutis partibus frequentes depromens soboles. Ad interius verò humeri tuberculum, in plures partibus ramos, venæ axillaris propaginibus partim incumbentes, partim verò subiectos, qui dorsum numerosa propaginum serie secundum vlnam digeruntur, inter cutem & carneam membranam deducti, & priusquam brachiale contingant cessantes, perpetuóq; secundum inferiorem cubiti regionem seu vlnam exporrecti. 47. 48.

*Ambulandi*, Vide in sequentibus signum F.

F. *Nerui* artuum ambulandi sunt numero quatuor quorũ

- *Primus*(57) à suprema parte implexus neruorum in crus pertinentium originem ducit, & lumborum incumbens carnibus, ac peritonæo frustratus, in femur fertur. Simulatq; femur contingit, in duos scinditur ramos quorum
  - *Minor* cuti depromitur, quæ anteriori femoris sedi versus externum ipsius latus obducitur.
  - *Maior*, in alto latitans in plures diuiditur propagines, quarum
    - *Aliæ* feruntur in musculum
      - *Primum*: tibiam mouentem, & ab antiqua sede appendicis ilium exortum. 59.
      - *Septimum* tibiam mouentem, qui à maioris femoris processus radice enascitur. 59
      - *Manum* tibiæ motuum authorem. 59
    - *Quod* reliquum est cum illis musculis, decliue deductum supra genu articulum terminatur. 59.
- *Secundus*(60) inferius, quàm primus principium adipiscitur, è regione articulationis tertiæ lumborum vertebræ cum quarta. Hic enim peritonæi posteriori regioni subtensus, simul cum vena & arteria per inguina femur petentibus, in crus porrigitur, & in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Alter* venæ ad pedis vsque pollicem attensus, cum ipsa in pedem deriuat, atq; (vt illa vena) varias soboles passim in cutem spargit, inter quas illa præcipua habetur, quæ anteriori genu regioni offertur, in eius sedis cutem frequenti ramorum serie disseminatur. 61, 62, 63.
  - *Alter*, qui grandior est, simul cum vena ac arteria reconditur, & in musculos anteriorẽ femoris sedem occupantes, digeritur, præcipuè in quintum ipsius femoris & octauum tibiæ. Deinde deorsum pergens, supra genu articulum cuti, primus cessat, & in progressu membranulis vasa colligantibus, exiguas porrigit soboles. 64, 65.
- *Tertius*(66) secundo succedit, illic enatus, vbi quarta lumborum vertebra quintæ articulatur. Hic peritonæo quoq; succumbens, & musculo femoris septimo vectus, ad pubis ossis foramen contendit, ac in femur prorepit. Verùm priusquam foramen superet, in plures diuiditur ramos, quorum
  - *Aliqui* feruntur in
    - *Musculos*, nonũ & decimũ femur mouẽtes. 69.
    - *Musculos* illos, qui à pubis osse pronati, penis peculiares censentur. 67.
  - *Quod* reliquũ est, vbi paulò demissiùs prorepsit, in duos diuiditur ramos, quorum
    - *Alter* cuti inseritur, quæ internam femoris sedem iuxta inguina occupat. 67.
    - *Alter* suas emittit propagines in
      - *Musculum* secundum tibiam mouentium. 70.
      - *Portionem* quinti femur mouentis musculi à pubis osse pronatã. 67.
      - *Medium* longitudinis femoris, ibique cessat. 69.
- *Quartus* (71) tertio subsequitur, constituiturque ex 25, ac triũ succedentiũ parium anteriorib. ramis omnium neruorum crassissimus, durissimus, ac validissimus. Hic peritonæo subditus, inter sacri ossis latus, & ilium os ducitur, ac inde in duos diuiditur ramos quorum
  - *Alter*(72) ex posteriori ipsius sede emergens aliquousq; sub primo femoris musculo latitans, tandem ad cutem procidit, soboles multas spargens in cutem
    - *Inferiori* cluniũ sedi obtensam.
    - *Posteriorem* femoris sedem vltra medium longitudinis femoris contegentem.
  - *Alter*, vlterius progrediens in grandes distribuitur soboles, quorũ
    - *Aliæ* in musculum capita feruntur, quæ à coxendicis ossis appendice principium ducunt. 73.
    - *Quod* reliquum est, deorsum fertur, sub mediáque ipsius femoris longitudine, in duos scinditur ramas, quorũ
      - *Alter* (65) quamprimũ inferiorũ femoris capitum radicẽ spectat, vtrinque vnam producit propaginem in capita musculorũ disseminandũ, qui tres primi pedis motores enumerantur deindein poplite in duos impares diducitur ramos, quorum
        - *Alter*(74) in duas partitur propagines, quarum
          - *Altera*, in quarti tibiam mouentis musculi partem femoris osse enatam inseritur. 74.
          - *Altera* in plures diuisa propagines, in cutem humiliori sedi posterioris femoris regionis iuxta genu obductam excurrit. 74.
        - *Exterior*(77) q gracilior est, ad fibulæ cũ tibiæ osse iuxta genu prorepit. Verũ priusquã inter musculos recondatur, in duas diuiditur propagines, quarum
          - *Gracilior*, cuti tibiæ propria, inde ad pedis externũ latus properans, in progressu frequentes spargit soboles. 78.
          - *Crassior*, inter septimum & octauũ pedẽ mouentium musculos occultata, & sexto pedem mouẽtiũ attensa in progressu in duos diuaricatur ramos, quorum
            - *Alter*, errabundo ductu in cutem dispensatur anteriori tibiæ regioni obtensam. 79.
            - *Alter* inter musculos anteriorem tibiæ sedem sibi vendicãtes prorepens, illisq; ramulos offerẽs ligamẽto incũbit, fibulã tibię ossi colligãti, ac vnà tandẽ cũ tendinibus, digitos extendentibus, subtransuerso illius regionis ligamento, cuius cuti propagines interdixit, in pedis superiora ducitur, ac digitorum superiori sedi ramos exporrigit. 79, 84.
          - *Alter* multiplici sobole digeritur in
            - *Cutem*, quæ posteriori tibiæ sedi ad calcem vsque ducitur. 81. 81.
            - *Cutem* obducentem primum, secundum & quartum musculum pedem mouentium. 81, 85.
        - *Interior* (80) exteriori grandia inter capita primi ac secundi pedem mouẽtium musculorum in tibiã subit, & in plures diuiditur ramos, quorum
          - *Alter*, in posteriorẽ tibiæ sedẽ properãs, inter quartũ & quintũ pedẽ mouentium musculos, duosq; qui à tibia procedentes digitorum flexu præsunt, fertur. Hæc itaq; deorsum tendens exterioris(82) trunci propaginẽ assumit. Cũ verò ad tibiæ vsq; humiliora cõtendit, vnà cum huius sedis tendinib. per transuersum ligamentum, inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora petit, &
            - *Musculis* ibi repositis distribuitur. 86.
            - *Singulorũ* digitorũ inferiori sedi sur culos mittit.

*Vide apud Vesalium lib. 4. quinque neruorum figuras, in prima editione, quarum primo fol.* 418. *altera fol.* 419. *tertia* 432, *quarta* 433, *quinta fol.* 454, *apparet.*

De Mu-

# De Musculorum constructione in genere.

X. *Musculus* est organũ motus voluntarij, cõstans ex fibris neruorũ, & ligamẽtorũ carne simplici his circumnata, vena, arteria, tunica. Horum differẽtiæ in

- *Genere*, sumuntur á
  - *Causis*
    - *Internis*, videlicet
      - *Materiæ*. Sic musculorum alij
        - *Neruum*, arteriam & venam participant: vt septum transuersum musculi abdominis omnes, &c.
        - *Neruum* nullum, neq; arteriam neq; venam cõtinent: ex quorũ classe musculus est, qui latum in manu educit tendinem.
      - *Formæ*. Sic musculorum alij
        - *Muri* aut lacertæ, (à quo musculi nomen sortiti) } Similes sunt.
        - *Pisci* }
        - *Foraminibus* peruij: vt septum transuersum.
        - *Absque* foraminibus, &c.
    - *Externis*: nempe fine seu officio. Sic musculorum alij præsunt motibus
      - *Rectis*: vt
        - Manus } *Digitos* extendentes.
        - Pedis }
      - *Obliquis*: vt radij.
      - *Vtrinque*.
  - *Accidẽtibus* videlicet
    - *Qualitate*. Sic alij
      - *Albi*, qui carne vacant.
      - *Rubri*, qui carne abundant.
    - *Quantitate*
      - *Continua*. Sic musculorum alij
        - *Magni*: vt
          - *Maximus* corporis musculus.
          - *Femur* mouentium primus.
        - *Parui*: vt penis musculi, &c.
      - *Discreta*: atque sic musculus aut
        - *Simplex*.
        - *Duplex*.
        - *Triplex*.
    - *Loco*
      - *Insertionis*. Sic inseruntur alij in
        - *Os*: vt qui femur & tibiam mouent.
        - *Cartilaginem*: vt laryngis omnes.
        - *Cutem*: vt labrorum.
        - *Quiduis*: vt oculorum.
        - *Vnam* partem, ex pluribus sedibus orti: vt musculus brachium pectori admouens.
        - *Plures* partes ex vna sede ortus: vt manus musculi & pedis extendentes, &c.
      - *Originis*. Sic alij principiũ obtinẽt ab
        - *Osse* ipsorum ligamenti: vt qui à femoris osse & coxendicis osse ad tibiam procedunt.
        - *Cartilagine*: vt omnes laryngi musculi, intercostales, &c.
        - *Membrana* quadam: vt oculi, vesicæ, ani, &c.
        - *Membrana* tendines obuoluente: vt digitorum, &c.
        - *Ligamento* aliquo: vt duo pollicis, &c.
        - *Altero* musculo: vt à circulari musculo ani, veluti digiti duo, &c.
        - *Nullo* principio: vt musculi omnes ex carnea membrana, &c.
- *Specie*, sũt aut
  - *Trunci*: & vel
    - *Capitis*
      - *Totius*. Vide in sequentibus signum *A a*.
      - *Partium*. Vide in sequentibus signum *B b*.
    - *Thoracis*
      - *Totius*. Vide in sequentibus signum *C c*.
      - *Partium*, nimirum
        - *Scapularum*. Vide signum *D d*.
        - *Dorsi*. Vide in sequentibus signum *E e*.
    - *Ventris*
      - *Totius*. vt Abdominis. Vide in sequentibus signum *F f*.
      - *Partium*: aut
        - *Internarum*: nimirum
          - *Vesicæ*. Vide signum *G g*.
          - *Ani*. Vide signum *H h*.
        - *Externarum*: vt
          - *Penis*. Vide signum *I i*.
          - *Testium*. Vide signum *K k*.
  - *Artuũ*: & vel
    - *Comprehendendi*: nimirum
      - *Brachij*. Vide in sequentibus signum *L l*.
      - *Cubiti*. Vide in sequentibus signum *M m*.
      - *Manus* extremæ. Vide in sequentibus signum *N n*.
    - *Ambulandi*: scilicet
      - *Femoris*. Vide in sequentibus signum *O o*.
      - *Tibiæ*. Vide in sequentibus signum *P p*.
      - *Pedis*. Vide in sequentibus signum *Q q*.
      - *Digitorum* pedis. Vide in sequentibus signum. *R r*.

*Aa Musculi* caput & collũ mouẽtes, numero sunt viginti sex, chori cuiusdã instar orbiculatim ipsum amplexãtes, quorũ

- *Octo* anteriori parte, flectentes, quorum
  - *Duo* stomacho subiacẽt, per primas fibras, quæ in primam ac secũdam vertebrã sunt infixæ, caput ipsum dũtaxat flectunt, ac simul obliquis fibris ad obliqua etiã deducũt per quas musculorũ etiã paruorum propriam habent circumscriptionẽ per reliquas verò collum flectentes, simul cum eo totum caput cogunt mutare. Vide lib. 2. in 7. tab. E.
  - *Sex* reliqui post aures exorti, in pectus, & extremam clauiculæ partem porriguntur: non rectum, vt illi motum, sed obliquum paulatim efficiunt. quo etiam caput in anteriora cõuertunt. Vide lib. 2. in 4. tab. X.Y.Z.Θ. & in 8. tab. A.B.
- *Quatuor* decim posteriori parte, attollẽtes, quorum
  - *Octo* parui retrò circa articulum ipsum locati, ad primam & secundam vertebrã, caput solũ retrò at tollunt, vt qui soli exactè articulationẽ capitis complectuntur: quorum
    - *Quatuor*, qui ex osse occipitis paulò supra articulamentum, in secundæ vertebræ posteriorem processum, ac in partem primæ proximam inseruntur, recti motus sunt autores: nam caput solum retrorsum flectũt. Vide in 10. & 11. tab. A. B. & in 12. tab. r. A. F.F. & in 13. tab. A.
    - *Duo* iam enumeratis adiacent, obliquã continuam ipsis habent ex capite originẽ. verùm ad latera recedunt, caput in obliquum pro fibrarũ ratione agentes. Nam lateribus primæ vertebræ processibus inseruntur. Vide in 14. tab. A. B. E.
    - *Duo* obliqui sunt, iam dictis duobus tum situ, tum motu ex aduerso respondentes. Hi musculi primam vertebram secundæ connectũt: & fines ipsorum in laterales primæ processus, & spinam secundæ pertinent. Hinc caput ad naturalem, id est, rectum, nusquàm inclinantem statum reducunt. Vide in 14. tab. F. G.
  - *Sex* magni, tres coniugationes habentes (quæ propter musculorum complexum, quatuor dici possunt, & duæ) prædictis incumbunt, in toto collo extensæ. eundemq; cum musculis dorsalibus habent motũ. Mouent autẽ per primas quidẽ fibras (quæ in primã ac secundã vertebrã inseruntur (solum caput: per reliquas verò, primum quidem reliquas quinque colli vertebras, simul autem cum eis capitis motum retrorsum adiuuant, quorũ qui sunt obliqui, motus obliquos sensim efficiunt. Vide in 14. tab. H. I. K. L.
- *Quatuor* laterales, magni & robusti, quorũ duo habẽtur parte
  - *Dextra*, ex perforato secũdæ vertebræ processu ortũ ad scapulas emergũt. Ceruicẽ ad latera cũ parua declinatiõe mouẽt antrorsum. Vide in 8. tab. C. & in 13. tab. H.
  - *Sinistra*, ex primæ vertebræ laterali processu proueniunt. Ceruicem ad latera cum parua declinatione mouent retrorsum. Vide in 8. tab. C. & in 13. tab. H.

*Bb. Musculi* partiũ capitis

- *Superiorum*
  - *Frontis*, & est vnus musculus, valde latus, multas neruorum fibras in se ipsam recipiens, à quo cutis separari nõ potest, sed planè cum eo coaluit: motusq; amborum est vnus, qui supercilia scilicet attollit. 3. tab. A.
  - *Palpebrarũ*
    - *Superiorũ*: & sunt duo, quorum
      - *Alter* in maiori angulo, apud nasum obliquus constitutus, ad tarsi partem dimidiam, quæ illic est, peruenit. Hic cùm agit, partẽ palpebræ sibi continuam, quæ est ad nasum, deorsum trahit. 3. tab. C.
      - *Alter* totus etiam obliquus, ad minorem angulum oculi extensus, ad reliquam tarsi partem dimidiam sibi propinquam prorumpit. Hic cùm agit, reliquã palpebræ partẽ sursum trahit. D. 3. tab. D.
    - *Inferiorum*, nullus describitur musculus, quò fit, vt alicuius motus nõn particeps videatur.
  - *Oculorũ*, sunt septẽ, quorũ
    - *Primus*, supernus, oculos sursum mouet versus supercilia. H.
    - *Secundus*, infernus, & oculum mouet deorsum I.
    - *Tertius* & quartus in lateribus, quorum
      - *Alter* in magno angulo oculi, introrsus nasum abducit. K.
      - *Alter* in paruo oculi angulo, versus eundẽ abducit. L.
    - *Quintus* & sextus, positione obliqui sunt, singuli quidem in singulis palpebris versus minorẽ angulũ suprà ac infrà extensi, oculũ quoquo versus promptè circũuertunt, ac circũagunt. M.N.
    - *Septimus*, magnus circa eorum radicem, cõstringit quidem ac minuit neruum opticum: oculum verò sursum attollit & eleuat, ac nonnihil etiam simul conuertit. O.
- *Mediarum*: nirum nariũ, quorũ
  - *Proprij* duo, vtrinq; vnus, isq; valde durus, sed exigui sunt, vt partium ab eis mouendarum ratio postulabat. Enascuntur enim circa principia musculorum, ad labia descendentium, & alas diuersimodè mouent: cuius mobilitatis vsus in repentinis exsufflationibus mirificè prodest. 3. tab. F. 4. tab. K. L.
  - *Cõmunes*, duo vtrinq;. A' malis enim iuxta proprium superioris labri musculum, carneus quidem, sed tenuis mẽbraneusq; enascitur musculus, qui in ipso modicè, versus priora descẽsu in duas diuiditur portiones, quarum.
    - *Altera* ad nasi radicem vadit, vt alam ipsam extrorsum, sursumque moueat. 4. tab. L.
    - *Altera* ad superiorem labri partẽ quã Mustacem vocant, proreptat, vt labrum sursum vellat. 3. tab. G.
- *Instrumenti*: & vel
  - *Interiorum*. Vide in seq. sign.
  - *Exteriorum*
    - *Labiorum* sunt quatuor, quorũ
      - *Duo* superiori labro cõmunes, vtrinq; vnus, qui à maxillæ superioris osse, vbi mala consistit, carnoso principio enati, deorsum obliquè in priora feruntur, quousq; in sui labri latus se se inserant. 3. tab. G. H. I. O. L. K. M. r. 4. tab. M. 5. tab. E.
      - *Duo* inferiori labro, vtrinq; similiter vnus, superioribus musculis latiores, sed breuiores, ab inferioris maxillæ humiliori parte, ad menti quasi latera exoriuntur, hinc sursum obliquè in priora protensi, latiq; permanentes, in mediam sui labri sedem implantantur. 3. tab. M. 4. tab. N.

      *Per* hos 4. musculos octo efficiũtur motus
      - *Obliqui* 4. in vtroq; labro duo
        - *Vnus* cùm ad dextram ipsa circumaguntur.
        - *Alter* cùm ad læuam ipsa circumaguntur.
      - *Recti* totidem,
        - *Duo* quidem ad amussim recti, quando labra plurimùm à se inuicem distant, hoc quidem à duobus musculis sursum agẽtibus ad nares tenso, altero autem deorsum ad mentum ducto.
        - *Duo*, quando ad labra retrahunt se, & inuicem coëunt, vno ex superiori loco deorsum, altero ex humiliori sursum protenso.
    - *Maxillæ inferioris*, sũt sex, quorũ
      - *Duo* claudunt, & velut pendentem à sese maxillam attollunt ac sustinent, vtrinq; vnus, qui à verticis & frontis ossibus enascuntur, ac deinde concrescendo perreptant, & in cauitatem quandã, in ossibus capitis, ibi exculptam, descendunt, & in iugale os vsque se recipiunt, inde in tendinem magnum exeuntes maxillæ inferioris curuo acumini infiguntur. 4. tab. E.
      - *Duo* alij oppositi multò minores, os ipsum aperiunt, inferioribus maxillæ inferioris partibus infiguntur statim post flexionem ad eum vsq; locum, qui est ad mentum. 5. tab. H. I. 4. tab. O. 6. tab. I. 11. tabul. *.
      - *Duo*, masticatores dicti, os variè circumagunt, qui carnosam quoque genarum partẽ constituunt, quos nonnulli vtrinque non simplicem, sed triplicem musculum esse existimãt, quòd tres ipsorũ sunt in maxillas insertiones instar principiorum. 4. tab. Δ. 2. tab. C. 5. tab. D. 9. tab. C.

* *Musculi* partium capitis interiorum

- *Linguæ*, quorũ alij inseruntur in ipsam ex
  - *Superioribus* partibus,& ad palatum ipsam linguam tollunt sursum.F.
  - *Infernis* partibus,deorsum linguam deprimunt.G.H.
  - *Lateribus*, ad latera ipsam circumagunt. E.
  - *Osse* hyoide.DD.
- *Hyoidis* ossis
  - *Proprij* sunt septem, quorũ
    - *Primus* robustus est & geminus,ab ipsius medio ad os pectoris vsq; delatus.1.tab.C.2. tab.F. 4.tabul.S.T.
    - *Secundus* ac tertius stricti & oblongi sunt scapulis, interim clauiculis inserti,qui cum primo hyoides os ad inferiora trahunt.5.tab.H.I.
    - *Quartus* & quintus obliquè sursum exporrecti, maxillæ inferiori insinuati, hyoides os sursum vellentes. 4. tab.R.1.tab.B.2.tab.E.
    - *Sextus* & septimus stricti & longi sunt, vtrinque vnus ab ipsius ossis lateribus ad processum styloidem defertur:ambo ad obliqua hyoides os trahentes.4. tab.Q.
  - *Improprij*, sunt duo, ab ipso osse ad cartilaginem scùtum figura imitantem laryngis protendũtur,de quibus in musculis laryngis.
- *Laryngis*, sunt circiter viginti, quorum alij
  - *Proprij*, & sunt duodecim, quorũ
    - *Decem* trium cartilaginum sunt communes, quorum
      - *Quatuor* primam cartilaginem cum secunda connectunt in animãtibus voce magna præditis.Horum duo primi partes laryngis anteriores coniungũt, maximamq; claudunt cartilaginem:duo subsequentes eas,quæ in intimis sunt abditæ.1.4.N.5.fig.O.
      - *Quatuor*,in omnibus animalibus secundam cartilaginem tertiæ committunt: & aperiunt cartilaginem aryteno ídem.6.7.fig. P.
      - *Duo* reliqui primam cartilaginem tertiæ connectunt, & cartilaginem aryteno ídem claudunt.8.9.10.fig .a.b.
    - *Duo* reliqui sunt in basi aryteno ídeos,qua secundæ connectitur.6.7.8.fig. V.
  - *Communes*, & sunt octo, & soli scutiformi proprij, quorũ
    - *Duo* à minoribus hyoidis ossis lateribus enati,scutiformi cartilagini supertensi, illi implantantur, ipsam à posterioribus cartilaginibus abducentes,ac meatum dilatantes.1. 2. figur. F.5.figur.O.
    - *Quatuor*, quorum duo prope horum finem à prima cartilagine exorti,pectoris ossi inseruntur,deorsum vergentes inferiores cartilaginis partes contrahunt: nec non asperã, ne quid implicetur,neque nimium implicetur,neq; nimium dilatetur, vbi vociferari animal cogitat.1.2.figur.G.S.P.
    - *Duo* reliqui transuersi,ex obliquis scutiformis partibus enati, deinde in circuitu stomachum comprehendentes,inuicem carnoso tendine coëunt.Hi primæ cartilaginis partes protrahunt,& secundæ adducunt,meatus stringendi gratia.1.2.3.4.5.fig.I.

** *Musculi* thoracis alij mouent

- *Brachiũ*: & sunt vndecim, quorũ
  - *Primus* à costis spurijs prope præcordia,non procul à mãmilla incipit, incipit,in superficie aliorũ extãs, qui brachium ad pectus adducit, humilisq; eius diductionis opifex est.2.3.4.tab.Δ.1.tab. L.
  - *Secundus* contrà, ex altis pectoris regionibus prodiens,altæ adductionis est autor.4.tab.Ξ.10.tab.Δ. 1.tabul. K.2. tab.M.3.tab.P.5.tab.γ.9.tab.L.11.tab.M.P.7.tab,L.L.
  - *Tertius* ex toto pectore oritur, mammæ subiectus,& quodammodo bipartitus est,fibris ipsius in similitudinem χ literæ, mutuò sibi incumbentibus illic potissimùm vbi articulum ferè contigerint: alijs ab humilioris pectoris sede ad articuli eminentiorem porrectis, quibus ad inferiora brachium adducitur: alijs ab elatiori ad inferiora inclinantibus, quibus altiùs adducitur.Ambabus autem tensis, os brachij æquabile ad pectus agitur.Sed potiùs duo transuersi sunt.Quare solus inter huius articuli bifidos musculos pro duobus ab Anatomicis numeratur.7.tab.M. 10.tab.R.11.tab. L.12.tab. R.
  - *Quartus* exiguus est, primo succedit, qui à regionibus iuxta mammam sursum fertur, & ipse brachium deprimens. 7.tab.O.10.tab. Θ.
  - *Quintus*, secundo succedit,illius portio, qui summum humerum occupat: duo enim habet capita.interni sanè partibus, hanc ipsam partem ex clauicula enatam:externis autem,demissiorem partem dorsi scapularũ.Verùm solius huius musculi, quum tensus est, actio,brachium extrorsum extendit, parum à media,ac recta omnino extensione ad latus inclinãs.Alterius verò musculi,qui est ad clauem, actio non immeritò introsimiliter inclinat.Tensis autem æquè fortiter ambobus, brachiũ rectam planè ac mediam extensionem assumit,nusquam declinans.7.tab.I.13. tab.X.10.tab.L.
  - *Sextus* & septimus vtraque spinæ, quæ est ad scapulam,parte,similem prædicto habent actionem.Si quidem tensi simul, brachium sublimè prorsus tollent: quòd si seorsum, vterq; modicum ad latus inclinabit.7.tab.I. 10.tab. Q.
  - *Octauus*. magna ex parte ex humili scapularum costa prodiens,extrorsum abducit brachium,eis oppositus qui in pectore habentur elatiùs brachium attollentes.
  - *Nonus* ex inferiore humilis scapularum costæ termino proficiscitur, in extremam regionem brachium circumagendo abducens.
  - *Decimus*, cauam scapularum partem occupat: minus quidem extrorsum, magis autem deorsum brachiũ circumuertens.
  - *Vndecimus*, deorsum brachiũ agens,ita vt in posteriorem quoq; partem ducat:quem quintus prædictus excipit musculus exiguus, qui constanter in nullam inclinans partem,brachium deorsum moueat.

*Thoracem* ipsum. Vide in sequentibus signum **.

* * *Musculi* thoracẽ mouentes sunt octuagintanouẽ: nimirũ

*Primus*, ex inferiori interioriq; clauiculæ regione, secundum ipsius longitudinem, quà primam respicit costã, exoritur, principium carnosum vndiq; obtinens, & carnoso quoq; termino primæ costæ, quà pectoris ossi cõmittitur, antiqua ex parte insertus. Musculus hic breuis, sed amplus est & tenuis, ac omnino carneus, fibras sortitur impensè obliquas, propemodumq; transuersas, quæ à clauicula antrorsum procedẽtes, supremæ thoracis costæ, & nonnihil pectoris ossi, quà eius costæ cartilaginem excipit, implantatur. Huius beneficio prima costa sursum versus exteriora retrahitur, hacq; ratione ibidem thorax dilatatur. 4. tab. d. 5. tab Z.

*Secundus*: carnoso principio, ex tota scapularum basi enascuntur, deinde costis exporrecti, admodum latescũt, tenuiores tantisper redditi, donec primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ, septimæ & octauæ, aliquando & nonæ thoracis costis sese inserunt. Horum fibræ, si quãdo ad suum principium tendunt, vniuersas costas (præter inferiores) versus exteriora vellunt, thoracem dilatantes. 1. tab. O. O. O. 2. tab. o. o. o. 3. tab. 5. 6. 7. 8. 4. tab. l. m. 5. tab. l. m. 6. tab. R. 7. tab. L. 8. tab. F. 11. tab. X. 12. tab. S. 13. tab. T.

*Tertius*: ex trium inferiorum ceruicis vertebrarum, ac primæ thoracis vertebræ spinis, mẽbraneo latoq;, exoriuntur principio, ac deinde primo caput mouentium musculorum pari, & hac sede repositis, dorsum thoracemq; mouentibus musculis instrati, in priora decliues, exporrigũtur, carnei euadentes, latiq; musculi naturam ostendentes, simulatq; primi illius paris externum latus superauêre. Deinde vbi primam thoracis costam contingunt, in latera sensim obliquè ducti, in tres veluti digitos tripartiuntur, singulos tribus quatuor primarum costarum interuallis exporrigentes, illisq; sese costis inserentes. Horum munere thorax attollitur, ac etiam extenditur. 10. tab. E. 11. tab. F.

*Quartus*: ad dorsum mouentium musculorum latera, costarum radicibus, & transuersorum vertebrarum processuum apicibus exporriguntur: originem suam ducentes ex posteriori ossis sacri regione, & interiori iliũ ossis sede. Hinc cum vndecimo dorsum mouente musculo, transuersis vertebrarum lumborum processibus innixi sursum deducuntur. Quum primùm verò vterq; simul duodecimam thoracis respiciunt vertebram, à dorsum mouente vndecimo, notatu digno interuallo adeò abscedunt, vt inibi in curiosè secantibus ex illo principium sumere viderentur. Hinc modicè sursum obliqui in latus cõscendunt, & decem superioribus costis, tendines pullulant. Qui costarum tuberculis inseruntur, cessant autem ad primam thoracis vertebram, interdum tamen adeò conscendunt, vt & transuerso septimæ ceruicis vertebræ processui tendinem quoq;, non minus quàm costis offerant. Hi infimas thoracis costas, ac reliquas omnes deorsum trahunt, ac denique thoracem arctant. 11. tab. Q. 12. tab. A. 13. tab. O. O.

*Quadraginta quatuor, vtrinque, quorum*

*Quintus*, in posteriori thoracis sede, secundum inferiora collocatur, originem membraneam lataq; ducẽtes, ex vndecimæ & duodecimæ, ac aliquando decimæ thoracis vertebrarum spinis. Principium hoc musculis dorsum agentibus, supersternitur, transuersim rectà in priora porrectum. Vbi autem septimus musculus hos transcendit, costarumq; ossibus committitur, statim carneis adaugetur fibris, & tandẽ velut in aliquot diuisus digitos nonæ, decimæ, vndecimæ & duodecimæ costarum interuallis, ipsisq; sese costis inserunt. Horũ munere, costæ, quibus inseruntur, thoraxq; distenditur. 11. tab. A.

*Sextus*, in thoracis cauitate situm sibi peculiariter vendicat, extenduntur autem per vniuersum pectoris ossis latus, sub tota verarum costarum cartilaginum regione, propemodum costarum os, exteriori ipsius latere contingentes. Sunt autẽ hi musculi triangulares, ex duobus longissimis lateribus, & vno breui constructi, & tenues, omniq; ex parte carnosi. Adnascuntur autem omnibus verarum costarum cartilaginibus, illas ad pectoris os, in sinus nimirum, quibus illæ inarticulantur, attrahentes, & eo motu thoracem arctantes, & costarum cartilagines inuicem colligantes. 8. tab. B.

*Septimus*, & reliqui vsque ad quadragesimum. Sunt autem tringintaquatuor musculi intercostales, quorũ alij

*Exteriores*, quoniam exteriùs positionem habẽt, originem ducentes, simulatque costa à transuerso vertebrarum processu in anteriora obliquè prorepit, principium habent, ac fibris constant ex superiori costa, in inferiorem obliquè in priora deorsum proreptantibus. Hi inferiorem costam superiori abducunt. 6. tab. V. X. 8. tab. D. D. 11. tabul. V. 6. tab. V. X.

*Interiores*, quoniam interiùs positi sunt. Hi enim quà vertebrarũ corporibus proximi sunt, ex inferioris costæ superiori sede, in elatioris costæ inferiorem sedẽ, fibras obliquè sursum in priora protensa mittunt. Harum verò fibrarum situs exteriùs contrarius existit. Nam exteriores ad X. literæ similitudinẽ intersecant fibræ. Hi superiorem costam inferiori abducunt 8. tab. E. E.

Hi omnes musculi simul thoracem arctant, & angustiorẽ efficiunt. Produxit enim natura intercostales musculos cum fortiori motu impetuq; ad efflationem, vocẽ, tussim, sternutationem, faciũ excretionẽ, ad partũ faciliùs excludendum, breuiter ad thoracis compressionem, quàm ad inspirationem indigeamus. Verùm Galenus intercostaliũ beneficio musculorum thoracem stringi & laxari censet. Nam exteriores expirationem, interiores verò inspirationẽ moliri prodidit. Interdũ verò non sibi cõstans, exteriores inspirationi, interiores autem expirationi præesse voluit.

*Quadragesimus primus*, vsque ad quadragesimum quartum, sunt musculi abdominis, de quibus inferiùs.

*Vnus* vtrique lateri cõmunis, quem Græci φρένας καὶ διάφραγμα, καὶ ἄνω κοιλίαν, Latini verò septum transuersum & præcordia aliquando vocant. Hic enim neq; situ, neq; forma vlli totius corporis musculo respondet, Siquidem amplus est, & orbicularis, & in ipsius medio principium gerit. Huius munus est, vt adhuc in viuentibus animalibus patet, proprio motu ossis pectoris, inferiorem terminum, & spuriarum costarum extrema, ad suum caput, tanquam ad centrum, intrò trahere, ac nonnihil quoque sursum vellere. Septi enim transuersi caput in medio mouendarum partium reponitur, & elatiori sui capitis sedi, quæ thoracis amplitudinem respicit, nerui à ceruice decurrentes, inseruntur. Quum itaque septum in se conuellitur, & spuriarum costarum extrema quodammodo ad centrum colligit, solam inferiorem, eandemque anteriorem thoracis partem, quam spuriarum costarum cartilagines constituũt, arctat. Posteriorem verò, quæ ab harum cartilagine ad vertebras vsque habetur, dilatat, ac inuicem quinque inferiores costas dirimit, vnà cum sexta ac septima thoracis costis, quarum etiam cartilaginibus septum applantatur. Vide in 1. fig. thoracis I. & in 2. fig. R. R. in thor. I. & in 3. thor. figur. H.

D d. *Musculi* scapularũ, vel

- *Proprij* sunt sex, quorũ
  - *Primus* scapularum spinæ insertus est, magnus & amplus, ad occipitis os porrigitur, scapulas sursum attrahit. Vide lib. 2. 9. tab. Δ v. E. E.
  - *Secundus* subtilis, ab ipsis capitis ossibus prodiens, scapularum spinæ iuxta basim inseritur, scapulas etiam sursum attrahit. 9. tab. Γ. Δ. 1. tab. G. 2. tab. K. L. 3. tab. b.
  - *Tertius* & quartus latus ac geminus, iuxta spinam hærent: vnus ceruicis quinque vertebris porrectus: alter septem thoracis. Scapulas retrò ad totam animalis spinam abducunt. 10. tab. Γ. G. H. I. K.
  - *Quintus*, à laterali primæ vertebræ processu ortus, summo humero per carnosum tendinem inseritur: scapulæ eminentiam ad ceruicis latera ab ipso abducit, sursumq; mouet. 7. tab. H. 6. tab. K. 8. tab. I. 10. & 11. tab. C. 12. G. 13. tab. Q.
  - *Sextus* gracilis, longusq;, laryngis partibus, quas ossi à litera Græca *υ*, hyoidi dicto connectit, ad scapulas porrigitur, eas q; antrorsum mouet. 5. tab. R. S.
- *Communis* vnus humerorum articulo, non proprius scapulis, quas deorsum versus trahit. 11. tab. ⊖.

E e. *Musculi* dorsi, sunt sexdecim vtriusque lateris, octo nimirũ paribus complexi, quorum

- *Primum* par, à quintæ thoracis vertebræ corporis latere principiũ sumit, quod carneum tenueq; & acuti instar anguli visitur, & sursum obliquè conscendens, versus medium magis quartæ motu, & obscurè caput ipsum flectitur. si enim vtriusq; musculi partes simul omnes egerint, recta efficietur ceruicis flexio vertebris scilicet mutuò sese succedentibus: at si alteruter tantùm in se colligatur, in contracti latus ceruix inclinabitur. 8. tab. A. B. 7. tab. C. C.
- *Secundum*, quorum alter in dextro latere est, alter verò in sinistro. Dexter ex superiori exterioriq; primæ thoracis costæ sede, carnosus amplusq; enascitur, ex totius nimirum dextri lateris primæ costæ sede, quæ à vertebris ad eam vsque costæ ossis regionem pertingit, quæ iam in cartilaginem degeneratura est. Musculus ex hac enatus basi, sensim arctatur, & in omnium ceruicis vertebrarum transuersis processibus, interiori ipsorum sedi implantatur, fibras sursum obliquè intrò producens, totusq; triangulatem figuram refert, cuius primum latus primæ thoracis costæ exporrigitur. Secundum autẽ ad ceruicis longitudinem, ipsiusque in transuerso processus insertionem fertur. tertium verò à costæ cartilagineæ ad transuersum primæ ceruicis vertebræ processum. Huius munere ceruix duntaxat in dextrum latus inclinatur, recto quidem ductu. 7. tab. G. 8. tab. C. 14. tab. N.
- *Tertium*, principium in dorso assumit, ex transuersi sextæ thoracis vertebræ processus radice, ad primũ eius vertebræ posterioris processus, seu spinæ exortum. Ab hoc ceruix tantùm in dextrum latus inclinatur. 13. tabul. H.
- *Quartum*, à septimæ thoracis vertebræ spinæ radice, deinceps & à reliquarum succedentium vertebrarũ spinarum quoque radicibus, vbi inuicem vertebræ articulantur, principium sumit, non autem à spinarum lateribus. Horum si vterq; simul contrahatur, rectam ceruicis extensionem conficiunt. Si dexter tantùm egerit, dextrorsum ceruix inclinatur. Si verò sinister tãtùm operabitur, sinistrorsum ceruix conuertetur. 14. tab. 13. O. tab. I.
- *Quintum*, ex posteriori superioriq; ossis ilium cauitatis sede enascitur, quæ eregionè superioris sedis primi sacri ossis transuersi processus habetur, deinde etiam ex tota illa ossis sacri quoque parte exoritur, & sursum ad duodecimam, vltimàmque thoracis costam protenditur & inseritur. Cùm ambo simul agunt, rectam flexionem parant: cùm verò quisque, per se obliquam efficiunt flexionem. 7. tabul. u. 8. tabul. Ξ. 13. tabul. 8. 14. tabul. P.
- *Sextum*, ab infima ossis sacri sede, ad primam vsque thoracis vertebrarum exporrigitur, transuersis omnibus thoracis vertebrarum processibus innixus, quibus singulis ex interna sede tendinem instar ansulæ cuiusdam exporrigit. Horum namque ope, thoracem lumbosque rectà, ac etiã in latera extendi euenit. Nam si ambo à què contrahantur, tota pars, cui inseruntur, in neutrum latus vergens, extenditur. 13. tab. Γ. 12. tab. N. 14. tab. Q R. S.
- *Septimum*, ab illa ossis sacri sede principium obtinet, quæ ab ipsius spina ad cõnexum eius, cum ilium osse pertinet. Hinc ad transuersum quintæ lumborum vertebræ processum ducitur, & illic à transuersis reliquarum vertebrarum processibus initium ducens, ad vndecimæ vsque thoracis vertebræ spinam conscendit, &c. quorum ambobus contractis, tota illa spinæ pars, cui committuntur, appositissimè extenditur. Altero verò tantùm in se collecto, in obliquum hæc dorsi pars contrahitur. 14. tab. T.
- *Octauum*, ab vndecima thoracis vertebra, ad primum vsque ipsius protenduntur, totam spinarum amplitudinem, quæ ab ipsorum radice, ad apicem vsque consistit, amplexantes. Horum functio potissima est, spinas, quibus inseruntur, mutuò colligere, eamque dorsi partẽ cui adnascuntur, cum reliquis musculis extendere. 14. tab. Υ.

*Ff. Musculi* abdominis sunt octo (vtrinque nimirũ quatuor) quorũ

- *Quatuor* obliqui, quorum
  - *Duo* à præcordijs, versus ilium ossa tendunt, quorum initia maximo thoracis musculo elatiori confinia, suis ipsorum terminis, seu digitis quibusdam, in costas, sextam, septimam, & octauam inseruntur: fibris obliquis ad ventris anteriora vergens, tori abdominis regioni ad inguina vtrinque expanditur. 3. tabul. Θ. 4. tabul. o 9. tabul. P.
  - *Duo* hos ad similitudinem Græcæ literæ χ diuidunt, ab ilijs ad costas profecti, qui obliquum fibrarum situm primis contrarium possident. 4. tabul. π. 5. tabul. a. π. tabul. a. b.

  *Horũ* munus est, quod conuenit retinere.
- *Duo* recti, à pectore vsque ad pubis ossa, per totius ventris medium exporrecti: sub obliquorum neruosis tenuitatibus situm, qui à pectoris osse paululum supra mucronatam cartilaginem oriuntur, substantia per totam longitudinem carnosi: rectas fibras supernè deorsum ferentes, itidem habentes: quarum munus est attrahere. 5. tabul. A. 4. tabul. n. 6. tabul. f.
- *Duo* transuersi, in latũ procedunt, rectum cum prædictis efficientes angulum, tum ex tota superiore ilium ossis parte, tum ex lateralibus vertebrarũ quæ in lumbis sunt processibus oriuntur, fibrisq; transuersis contexuntur: quarum munus est alienum expellere. 6. tab. A. 5. tab. y. 12. tab. p.

## VESALIVS LIB. II. CAP. III.

OCTO *abdominis musculi, præter communem omnium musculorum vsum, quo corpori calefaciendo, refrigerandoq; auxiliantur, & propugnacula quædam censentur, primario vsu thoracis motibus præsunt. Deinde homini ad durorum excrementorum expulsionem aptissimè subseruiunt: quando enim omnes simul tensi laborarunt, septo transuerso interim exspiritus retentione depresso, ita intestina simul comprimunt, vt ex angusto loco in ampliorem (qui inferior est) fæces protrudant, expellantq;, & rursus ad ventriculum superiorâue illas differri præcaueant. Cæterùm nostri seculi medicos, qui hos tantùm musculos recensere ita videntur, ac si alij in corpore nulli essent, omnino dilatare existimandum est, qui rectis musculis cibum in ventrem attrahi, transuersis autem expelli, & obliquis retineri contendunt, præsentibus musculis attribuentes, quod verè ventriculi intestinorumq; fibris ascribendum fuerat. Sed hæc absurdiora sunt, quàm quæ in medium adduci debeant, quum aliæ fibræ voluntario motui, aliæ verò naturali, qui à nostra non pendet impetu, famulentur.*

*Gg. Vesicæ* ceruicem ambit musculus vnus transuersis cõpositus fibris: obliquis autem vesica intertexta est præcipuè, ne frequenter sit excernendum. Porrò huius musculi triplex est vsus,

- *Primò*, vt vesicam claudat, licet sine eo claudi possit.
- *Secundò*, vt post emissionem vrinæ contractus vndequaque id quod in meatu continetur, propellat.
- *Tertiò*, vt quum vrina mordax est, ocyus excernatur.

*Vide* N. & in 22. & 23. fig. ventris g.

*Hh. Musculi* ani tres quorum

- *Vnus* solutus, ac sine pari, transuersus, ipsi sedi circumfusus, vt rectum intestinum ad amussim ac fortiter claudat, ne continua intempestiuaq; fiat excretio. Hoc enim musculo relaxato, alui excretio fit, musculis epigastrij validè omni ex parte æqualiter prementibus. Alter (si musculus tamen dici queat) etiam in ano habetur. Nam corpus est superiori extrinsecus ad vltimam oram transuersè incumbens, sedisq; extremũ gignens: cuius substantia est inter cutem & musculum, velut ex vtriusque mistura conflata: cuiusmodi est labiorum pars vltima. Huius quoque vsus idem ferè ac musculi est, præterquàm quòd viribus actionis ac robore à musculo relinquitur. E. & in 8. figur. ventris a.
- *Duo* obliqui, non magni, sed membranosi, latiq;, vtraque sedis parte super rotundũ musculum siti, ex ligamẽto, tum quod ex sacro osse, tum quod ex pube vtrinque oritur, producuntur. Quorum vsus est, vt cùm in magnis cõtentionibus sedem euerti cõtigerit, sursum ipsam denuò retrahere. Quo fit, vt cùm hi musculi aut resoluti, aut alioqui imbecilli fuerint, vix tandem sedem ipsam sursum retrahi cõtingat, quin etiam omnino exporrecta maneat, & manuum subsidio sit opus. B. C. & in 8. fig. ventris *b. c.*

*Ii. Musculi* penis sunt quatuor, quorũ

- *Duo* carnei, illis prorsus similes, qui à pectoris osse ad os *v* referẽs, porriguntur. Ambo enim inuicem proximi sunt, & internis lateribus mutuò committuntur, rectaque sursum in priora ad vrinarij meatus sub corporibus ad superiora reflexum ascendentes eius meatus lateribus inseruntur, & inuicem dirempti, corpora penis nonnihil digitorum modo amplexantur. Vide lib. 2. fol. 325. signum H. L.
- *Duo* vtrinque singuli, ab appẽdice ossis coxendicis paulò inferiùs, quã penis corpora, principiũ ducẽtes, quod carneũ est, & gracile, & obliquè sursum procedentem efficit musculum, qui carnosus semper permanẽs sui lateris corpori non procul ab exortu inseritur. Vide lib. 2. fol. 325. sign. K. L.

*Horũ* officiũ est

- *Pudendi* meatum ampliare ac diducere, vt semen quàm longissimè iaculetur.
- *Penis* radicem voluntario virorum motu trahere. quo fit, vt erectionem etiam adiuuet.

K. k. *Musculi* testium

*Virorum*. Singuli vtrinque in vno quoque existunt testiculo, graciles admodum, ex ea vasorum seminalium & testis tunica efformati, quæ à peritonæo principium ducens, vasa simul cum teste continet. Horum enim beneficio, viri arbitrario motu testes modicè sursum alliciũt, ne plus æquo laxati, ac ad interiora pendẽtes nimio oneri seminariis vasis sint, quem vsum in coitu potissimè præstant. Constat autem musculos hos ex eorũm classe censendos esse, qui nullum sortiuntur musculum, contrarij motus authorem. Vide lib. 5. in 22. ventris fig. Ψ.

*Mulierum*. Singuli vtrinque in vnoquoq; teste cernuntur, illis specie similis, quibus viri testes donantur. Et quamuis plerunq; graciles sint, neq; admodum carnei, crassiúe, ego tamen eos (inquit Vesalius) aliquando in nõnullis mulieribus vteri cornua esse arbitratus sum, Galeni vteri descriptionem elegãter delusus, qui nõ muliebrem, sed vaccinum & caprinum describit vterum, cornua arietum cornibus longè similia obtinentem, secus multò quàm muliebris vterus. Porrò his vteri musculis obscura vteri ad superiora attractio proficitur, quam mulieres tunc facilè percipiunt, quum ilia trahere colligereque conantur. Vide lib. 5. in 24. ventris fig. P.

L. l. *Musculi* brachij sunt 4. obliqui, qui in brachio siti Græcorũ literæ χ similitudine mutuò seintersecãt: quorum

*Duo* in interna regione, vlnã flectentes, quorum

*Maior* ortum habet ab internis partibus loci, qui ad humerum vergit prope axillam, inde per latus ad anteriores brachij partes ossi radij inseritur. Vide lib. 2. 6. tab. Θ. 1. & 9. tab. Q. 2. & 3. tabul. Z. 4. tab. t. 5. tab. 3. 7. tab. R. 10. tab. c. 11. tab. g.

*Minor* explantationem habet ab externis brachij partibus prope humerum: intrò autem illic paulatim conuersus, ossi vlnæ inseritur. 8. tabul. r. 1. tab. S. S. 2. tab. N. 3. & 13. tab. a. a. 4. tab. x. x. 5. tab. θ. 6. tab. r. r. 7. tab. P. 9. tab. R. 10. tab. d. 11. tab. g. 12. tabul. Y.

*Horum* musculorum maiore solo agente manus extrema tangit, internas regiones articuli humeri prope axillam: minore verò externas. Ambobus autem simul agentibus flexio fit cubiti.

*Duo* in regione interna, vlnã extendentes, quorum

*Vnus* supernas explantationes habens, in internis brachij magis ad internas cubiti regiones maxima parte inseritur. 11. tab. f. 1. 9. & 12. tab. V. 2. tab. P. 10. & 13. tab. b. 4. tab. 11. 5. tab. x. 6. tab. s. 7. tab. N. 10. tab. a.

*Alter* in posterioribus & externis brachij partibus supernas explantationes habens ad externas cubiti regiones inseritur. 2. tab. O. 9. tab. S. 10. tab. b. 12. tab. V. 13. tab. c.

M. m. *Musculorũ* cubiti, alij

*Interni*: & sunt septẽ, quorum

*Vnus* minimus, & omnium musculorũ interni cubiti tenuissimus in superficie sub cuti apparet, mediam cubiti & radij regionem internam occupans. Minor quidem aliis, quoniam nullam mouet dearticulationem, nec vllus digitorum motus ei commissus est. Sed paulò ante carpi articulationem enascitur ab eo tendo: dilatari autem incipit ad illam primum, indeque sub tota cuti manus summæ, internæ & digitorum extensus, velut quædam cutis secunda alba & exanguis apparet, hunc vsum præstans, vt eam internam cutim in corporum cõtactu minus versatilem, debilem, & tota cuti reliqua sensibiliorem efficiat ad certam tactilium qualitatum dignotionem. 3. tab. 11.

*Duo* qui digitos flectunt, quorũ

*Maior* minori subiectus, inter cubitum & radium delitescens, ad carpum fertur, ibique in quinque tendones scinditur. Quorum quatuor primo & tertio, quatuor digitorũ articulo inseruntur. Sed primo articulo non sunt coniuncti, nimirum per ligamentum membranosum. Quintus verò per medium volæ tanquam ex circulo delatus, secundo & tertio pollicis articulo inseritur. Præterea huius musculi quatuor tendonibus in vola, alij singuli stricti & longi adhærent, qui ad primi quatuor digitorum articuli flectionem auxiliantur. 3. tab. Θ. n.

*Minor* maiori per medium cubitum insidet, rectà ad carpum excurrens, vbi in quatuor tendones scinditur, tendones angulos æquales efficientes, secundo quatuor digitorum articulo, vt ipsum solùm moueant, inseruntur. Qui quidem tendones paulò antea quàm ad secundum articulum peruenerint, ibi rursus singuli bifariam finduntur, & vtraque parte amplificata circa subiectos tendones, qui primum & tertium articulum flectunt, inuoluuntur, ipsique inde transitum præbent ad tertiam digitorum articulationem. 4. tab. β. 6. tab. ζ. ξ.

*Duo* à lateribus duorum præcedentium adiacentes, carpum flectunt, quorũ

*Alter* ad pollicem prælongæ cuidam apophysi cartilaginosæ, primi in carpo ossis, tendone bifido implantantur: nec totus huic symphysi soli committitur, sed vsque ad metacarpium adducitur, & ibi applicatur, ad principium ossium medio digito & indici prælocatorum. 3. tabul. A.

*Alter* ad paruum digitum octauo ossi carpi cartilaginoso tendonem simplici inseritur. 3. tab. m.

*Hi* cartilaginosis ossibus carpi tendonibus obliquis inseruntur, quod etiam cum externis carpum extendentibus, extremam manum cum carpo ad pronum supinumque circumducitur.

*Duo* lati tendonibus carentes ad pronum agunt, quippe fieri non potuit, vt ex locis tam continuis tẽdones crearentur. Orti enim in cubito ad radium membranosa quadã parte pertinent. 7. tab. V. X.

*Externi*, Vide in sequentibus *.

* *Musculorũ* cubiti externi sunt 9. quorum

- *Vnus*, & is quidem maximus, in superficie sub ipsa cute locatus est, mediamq; maximè totius membri regionem extenam obtinens. Qui in carpo scissus, quatuor tendones tribus quatuor digitorum articulis distribuit, solus hos extensurus. Sed primo & secundo articulo per ligamentum membranosum tantùm coniuncti sunt. 9. tab. Z.
- *Duo* exiles, qui superiori adiacent, quorum
  - *Superior* indicẽ à pollice suis tendonibus abducit.
  - *Inferior* paruo & annulari eiusdem actionis gratia tendones amittit.

  *Horum* digitorum tribus articulis, dextris ad dextra, sinistris ad sinistra, extrinsecus hi tendones immittuntur ad latus. 9. tabul. Θ.
- *Duo* superiori primo incumbentes, pollicis gratia facti sunt; vt eum rectè subuertant: quorum
  - *Vnus* radio superstratus interiora versus tribus pollicis internodiis ad latus inseritur, vt maximum ab indice abducat. 10. tab. l. m. n.
  - *Alter* priori illi adeò cohæret, vt vnum esse iudices. Hic enim ad carpum tendens, in duas diuaricatur partes, &
    - *Altera* extremæ pollicis regioni inseritur, vt illum indici abducat. 10. tab. o.
    - *Altera* carpo insinuatur, eius extensionem ad latera promouens. 1. tab. k.
- *Duo* carpũ extendentes, & interna parte flectẽtes, huiq; vtrobiq;, singuli, quorũ
  - *Alter* ad indicem. 11. tab. Λ. 9. tab. Z.
  - *Alter* ad minimum

  *His* enim extendentibus commemoratisq; flectentibus, manus extrema ad pronum supinumque ducitur.
- *Duo* qui regione hac, quæ ossa secundum longitudinem occupata interiacet, quorum
  - *Alter* internis similis in os radij immittitur.
  - *Alter* à cubiti tuberculo obliquè per exteriora ad caput radij, quod carpũ spectat, inseritur.

  *Hi* ad supinum operantur. 12. tab. Θ. Λ.

*M. m. Musculi* manus extremę sunt 15 quorum alij famulantur

- *Pollici*: & sũt quinq;, quorum
  - *Duo* flectunt pollicis os primum
    - *Vnus*, ex superiori tranuersi brachialis ligamenti sede carneus enascitur, & toti primi pollicis ossis longitudini interna regione attensus, perpetuo carneus illi inseritur. 4. tabul. 16. tabul. π. 3. tab. q. 4. tab. r. 8. tab. Y.
    - *Alter*, qui supradicto prorsus occulitur, longeq; minor ipso est, ex transuerso quoque ligamento & osse brachialis pollicem fulciente enatus. 6. tab. λ. 7. tab. a.
  - *Tres* secundum pollicis os flectentes. 7. tab. & 12. 3. 8. tab. X.
- *Cæteris* quatuor digitis: & sunt octo, (8. tab. δ.) qui rectà secundum postbrachialis longitudinẽ digitos adeunt, omni propemodum ex parte carni, ac postbrachialis ossibus connati. inseruntur autẽ lateribus interiori in sede primorum ossium. Horum
  - *Duo* pari seu minimi sũt digiti, quorum
    - *Vnus* ab exteriori latere superioris partis postbrachailis ossis quod paruo prælocatur, carnoso principio oritur. 4. tab. ζ.
    - *Alter* ex interiori postbrachialis ossis latere ad superius iuxta brachiale extremum originẽ ducit, & inter id os, & sibi proximum ad digitum tẽdens.

    *Horũ* si
    - *Vtrique* agant, primum digiti os in neutrum latus vergens flectitur.
    - *Alter* agat, nimirum
      - *Exterior*, digitus in exteriorem partem nonnihil inclinans flectitur. 1. tab. quæst. 3. tab. r. 4. tabul. π. ζ. 6. tab. μ.
      - *Interior*, ad interiora conniuens digitus flectionẽ experietur
  - *Duo* indicis: quorũ alter inseritur lateri
    - *Interiori*. 8. tab. X.
    - *Exteriori*.
  - *Quatuor* cæterùm digitorum, ad singulos nimirum primos articulos bini. 10. tab. s.

O.o. *Musculi* femoris sunt decem: horum

*Quinque* extendentes femoríque in motu, qui in latus & in circumactu fit famulantes: quorum

*Primus*, sub summa cute consistit, alterius lateris natem præcipuè efformans. Exoritur lato & admodum carnoso principio, ex tota spinæ ossis ilium posteriori parte, quæ versus os sacrum magis eminet, deinde etiam spinę superioris regionis portionem quoque suo exortu apprehendit, &c. Validæ & in neutrã vergentis partem extensionis author est, amplo ipsius principio & lato tendine femur refellens. 9. tab. 11. 2. tab. u. 10. tab. x.

*Secundus*, primo femoris musculo magna ex parte substratus, ab anteriori superioriq; ossis ilium spinæ regione, lato quoque & carneo exortu enascitur, totam ferè ilium ossis spinæ sedem occupans, à qua primus initium non mutuauit. Hic extendit simul & sursum versus exteriora trahendo femur, ipsius caput intrò in coxendicis ossis acetabulum adigit. 10. tab. Σ. 2. tab. y. 4. tab. μ. 5. tab. s. 9. tab. o. 11. tab. ſ.

*Tertius*, tantò minor est secundo, quantò secundus primo. Subiicitur autem penitùs secundo musculo, initium ducens ab externis & demissioribus ossis ilium dorsi sedibus, vbi id coxendicis ossis nomen primum obtinet: atque id initium similiter latum & semicirculare est, & carneum, crassumque. Hic femur quoque modicè sursum trahens, tendit: & femur circumuertit paulò magis in posteriora tendens, quàm sursum trahens. 11. tab. Σ. 6. tab. r. 12. tab. t.

*Quartus*, magna ex parte liuidus, & paulò minus toto teres, non autem dictorum modo amplus existit, neque cæterorum ritu ab ilium osse principium adipiscitur, at à lateribus eius inferiorum ossis sacri vertebrarum, quibus ilium ossa non coarctantur, carneũ crassumque educit caput, non quidam duntaxat ab illorum ossium lateribus enatum, ac nonnihil quoque ita ex illorum interna sede, vt vtriusque lateris musculi sese initiis aliquando in interna ea sede contingant. Hic femur quoque modicè sursum trahens, tendit, & foras circumagit. 11. tab. φ. 12. tab. u.

*Quintus*, aut vnius, aut duorũ aut trium etiam vice, prout cuique visum erit, referri poterit. A' tota appendicis sede ad pubis ossis vsque regionem, qua inferior ossium commissuræ finis habetur, principium ducit, amplus insignisq; & carneus. Huius pars posterior arctis donata fibris, crus firmam stabilit, ac terræ affigit, femur extendens. Anterioris verò partis prior portio introrsum ducit femur, & fibræ huius portionis altiores ita femur ducentes, illud quoque sursum refellunt, flexionisque quodammodo authores euadunt. 12. 13. tabul. Ξ. Σ. Π. 2. tabul. ε. 5. tabul. α. 6. tabul. s. 7. tabul. ζ. 8. tabul. φ. c. 9. tabul. χ. 10. tabul. ρ. 11. tab. λ. μ. ν.

*Tres* femur flectentes, & introrsum versus alterũ crus admouentes: quorũ

*Primus*, qui in numero est sextus, ex vndecimæ & duodecimæ thoracis, & primæ, & secundæ, & tertiæ lumborum vertebrarum lateribus carneo enascitur principio, quod simul atque prodiit, musculum teretem constituit deorsum obliquè versus exteriora descendentem. Huius musculi gratia, vbi pubis ossi expanditur, velut sinus aliquis insculpitur ligamento ex osse nato obductus, vt simul tutò nec errabundus hàc sexti musculi tendo descederet, nec intensus laxatúsue ossis duritie vitiaretur. Hic sursum validè femur attrahit flectitque ad interiora id adigens. 8. tab. Θ. 4. tab. c. 5. tab. χ. 6. tab. ω. 7. tab. t. 13. tab. β. 14. tab. c. 16. tab. K.

*Alter*, qui septimus censetur, ex tota interiori ossis ilium regione tanquam ex semicirculo quoque carnosam originem accipit, & lato hoc eductus principio, paulatim arctior crassiorque redditur, deorsum in priora corporis procedens. Porrò quà hic musculus super coxendicis ossis elatiora deorsum tendit, cauitatem quoque quodammodo & sinum, ne vagabundus feratur, in osse obtinet. Hic femur sursum attollendo flectit, & paulò insignius sexto versus interiora admouet. 8. tab. v. 3. & 13. tab. y. 4. tab. s. 5. tab. φ. 6. tab. o. 7. tab. x. 14. tab. d.

*Tertius* qui in numero est octauus, oscitanter secantibus femur mouentium quinti & maximi totius corporis musculi portio censetur, ex pubis osse carneo amploque initio in homine enatus. Hic modicè sursum femur contrahit, infirmæque flexionis author censetur, verùm adhuc magis septimo introrsum vellit. 8. tab. Σ. 1. tab. m. 3. tab. ſ. 4. tab. v. 5. tab. Ψ. 13. tab. ρ. 7. tab. α.

*Duo* circumagẽtes: quorum

*Vnus*, qui ordine nonus est, liuidus, & vt cæteri huius articuli, carnosus, & transuersim in exteriora protensus, totum pubis ossis foramen exterius contegit. Deinde per exteriorem ceruicis femoris sedem productus, valido satis & vtcunque amplo tendine insertionem molitur, in magni femoris processus sinum, qui femoris ceruicem & caput ossis coxendicis acetabulum subintrans, edirectò respicit. Hic femur in anteriora circumagit, nihilò secus, quam si baculum inter duas manus extensas repositum, in priora ductis manibus circumuerteres. 8. tab. Ψ. 13. tab. a. 4. tab. c.

*Alter*, qui ordine decimus est, internam dicti nuper foraminis sedem occupat, nono longè validior. Huius principium exoritur à tota linea, quę ab interna ilium ossis sede, qua primi ossis sacri ossis transuersо processui committitur, per internam coxendicis ossis & pubis regionem ad pubis vsque ossium commissuræ elatiorem partem protenditur. Hic femur in posteriora circummagit: duabus manibus respondet, quemadmodum & nonus. baculo autem femur non ineptè assimilaueris. 10. tab. 11. tab. ϛ. 12. α. 13. tabul. r. 16. tabul. F. G. H.

*Primus* acuto exortu principium è neruea substantia & modica carne commixtum ducit, ab anteriori ossi i lium spinæ sede, aut ab ilium ossis appendicis anteriori extremo. Hic musculus non procul ab origine totus carneus euadit, & modicè dilatescens, gracilis permanet: eius tamen latitudo ipsius crassitiē ipsi situdinémve duplo superat, & hanc formam ad tendinis vsque productionem retinet, qui ab ilium ossis spina deorsum obliquè versus interiora sensim adeò prorepit, vt internum femoris latus tandem iuxta mediam femoris longitudinē exquisitè occupet: hinc adhuc magis in interiora retrorsum paulatim procedens, è regione interni femoris capitis iuxta genu consistit, ad quod veluti obliquo ductu reflexus, antrorsum descendit, tēdinem in anteriorem tibiæ sedem inferens. Tibiam sursum ad alterius cruris inguina tollit. 3. tab. Σ 1. tab. o. 2. tab. q. 4. tab. 2. 9. tab. α. 16. tab. L.

*Secundus*, amplo & prorsus neruco principio ex pubis osse enascitur. Principium hoc non procul ab origine strictius crassiusque, & carnosum prorsus efficitur, vt eius latitudini crassities vix cedat, & musculus paulò minùs toto teres euadat, qui deorsum per femoris interiora descendens, sensim gracilior tantisper efficitur, vt iam internum femoris caput non procul à genu articulo contingens, vt exactum teretemq; tendinem finiat eadem sede, qua primi musculi tendo tibiæ innatum, sed tanto interiùs seu posteriùs, q uanta primi musculi tendinis est crassicies. Hic tibiam ad internum latus ducit. 1. tab. p. 2. tab. γ. 3. tab. ε. 4. tabul. χ. 5. tab. 6. 9. tab. y. 10. tab. s. 16. tab. Δ.

*Tertius*, cum aliis tribus musculis ex infima coxēdicis ossis sede enascitur. Ab elatiori & posteriori eius appendicis sede nerueum gracileque principium educitur: quod deorsum descendens, aliquantulum sub origine carneum fit, teretem quodammodo constituens musculum, suo principio iam longè crassiorem. Hic deorsum per femoris posteriora prorepit, aliquantulum obliquè tantisper ductus, donec ad posterio rem sedem interni femoris capitis propè genu pertingat. Obliqui motus est author. 2. tab. η. 9. tab. t. 10. tab. Φ. 11. tab. ς. 16. tab. R.

*Quartus*, non æquè latum principium atque tertius ex coxendicis ossis appēdice ducit. Principium hoc sub exortu primùm efficitur carnem, exacti musculi formam multò qnàm tertij crassiorem referens, ac per femoris posteriora sensim deorsum versus exteriora descendens. Quum verò femoris mediam longitudinem superauit, tenuior redditur, & externa sui sede nerueus admodum apparet. In interna autem sede alia pars carnosa hìc ex femore pronata ipsi ita adnascitur, ac si alius hìc oriretur musculus, qui quartum augeret: atque simul ex ambobus vnus efformaretur musculus. Cæterùm siue hunc musculū vnius loco, aut duorum enumeres, nihil interest Tibiam extrorsum simul cum flexione abducit, & quodammodo inuoluit. 10. tab. Ψ. 11. tab. π. ρ. 1. tab. 11. 2. α. 6. tab. χ. ϕ. 12. tab. μ. ν.

*P. p.*
*Musculi* tibiam mouentes sunt nouem quorum

*Quintus*, à coxendicis ossis appendice sub tertij & quarti musculi capitibus, & ante caput quinti femoris mouentis aliud neruosum principium enascitur, quod meritò inter capita ab illo appendice originem ducentia tertium enumerabitur. Hoc similiter neruosum est, & nisi aliquousque sub exortu carnem efficitur, sensim crassescens. Quum hic musculus ad mediam femoris longitudinem descendit, exactè carnosus visitur, deorsum per femoris posteriora delatus, secundum posteriorem interioris femoris capitis sedem reflectitur, & simulatq; elatissimam tibiæ partem contigit, in teretem cessat tendinem, interiori lateri anterioris tibiæ partis insertum, in ea nimirū regione, in quā primum, secundū & tertium tibiam mouentes musculos ipsorū tendines portigere, relatū est. Hic tibię flexioni non segniter opem ferr. 11. 12. Ψ.

*Sextus*, à latere externo primi musculi ad ilium ossis spinam enascitur, intus acutum carneumq; caput obtinens, quod muris lacertæve modo latescens, deorsum ad regionem coxendicis articuli fertur, vbi rursus caput id seu musculus angustior redditur, & priusquam magnum exterioremq; femoris processum perreptet, non ampliùs carneus cō spicitur, adeò vt præsens hic musculus nihil aliud tandem erit, quàm longissima & latissima membrana tendinis naturam referens, cui nunc descripta & carnei exactiq; musculi formam repræsentans pars innascitur. Tibiam extendit. 3. tab. Σ.

*Septimus*, neruea lataq; & ampla origine ab externo femoris ossis latere nascitur, totam radicem magni femoris processus in orbē amplexus. Origo hęc statim ab initio crassa carnosaq; efficitur. & illico à femoris osse abscedens, illi insternitur musculo, quem octauum nominabimus. 5. tab. Λ. 1. tab. r. 2. tab. t. 4. tab. α. 6. tab. φ. 9. tab. r. 10. tab. μ. 11. tab. ι. 12. tab. θ.

*Octauus*, totam ferè femoris ossis amplitudinem succingit: huius principium à femoris ossis ceruice neruea exoritur: sed sensim carne adauctum, à femoris quoq; magni processus radice ipsius portio ita enascitur, ac si eius obliqui ductus gratia, duo principia obtinere non ineptè diceretur: ac vnum quidem femoris ceruici, alterum verò magno illius processui ferendum esset acceptum. Musculus hic obliqua & ampla regione hac enatus, deorsum descēdit, femoris os adeò ambiens, vt duo ipsius latera in posteriori femoris regione paulò minus toto sint contigua. 5. & 6. & 7. tab. 11. 1. tab. t. 1. tab. ι. 3. 9. tabul. ζ. 4. tab. ϕ. 8. tab. l. 10. & 11. tab. 1. τ. 13. tab. κ. 13. tab. δ. η. 16. tab. Q.

*Nonus*, ex ilium ossis turberculo in anteriori ipsius regione super coxendicis ossis acetabulum prominēte. ab hoc tuberculo principium neruеum accutūque assumit, quod deorsum rectè in femoris anteriora descendens lacertæ murisve fomam adipiscitur carnea substantia auctus, & illi sinui incumbens, quem septimus musculus cum octauo efformat. Hic priusquam medium longitudinis femoris descendendo superarit, arctior gracilioriq; sensim efficitur, vt multò supra genu articulum in tendinem finiat vtcunque amplum, sed tenuem: qui rectà patellam accedens, in anteriori ipsius sede denuò dilatatur, tendinibus septimi & octaui musculi permixtus. Ex tribus postremò enarratis musculis, (videlicet ex septimo, octauo & nono) vnus tendo conflatur, cui patellæ corpus vniuersum innascitur. 4. tab. φ. 5. tabul. char. 5. 1. tab. ſ. 3. tab. α. 9. tabul. γ. 16. tab. P.

*Primus*, à radice interni femoris capitis vnico enascitur principio, cuius superior pars carnea lataque est, & dorsum protensa, paulo sub genu articulo cum reliqua initij parte confunditur, quæ exactè neruea liuidaque in exortu erat, & deorsum recta per genu articuli posteriora descendens, valde carneum crassumque efformat musculum, qui priusquam ad medium tibiæ longitudinis pertingat, carnosus esse desinit, & ex suæ inferioris partis amplitudine tendinem latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnosa musculi pars porrigitur. Atque hic musculus in interno latere posterioris tibiæ sedis diuiditur. 12. tabul Φ.1. tab. β.2. tabul. μ.3. tab. ρ. 8. tab. p. 9. tabul. ι. 13. tab. τ. 14. tab. n. 16. tab. a.

*Secundus*, in externo latere consistit, qui similiter ac primus ab externo femoris capite enatus: deorsum fertur, omni ex parte primo musculo similis. Cum verò vtrique hic deorsum tendunt, non procul ab exortu sese inuicem contingunt fibrosis nexibus hærentes: vt iam tendo, quem singuli producunt, vnus omnino sit. qui quidem tendo etsi in caudatis simiis aliter esse videatur, quibus in posteriorem calcis sedem validissimè inseritur: in hominibus verò non multò sub carnosa musculorum sede, subiecto cuidam musculo adnascitur, quem quartum inter hos recensebimus. atque hic connexus adeò est pertinax, vt nulla ratione tendinem hunc ad calcem vsque à subiecto musculo dirimere queas. 12. tab. Ψ. 1. tab. κ. 2. tab. μ. 4. tab. char. 16. 6. tab. char. 9. 9. tab. ζ. 13. tab. τ. 14. tab. o. 16. tab. b.

*Hi* tendinem vnà cum quarto cõstituunt validissimũ: cuius gratia robustissimi pedis motus authores sunt. Nam & facilè sursum in posteriora trahunt, pedẽque terræ firmant, seu in posteriora deorsum reflectunt.

*Tertius*, ab externo femoris capite teres enascitur, carneus gracilisque, qui exinde dilatescens, exacti musculi ventrem vtcunque crassiusculum refert. Verùm mox sub poplite venter iste gracilescens, summè gracilem tenuemque educit tendinem, qui sensim oblique deorsum prorepit, quousque ad internum duorum primorum musculorum tendinis latus elabatur. Hinc enim deorsum ad internum vsque calcis latus fertur, iuxta posteriorem calcis sedem ipsi implantatus. Huius etenim munus est 13. tabul. Φ.1. tab. 1.2. tabul. ρ. 3. tabul. τ. 8. tabul. ſ. 9. tab. μ. 12. tabul. α. 14. tabul. n. 16 tabul. c.

*Duobus* superioribus his in internum latus, obloquo motu supetias ferre.

*Quartus*, horum omnium maximus, posteriorem tibiæ regionem sua amplitudine occupat. Enascitur enim ex posteriori sede coarticulationis fibulæ ad tibiam nerueo & valido initio, quod deorsum modicè ductum adeò dilatescit, vt latitudinem tibiæ ossis & fibulæ vincat. Hinc ex amplo sensim arctatur, & paulò supra calcis regionem in validissimum & crassum degenerat tendinem, non solùm ab ipso formatum, sed etiam à primi & secundi musculi tendinis concursu. 13. tab. Ψ. 1. tab. κ. 2. tab. ζ. 3. tab. s. 8. tab. t. 14. tab. q.

*Hi* eundè præstãt pedis motui vsum, quem primũ & secundũ præstare superius diximus. 15. tab. D. E. c. 1. tab. μ. 2. tab. ρ. 3. tab. φ. 8. tab. χ. 14. tab. κ. 16. tabul. f.

Q. 5. *Musculi* pedem mouentes sunt 9. quorum.

*Quintus*, in posteriori etiam tibiæ sede locatus, sub duobus musculis digitorum pedis flexu famulantibus, occultatur. Ipse enim à tibiæ osse & fibulæ. qua hæc ossa inuicem dehiscere incipiunt, exoritur, carneus latusque euadens. Ex se enim tandem tendinem profert, qui deorsum perreptans, sub omnibus musculis inferiorem pedis sedem occupantibus, tantisper prorepit, dum in inferiorem tarsi ossis sedem validè inseratur.

*Sextus*, in anteriori tibiæ sede locatus, enascitur ab anteriori sede coarticulationis fibulæ cum tibiæ osse. Priusquam verò medium longitudinis tibiæ superat, sensim arctatur, & multò supra pedem in teretem finit tendinem, qui deorsum per tibiæ ossis anteriora prorepens, primò in transuersum ligamentum à tibiæ osse in fibulam pronatum subit, ac deinde tantisper vehitur, quousque ad internum latus pedij ossis pertingat, quod pollici præponitur. 3. tab. Ψ. 1. tab. ζ. 2. tab. φ. 4. tab. char. 4. t. 16. tab. g.

*Septimus*, à fibula principium ducit, eiusque externo ferè lateri attenditur adeò, vt neque inter tibiæ musculos anteriores, neque posteriores recenseri deberet. Eius etenim principium fibulæ connatum ab ipsa abscedit, sibi substratum obtinens, octaui musculi pedem mouentium caput. Cum igitur à fibula abscedit, externa ipsius parte liuidus, interna verò rubicundus visitur. Vbi verò digno natu interuallo medium longitudinis fibulæ superauit, teretem procreat tendinem, qui posteriorem inferioris fibulæ appendicis sedem adit, ac inde deorsum in priora versus pedis plantam ducitur, adeò sanè inflexus, vt in radicem pedij ossis inseratur, quod pollici præiacet: quanquam aliquando in radicem pedij ossis medium digitum suffulcientis insertus tandem videatur. 6. tab. Φ. 1. tab. ζ. 2. tab. χ. 3. tabul. λ. 4. tab. char. 17. 5. tab. char. 8. 8. tabul. *. 9. tabul. ν. 14. tabul. k. 15. tabul. V.

*Contrarij* motus, cũ simul tenduntur, sunt duces. Pedem enim sursum ad tibiæ anteriora flectunt, motu sanè nõ æquè atq; posteriores digno & valido. Si verò alternatim cum posteriorem tibiæ sedem occupantibus musculis contrahuntur, in hoc illúdue latus pedẽ agent, atq; qui ita flexionis extensionisque sunt authores, etiam motus in latera appositissimè obeunt.

*Octauus*, qui sub septimo prorsus (si tendinis ipsius exteriorem sedem excipias) reconditur, ex fibula quoque totus prodit. Aliquantulo enim sub fibulæ superiori appendice ab externo ipsius fibulæ latere versus anteriora nonnihil enascitur, & ad amussim carneus fibulæque semper attensus, sub septimo deorsum prorepit, quousque in teretem tendinem euadat, qui in priora descendens processui ossis pedij, bicornis effectus, duplici insertione implantatur, quod tesseram referenti ossi ad nexum paruum pedis digitum sustinet. 2. tab. Ψ. 4. tab. char. 15. 5. tab. char. 9. 6. tabul. Ψ. 9. tabul. β. 13. tab. r. 14. tab. l. m. 15. tab. a. sub V.

*Nonus*, etsi per se musculus dici queat, non ineptè tamen alterius musculi pars appellari potest. A musculo enim, qui in anteriori tibiæ sede locatus, quatuor pedis digitos extendit, carnosa quædam portio iuxta mediam tibiæ longitudinis ab externo ipsius latere enascitur. Quæ deorsum ducta in tendinem degenerat, qui transuersum anterioris tibiæ sedis ligamentum subit, & superiori pedis regioni exporrectus in duas bipartitur portiunculas, quas ossi pedij paruum digitum suffulcienti inserit. 4. tab. Ω. 1. tab. ε. 2. tab. iuxta α. 5. tab. char. & 9. tab. κ.

*Primus*, ab inferna calcis ossis sede, & anteriori illius calcis tuberculi parte, quod terræ innitur, principium ducit. Quum verò mediam pedis longitudinem ad digitos repens superauit, in quatuor carnosas diuiditur portiunculas, quæ inuicē diductæ, vnicum singulæ producunt tendinem ad sibi præpositum digitum excurrentem. Huius beneficio secundum quatuor digitorum flectimus articulum, cum quàm possimus proximè ad calcem recta linea protrahentes. 14. tab. Θ.

*Secundus*, à posteriori sede connexus fibulæ ad tibiā enascitur, statim ab ortu carnosus latusque versus tibiæ extremū prorepit, ac inde ad infimam sedem tibiæ descendens, ab interno ipsius latere teretē edit tendinem, qui pedis inferiora obliquè subiens, inter illos, qui quatuor digitos pollici adducunt, & eos, qui primum digitorum articulum flectunt, prorepens, ad pollicem contendit. Verum ad plantæ ferè medium in duas deriuatur partes, quarum

- *Minor*, vna cum aliquot tertij musculi tendinibus committitur, & cum illis ad tertij indicis, & quasi ad medij quoque digiti articuli flexionem auxiliatur.
- *Maior*, quæ validissima existit, ad pollicē (vt diximus) obliquè pertertur, & in eius secundi interno dij longitudinem lata insertione implantatur, & eius internodij flexionis est author.

14. tabula v. 15. tabula O.

*Tertius*, pari ratione cum secundo digitorū musculo in posteriori tibię sede exporrigitur, ad internum magis latus, quàm secundus, respiciens. Quum autem ad calcem ferè descendit, ab interno ipsius latere teretem promit tendinem, qui pedis inferiora subiens, secundi musculi tendini ad X. literæ imaginem subiicitur, dilataturq; deinde, & in quatuor alios digeritur tendines, singuli ad vnum quatuor digitorum excurrentes, illisq; manus tendinibus respondentes, qui tertiū quatuor digitorum articulum inflectunt. 14. tab. Ξ. 15. tab. P.

*Quartus*, quintus, sextus, septimus, & cæteri ad decimumtertium vsq; in homine illis ferè respondent, qui in extrema manu inter postbrachialis ossa conduntur. Verùm in pede non ita exactè distingui queunt. Nam rudis indigestaq; moles in quinque digitorum radicem implantatur, vtrinque ad primi internodij latus versus interiora insertionem tentans. Hanc sanè carneam molem in musculos propriùs, quemadmodum in manu, subdiuidere nequeo. Verùm vtcūque sit, non minùs quàm in manu, musculis imaginem, hìc decem musculos, quinque digitorum primis articulis inflexione famulantes enumerare censuimus, vt bini ad singulos digitos referātur, atque hi tribus reliquis flexionis authoribus adscribantur. 15. tabul. L. c.

*Musculi pedis digitos mouentes sūt 22. quorum*

*Decimusquartus*, ab osse tibiæ qua fibulæ sub genu articulo conuertitur, nerueum assumit principium, quod illicò ab exortu recto tramite deorsum versus pedem descendit, tantisperque progreditur dum transuersum ligamentum à tibia in fibulam pronatum contingat. Ibidē enim in tendinem degenerat, qui per id ligamentum veluti per annulum prorepit, ac prius ligamentum prætergreditur: in quatuor alios scinditur tendines, qui per pedis superiora æquales angulos constituentes, ad quatuor digitos pertingunt, ac toti illorū longitudini ampliores redditi inseruntur, & simul tres illorum articulos extendunt. 4. tab. ϒ 1. tab. α. 2. tab. α. 3. tab. ν. 5. tab. Ω.

*Decimusquintus*, ab externo tibiæ ossis latere, vbi membraneum ligamentū tota tibiæ longitudine fibulam tibiæ ossi colligans, ab ipsa educitur. Hinc deorsum protensus, anteriorem tibiæ ossis sedem adit, ac in tendinem finiens, & per pedis superiora ad pollicem prorepens, toti ipsius longitudini inseritur. Cuius beneficio pollex ipse in neutrum latus insigniter vergens extenditur. 5. tab. Φ. 1. tab. Ψ. Θ. 2. tab 3. tab. μ. 4. tab. char. 14. 5. tab. char. 7.

*Decimussextus*, tanquam ampla moles carnea iuxta latus tali, vbi calcis ossi os tesseram referens, coarticulatur, à quibusdam ibi ligamentis enascitur, quę antrorsum obliquè versus digitos porrecta, in quatuor tantū carnosas dirimitur partes, quæ singulæ exse teretem efformant tendinem, quorum

- *Primus*, qui initimus est, pollicis externo lateri versus superiora inseritur.
- *Secundus*, indicis externo lateri inplantur.
- *Tertius* verò medij digiti proprius est.
- *Quartus*, annularis existit.

Horū beneficio quatuor digiti illis donati in externum latus abducuntur.

*Num* verò huiusmodi carneum corpus vnus sit tantùm musculus vel quatuor, cùm quatuor proferat tendines, non vehementer instandum arbitror. Verùm ex Galeni sententia, duo hìc essent musculi, si fimiæ ad hominem recta foret comparatio. 5. tab. Ψ. 6. tab. Ω. 2. tab. ϖ. 5. tab. char. 17. 7. tab. Λ.

*Decimusseptimus*, in interno pedis latere reponitur, insignis vtcunque, & ab externo latere calcis ossis enascitur. Priusquā verò ad primum partui digiti articulum pertingat, in teretem finit tendinem, externo lateri primi illius ossis insertum. 2. tab. Π. 9. tab. λ. 12. tab. s.

*Decimusoctauus*, interno pedis lateri, secundum totam ipsius longitudinem protenditur. A' ligamentis enim calcem talo connectentibus nerueum assumit principium, quo tandem crassius carnosiúsque effectum, in teretem degenerat tendinem, externo lateri prioris pollicis articuli inplantatum. Cuius beneficio pollex ipse introrsum à cæteris digitis abducitur. 1. & 3. tab. ξ. 2. tab. τ. 6. tab. χ. 7. tab. ι. 13. tab. ρ. 14. tab. t.

*In simiis adhuc vnus est musculus, à pedij osse indici præpositio in pollicem pronatus, ac illum indici proximè quàm potest admouens.*

*Decimusnonus*, vigesimus, vigesimus primus & secundus, à ligamentis ossa tarsi posterioribus pedis ossibus in planta colligantibus, tanquàm in vnum corpus enascuntur. Quod postea in 4. graciles diducitur musculos, qui interno quoque lateri quatuor digitorum inseruntur. 14. tab. λ. μ. 15. tab. N.

*Si carneam hanc molem quatuor musculorum loco habueris, omnes pedis digitorum musculi duo erunt & viginti: si verò vnius loco, tantùm erunt decem & nouem.*

De Cute

# De Cute,& cuticula.

XI.
*Cutis* est omnium corporis partium tegumentum, Græcis δέρμα dicitur. Huius differentiæ sumuntur à

- *Substantia.* Est enim cutis veluti sanguine præditus neruus,ac inter neruum carnémq; quiddam planè medium perinde,ac si ex mixtis vtrisq; constitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis est & frigidus.caro multo sanguine prædita calidáque. Media inter vtrumque est cutis,nec planè exanguis vt neruus,nec sanguine abundans vt caro.
- *Connexus.* Nam varié subiectis partibus adhæret. Secus enim adhæret in
  - *Vola* manus & pedis planta.
  - *Fronte.*
  - *Labris.*
  - *Palpebris.*
  - *Auribus,&c.*
- *Neruorum* copia. Neruorum namque fibræ porriguntur
  - *Plurimæ*:vt cuti manum.
  - *Pauciſſimæ*:vt verticis cuti.
- *Mollitie.* Nam
  - *Mollior* est faciei.
  - *Durior* pedum est.
- *Motu.* Nam cutis alia
  - *Verſatilis*:
  - *Immobilis*:vt volæ & plantæ.
- *Pilis.* Alia namque
  - *Piloſa*:vt verticis,axillarum,pudendorum, menti in viris.
  - *Pilis* expers: vt volæ manus & plantæ Pedum, &c.
- *Foraminibus.* Alia namque
  - *Perforata*:vt in palpebris,naſo,auribus,ore,ano,&c.
  - *Contigua*:vt in vola manus.

CVTICVLA *est extima ſuperficies ſeu efflorescentia quædam, Græcis* ἐπιδερμὶς, *quaſi ſumma cuticula dicitur, quæ ſenſus est expers. Hæc ſi aliquando attritu in ſcabie,aut in vulneribus ex vnguentorũ applicatione,aut ignis admotione, aut feruẽtis aquæ infuſione,aut ex longo itinere auferatur, & interdum veſiculæ papulæ inſtar à cute abſcedat, promptiſſimè renaſcitur.*

# De Vnguium conſtructione.

XII.
*Vngues*, ὄνυχες Græcis dicuntur.Horum

- *Generatio.* Excremento tendinum in radices vnguium desinentium generantur, ideò continuè crescunt, quamuis iam totum corpus augeri desierit,etiam mortuo homine. Augentur autẽ tunc,non vt aliq; partes, in longum & latum & profundum:sed pilorum modo in longum solùm subnascentibus aliis semper vnguibus nouis,& antiquos propellentibus,&c.
- *Substantia*,figura & vsus.Sunt autem mediocriter duri,digitorum summitatibus æquales,rotundi vndique: tales facti ad apprehensionem,& collectionem paruorum & durorum corporum.

# De Pilorum conſtructione.

XIII.
*Pili* Græcis τρίχες dicuntur, quorum

- *Generatio.* Ex fuliginoso & crassiore excremento tertiæ concoctionis generantur.
- *Vſus.* Conferunt ad
  - *Partes* operiendas,
  - *Partes* ornandas.
  - *Craſſiora* excrementa consumenda.

# De Instrumentalium capitis partium constructione, in genere & specie.

XIIII. *Partium* similariũ corporis internarum & exteriorum structura hactenus sub oculis posita est: Nunc de organicis seu instrumẽtalibus agendũ, sumpto initio à capite, quod sensuũ omniũ, mentis atq. rationis capax, motionum omnium principiũ, & cæterarum partium, quæ subsunt atq. parent, dux & rector: cuius differentiæ in

- *Genere*: sumuntur à
  - *Causis*
    - *Internis*: videlicet
      - *Materia*. Sic caput cerebri domus est, vndiq; osse, carne, neruóq; contextum, cute desiccat circa os, quam vndiq; calor naturalis pupugit & vias aperuit, vnde viscosum humorem extrà productum, & in longum paulatim extensum punctionibus æqualem reddens, in tenuitatem capillamenti explicauit, ac sub cute reuolutus humor radices egit. His igitur causis capilli in cute nati sunt, qui propter coagulationem à frigido statim factam duriores cute atque densiores sunt. Tegmen verò ipsum ad cerebri tutelam compositum est, caluariáque ipsa cerebrum circumsepit, &c.
      - *Forma*. Sic capitis forma
        - *Naturalis*, ad oblongæ sphæræ similitudinem structa est, priorẽ posterioremq. sui partem prominentiorẽ obtinẽs,
        - *Præter* naturam acuminata est, &c.
    - *Externis*, fine scilicet seu vsu
      - *Sic* caput, mediante cerebro sensum & motũ in totum corpus fundit, &c.
  - *Accidentibus*: videlicet
    - *Quantitate*. Sic caput
      - *Magnum*, cum ceruice
        - *Valida*, bonum.
        - *Gracile*, non bonum.
      - *Parum*, quod omni ex parte repudiatur.
      - *Mediocre*, cuius magnitudo collo proportione æquatur.
    - *Loco*. Sic caput superiorem obtinet situm: quo mundi vniuersi habitum referret, vbi mens illa diuina habetur. At reliqua animalia grauiora, caput in terram depressum habent, &c.
- *Specie*, sunt vel partiũ
  - *Externarum*: ex quarum numero sunt
    - *Frons*, quæ est anterior pars, pilis vacua, supercilia excedens.
    - *Sinciput* suprà fronte, capilis intectum.
    - *Occiput*, posteriorem capitis partis partem occupat, ad tendines vsque.
    - *Vertex*, inter occiput & sinciput medius est.
    - *Tempora*, inter vtrumlibet oculum & aures posita sunt.
    - *Ceruix*, caput excipit, cuius posteriores partes tendines appellantur.
    - *Supercilia*, sunt vbi frons à superioribus descendens, desinit.
    - *Aures*, vbi tempora cessãt, emergũt: quarũ partes sunt
      - *Ala*, quæ est pars earum aperta, refracta ab anteriori in posterius ipsis summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, Græcè Xyster appellatur.
      - *Conchula*, cauum est ipsius auris.
      - *Meatus* auditorius, foramen est in conchulæ medio.
    - *Oculi*, supercilijs subiacent, quorum partes sunt
      - *Album*, inter ambos angulos contentum.
      - *Circulus*, iris vocatur, pupillam ambiens.
      - *Pupilla*, circuli medium visum ministrans.
    - *Palpebræ*, quæ superius inferiusq. oculum contegũt. Harum partes sunt
      - *Tarsi*, qui palpebrarum sunt extremitates, à quibus pili oriuntur.
      - *Cilia*, pili dicuntur, à tarsis emergentes.
      - *Anguli* interioris oculi termini dicuntur, vbi palpebræ coalescunt, quorum
        - *Alter*, scilicet maior, iuxta nasum situs est.
        - *Alter*, scilicet minor, iuxta tempora existit.
    - *Nasus*, oculis interiacet, cuius partes sunt
      - *Nares*, vtrinque sitæ, quibus animalia respirant.
      - *Pinnulæ*, siue alæ, exterius apparentes.
      - *Interseptum*, quod nares discriminat.
    - *Concaua*, dicuntur partes inter nasum & malas sitæ.
    - *Malæ*, quæ priscis etiam genæ dicuntur, inter nasum & aures eminent.
    - *Mentum*, totum illud est, quod labro inferiori subiacet.
    - Μύαξ Græcè, pars illa vocatur, quæ superiori labro statim sub naso existit.
    - *Os*, quod intra labra describitur, & ab eis constituitur & continetur.
  - *Interiorum*. Vide in sequentibus signum A.

A. *Partium* capitis interiorū differentiæ sunt aut

- *Principū*, vt cerebrū, quod Græci à sinu ἐγκέφαλον appellant, animæ rationatricis domiciliū est, neruorū & sensus omnis, motúsque voluntarij principiū. Natura huius medullosa, alba & mollis est, in gyros quasi circūuoluta, tenuium intestinorū instar, tum leuitatis gratia, tū vt facilius moueatur: caluariam totam implet vndiq., vt nulla eius pars sit vacua. Hócq. diuiditur vel ratione
  - *Totius*: & sic diuiditur in cerebrū
    - *Anterius* (lib. 7. 3. fig. A. A. & B. B. atq; hoc vel in partem
      - *Dextram*, Vide lib. 7. 3. fig. A. A. 12. fig. A. A. & 13. fig. A. A.
      - *Sinistram*. 3. fig. & 12. fig. & 13. fig. BB.
    - *Posterius*, Cerebellum, Græcis παρεγκεφαλὶς appellatur, cerebro à tergo adiacet, aliquatenus eo occultatum, duplici quoq. membrana vestitam, dura & molli, sub stantia duriore, quàm cerebrum, non ex anfractibus flexuosis & magnis, tenui membrana inuolutis, sed multis quidem, iisque admodum paruis & æqualibus, non tamen simili illis modo constat. fig. 8. R. R.
  - *Partium* eiusdē: quę vel
    - *Extrinsecæ*: atq. hæ vel
      - *Extra* caluariam. Περικρανία, membrana est caluariam contegens.
      - *Intra* caluariam, nempe membrana
        - *Crassa*, vulgò dura mater appellatur, quæ contra caluariæ excursus propugnaculum cerebri magis, quàm velamen existit. fig. 1. A. A. B. B. 3 fig. P. P.
        - *Tenuis*, quæ pia dicitur mater, & introrsus versus cerebrum spectat. hæc magis quā exterior sentit. 2. fig. E. E. 3. fi. O. O.
    - *Intrinsecæ*: sunt
      - *Corpus* callosum in medio cerebri visitur, si cerebri dextrū sinistrúmq. & basis cerebri medium in humiliori ipsius sede, & elatissimam cerebri in vertice regionē spectes. In conspectū autem veniet secantibus, leuiter dextra cerebri parte à sinistra manibus direpta. Huius interuentu dextra cerebri pars sinistræ cōtinuatur, deinde dextri & sinistri cerebri ventriculorū septum producit, atque id etiā subleuat, ac demum eius septi interuentu attollit fulcitque testudinis instar effigiatum corpus, &c. 3. fig. L. L.
      - *Vētriculi*. 4. quorum
        - *Tres* habentur in cerebro: nēpe
          - *Dexter* (4. 5. fig. L. L. 6. fig. D. D.) & Sinister (4. & 5. fig. M. M. & 6. fig. E. E.) inter quos septū quoddā existit, dextrum ventriculū à sinistro disterminans. In spirationem & expirationem, efflationémq. ex cerebro efficiunt, ac spiritum animalem conficiunt, præparántq. cerebro. Infernis suis partibus duos canales ad nares mittunt, inspirationis, olfactus, & superfluorum cerebri purgandorū gratia. Súntque hi imaginationi dicati.
          - *Medius* siue communis, siue tertius, qui nihil aliud est quàm dextri & sinistri ventriculorū descensus concursúsque. Hic spiritum ex anterioribus ventriculis excipiens, cerebello transmittit, & cogitationi dicatus. 6. fig. sub H. I. 7. & 8. fig. H.
        - *Vnus* in cerebello habetur, ex dorsalis medullæ & cerebelli finib. cōponitur, spiritum animalē antè in ventriculis anteriorib. elaboratum transumens. Is autē ventriculus omnium minimus est, & memoriæ dicatus. 9. fig. L. 10. fig. L. M. N. O. 11. fig. E.
      - *Fornix*, Græcis καμάρειον καὶ φαλλοειδὲς, particula est in fornicis modum conflata, incumbens ventriculo. 4. fig. L. M. 5. fig. S. T. V. 6. fig. B. C.
      - *Cornarium*: particula est glandulosa, pini nucem refert, formici iuxta ortū incumbit: firmamentum vasorum exhibet. 7. fig. L. 8. fig. M. 10. fig. D.
      - *Nates* & testes, Græcis γλῆνα, sunt corpora rotunda, in vtraque parte illius medij ventriculi, testiculorum figurā referentes. 7. fig. M. N. 8. fig. N. O. P. Q. 10. fig. E. G. & F. H.
      - *Vermiformis*, cerebri meatui superiacet, circumscriptionē obtinet figura vermi in lignis nascenti similem, totum meatum contegit. Crassa est & implicata, vermis modo, cum meatum vt spiritus ingrediatur, ad cerebellum aperit: gracilis & expliçata cū spiritu intromisso eumdem claudit. 11. fig. C. D. & c. d. ac deinde ex H. I. & 8. fig. R. L. & 9. fig. C. E.
      - *Meatus* cerebrum expurgantes. 7. & 8. fig. I. & 8. fig. K.
      - *Infundibulum*, labrum siue peluis, Græcis χοάνη, quod suprà amplum, infrà in angustum desinit. 15. fig. E. F. 16. fig. B.
      - *Glandula*, locatur sub dura cerebri membrana, in proptio ipsi in osse cuneū imitante exculpto sinu. Excrementa transcolat, & ne statim ex choana excidant, per palati foramina, inhibet 18. fig. A.
      - *Plexus*, quos Græci χοροειδεῖς vocant, in anterioribus cerebri ventriculis apparent, secundarum modo efformati. 4. & 5. fig. ad O. O. 6. fig. ad M. N.
- *Minùs* principū: ex quorum numero sunt
  - *Oculi*, qui constant
    - *Nervis*, de quibus suprà in tab. neruorum cerebri.
    - *Tunicis*, de his suprà in tab. mem. capitis.
    - *Humoribus* qui sunt
      - *Vitreus*, qui inter retinam tunicam & humorem crystallinum residet, Græcis ὑαλοειδὴς, fig. oculi. 1. C. 4. 5. 6. fig.
      - *Crystallinus*, inter vitreum & araneam tunicam locum habet, à quo videndi facultas est. κρυσταλλοειδὲς. 1. fig. A. 2. & 1. fig.
      - *Albugineus*, inter secundinæ & retinæ partem in totū spacium, quod araneam ab vuea dissecat, diffunditur, ὑδατοειδὲς Græcis dicitur. 1. fig. O. O. 7. fig.
  - *Os*, cùius partes sunt
    - *Lingua*, locutionis instrumentum est.
    - *Palatum*, totius oris tectum, & Græcis ἔφαρος dicitur.
    - *Gingiua*, quæ dentibus basim conficiunt, superius, inferiúsq. in ore habentur.

# De Instrumentalium thoracis partium constructione, in genere & specie.

XV. *Thorax* totũ id dicitur, quod à costis vtrinque circũscribitur, cuius differentiæ in

- *Genere*: sumuntur à
  - *Causis*:
    - *Internis*: videlicet
      - *Materia*. Sic thorax corpus est compositum ex dextris sinistrisque costis: in priora autem duobus ex ossibus constans, quorum vnum στῆθος, alterum στέρνον Græci vocant. à tergo duodecim spinæ vertebris, quæ vnà cũ pectore desinunt: inter se autem vertebræ vtrinq. costarum compagibus. Sternon quidem, os supra mammas vocant: quod infra est, stethos. Superius quidem iugulis & collo terminatur, ab inferioribus transuerso septo.
      - *Forma*. Sic thorax cauitatem habet intus, ac quidem in parte
        - *Superiori*, angustiorem ac velut in acutum desinentem.
        - *Inferiori*, latiorem, &c.
    - *Externis*: videlicet fine, seu vsu. Sic Thorax
      - *Vitales* partes in se continet.
      - *Spiritus* est instrumentum.
      - *Cordis* calorem refrigerat.
      - *Aeream* substantiam, quæ continuò diffluit, restituit.
      - *Calorem* innatum recreat.
      - *Fuliginosa* excrementa propellit. &c.
  - *Accidentibus*: videlicet
    - *Quantitate*. Sic thorax
      - *Latus*.
      - *Angustus*, &c.
    - *Loco*. Sic thorax inter caput & ventrem positus est.
- *Specie*: sunt vel partiũ
  - *Exteriorum*: ex quorum numero sunt
    - *Humeri*, sub ceruice vtrinque prominent, quorum verticem ἀκρώμιον Græci nominant, quasi summum humerum.
    - *Clauiculæ*, quæ à summis humeris vergunt.
    - *Iuguli*, inter clauiculas habentur.
    - *Mammæ*, sitæ sunt in media thoracis regione, substantia glandulosæ, venis & arteriis intertextæ: alimentum fœtui subministrant. Vide in 20. fig. ventris. C.D.D.
    - *Costæ*, sub clauiculis & brachiis vtrinque sunt, de quibus suprà in partib. similaribus egimus.
    - *Latus*, vtraque costarum regio dicitur.
    - *Pectus*, in medio costarum locum habet.
    - Στέρνον Græcis dicitur dimidij ossis pectoris pars, vsque ad cartilaginem, sub qua ventriculi os delitescit.
  - *Interiorum*
    - *Principum*: vt Cor. Hoc in pectore medio sedem sibi asciscit, in quo vitalis facultas continetur, Græcis καρδία (li. 6.3. fig. C.D.E.F. G.) Cor pyramidalis figuræ visitur, & nuci pineæ non admodũ est absimile: ex basi. 4 fig. C.D.6. fig. A.B.) nimirum latiori (in 4. fig. E.6. fig. C.) mucronem paulò quàm nucis pineæ acutiorem sensim desinens: estque multò longius quàm crassius. Tota exterior superficies à basi ad mucronis vsque extremum impensè leuis cernitur, nulli prorsus parti connata. Basis propter vasorum egressus inæqualis vtcunque visitur. dextræ enim ipsius sedi (4. fig. I.5. fig. B. dextra auricula simul cum (4. fig. F. 5. fig. C.) vena caua, & (4. fig. G. 6. fig. I.) arteriali vena committitur, in sinistra autẽ sede (6. fig. E. læuam habet auriculam, & præter (6. fig. G.) arteriam venalem (6. fig. O.) magnæ quoque arteriæ initium. Cæterùm cordis caro dura est, & ægrè patibilis (7. fig. O.O.) ex triplici fibrarum (7. fig. N. N.) genere. In corde duo habentur ventriculi, quorum
      - *Dexter* (7. & 8. fig. & G.G. in 11. fig.) qui sanguineus appellatur, in quem vena caua (5. fig. C.D.E.) ingreditur, & vena arteriosa (7. fig. I.) egreditur, quæ in pulmonẽ dispergitur, sanguinem elaboratũ conferens.
      - *Sinister* (9. & 10. fig. & H.H. in 11. figur.) qui caloris natiui fons est, & spirituosus appellatur, arteria venosa (6. fig. G.) quæ ex pulmone aerem cordi defert, fuliginosaque ipsius recrementa educit, inseritur. Inde prodit magna arteria (6. fig. O. 10. fig. A.) omnium aliarum origo.

CÆTERVM *iam dictis quatuor cordis orificijs vndecim membranulæ adnascuntur, tres in orificio venæ cauæ (7. fig. K.L. M.) foris intro pertinentes. crassitie, robore ac magnitudine insignes: tres in orificio venæ arteriosæ (fig. 8. E.F. G.) intus foras spectantes. tres in orificio magnæ arteriæ (fig. 10. B.C. D.) intus foras etiam spectantes: duæ in orificio arteriæ venosæ (9. fig. E.F.) foris intra pertinentes.*

PORRO *cor vtraque ad basim ipsius parte auriculas habet singulas, ad aurium propriè dictarum similitudinem. Circa dextram (4. fig. I, 5 fig. B.) auriculam venæ cauæ ramus insignis, in dextrum cordis sinum insinuatur, inde in pulmonem dispergitur, sanguinem elaboratum conferens. Circa sinistram (6. fig. F. 4. fig. K. 9. I. 10. fig. L.) auriculam. arteria venosa ex pulmone aerem cordi defert.*

*Minus* principum. Vide in sequentibus signum A.

A. *Partes* thoracis interiores minùs principes, sunt

*Capsula* cordis, seu inuolucrum cordis, Græcè περικάρδιον (3. fig. B, C, D, E, F, G, e. 4. fig. A, B, B.) ex basi ipsius cordis amplum valdè exoriens, pòst autem paulatim coarctans sese, modo quo cor ipsum in quandam coni acutiem desinit, ossi pectoris adnexum. Distat ab ipso corde vndiq. plurimùm, tantum intus inter seipsum & cor spacij circumscribens, quantum cordi dilatato suscipiendo satis erat. Cùm autem contacturum esset ossa thoracis, quæ dura sunt, & pulmonem, viscus omnium mollissimum, vt positionem inter illa duo contraria, ita corporis etiam substantiam inter duo extrema mediam adeptũ est: tanto enim osse est mollius, quanto pulmone durius. In hoc pericardio humor serosus colligitur, aliquando tam multus, vt cordis palpitationem excitet.

*Pulmo*, Græcis πνεύμων dicitur, vocis & respirationis instrumentũ, inter fauces & cor medius quasi spiritus promptuarium statuitur, fibris quatuor (13. fig. B, C. D, E.) vel quibusdam quinq. cordi circumdatus est, tribus in dextra ipsius parte, duabus in sinistra: quarum formam clariùs deprehendes, si specillum illis inseras, ac per asperam arteriam inflaueris. Caro ipsius lenis, rara, carnosa, & veluti ex spuma quadam sanguinea concreta, aeria, spiritúq; plena, quæ vt cor ipsi alimentum subtile, leue, vaporosum purúmq; præparet: ita aerem extrinsecus assumptum cordi immutat, alterátq;, vasis complurib. retis modo intertexta: vena arteriosa ex dextro cordis sinu, arteria venosa ex sinistro, aspera ex pharynge. quæ primùm omnia simili modo in duos diuaricantur ramos: quorum hic dextram pulmonis, ille sinistram perreptat. Deinde vterq; rursus bifariã scinditur, partim in superiorem, partim in inferiorem regionem. Postremò multiplices in quatuor fibras mittit propagines. Cæterùm pulmo aerem attrahit dum à thorace dilatatur. Quum submittitur, aeris superfluũ & recrementa cordis propellit. Porrò fibras omnes ambit extrinsecus mẽbrana quædam tenuis. Vide lib. 6. 1. fig. R, S, T, V: 2. fig. N, O, P, Q 3. fig. L, M, O, 4 fig. M, O, N, P, 5. fig. *i*, k. *l*, *m*. 12. fig. E, F, G, H. 13 fig. B, C, D, E.

*Aspera* arteria, vas est inane ac vacuum sanguine, quando secundum naturam se habet animal, cartilaginosum, rotũdum, vocis ac respirationis est particula. Vide fig. Asperæ arteriæ.

*Oesophagus*, sub aspera arteria deorsum recta per spinam defertur, rotundus, duabus tunicis constans, communis via, quæ ab ore fert ad ventriculum. 12. fig. A, A. Vide in 14. & 15. Ventris A, B, B.

# De Instrumentalium ventris partium constructione in genere, & specie.

XVI. *Venter* nutritionis instrumẽta in se cõtinet: cuius differentiæ in

*Genere*: mũtur à

- *Causis*
  - *Externis*: vi delicet fine seu vsu. Sic venter
    - *Naturæ* officina est.
    - *Cibi* & potus, *Generationis* } *Est* instrumentum.
    - *Reliquis* corporis partibus ancillatur.
    - *Reliqua* omnia animalis membra nutrit, &c.
  - *Accidentibus*, nempe
    - *Quantitate*. Sic venter à diaphragmate vsque ad os pubis desinit.
    - *Loco*. Sic venter in ima corporis parte locatus est, &c.

*Specie*: sũt vel partiũ

- *Externa* rũ atq. vel
  - *Supra* vmbili cum: vt
    - *Hypochondria*, seu præcordia, sunt partes laterales vtrinq. nothis costis subiectæ, hepati & lieni superiacentes. Sunt autem duo, dextrum & sinistrum.
    - *Epigastrion* (Latinis Abdomen, Arabibus Mirach dicitur) id est locus supra ventrem, quasi venter superficialis, medium spacium inter hypochondria.
  - *Sub* vmbilico: vt
    - *Ilia*, sunt partes laterales & inanes inter extremam thoracis costam & os ilium.
    - *Sumen* & imus venter, medium inter ilia ad pubem spaciũ, Græcis vocatur ἧτρον & ὑπογάστριον.
    - *Pubes* & pecten, Græcis ἰσχίαδον, quod & aqualiculus, Græcis ἰσχίον dicitur, finis ventris est.
    - *Inguina*, Græcis βουβῶνες dicuntur, sunt pubis ima latera.
    - *Pudẽda*
      - *Virilia*
        - *Coles*, penis, seu mẽtula, seu virga, ex ossib. pubis enascitur: cuius partes
          - *Glans*, quæ eius est summitas, foramen habens ad excretionẽ. 20. fig. χ. & 23. φ. Vide in tab. de musculis penis D.
          - *Præputium*, cutis est, quæ glandem contegit.
          - *Sutura*, inferior pars in longum protensa.
          - *Taurus*, ea pars est, quæ ad sedem producitur.
        - *Testes*, membro genitali subiacent.
        - *Scrotum*, sinus est, qui testes continet, quod ὄσχεον Græcis dicitur.
        - *Anulus*, siue fibula, quo fæces eiicimus.
      - *Muliebria*
        - *Sinus*, ea pudẽdi pars est, quę pilis decoratur, Græc. κλεῖς. 25. fig. ε.
        - *Alæ*, quæ sinum ambiunt.
        - *Colliculus*, Græcis νυμφή, caruncula est inter alas, ad fixuram exorta. Hanc Aegyptij in virginibus excidebant.
- *Internarum*. Vide in sequentibus signum A.

A. *Partium* internarum, ventris differẽtię sunt vel

*Minùs principum*: vt

*Principum*, nempe Iecur, quod Græcis ἧπαρ dicitur, facultatis concupiscibilis, omniúmq; venarum principiũ, & prima sanguificationis officina, quibusdam fibris tanquam digitis ventriculum ad vnguem complectitur. Maxima huius portio in omnium animantiũ genere dextram sedem occupat: quanquam & sinistram, sed non æquè in omnibus. In cunctis tamen reptibilibus, & quibus id maximum est, magnam sinistræ partem comprehendit. In omnibus per quàm magnum est: maius timidis & gulosis. Substantia sanguini euaporato incrassatóque simile est. Cæterùm gibbum est & læue. quà gibbum, septum transuersum attingit: cauũ verò & inæquale, quà ventriculo insidet. Tunicam habet tenuissimam à peritonæo, in quam neruus minimus à sexta cerebri coniugatione inseritur. Ex huius substantia duæ magnæ oriuntur venæ, è quibus in omnes per totum corpus venas sanguis dispensatur: altera in caua parte est, altera in gibba, &c. Vide lib. 5.2. fig. H. H. 6. fig. D. D. 12. fig. *K*. N. N. I. 18. fig. A. A. B. B. 20. fig. B. B. E. 22. fig. *b. b.* 25. fig. L.

- *Peritonæum.*
- *Omentum.*
- *Meseterium.*

} *De* quibus suprà inter partes similares in tab. de membranis.

*Intestina* sub ventriculo residẽt, quorum alia

- *Tenuia* (10. fig. E. E. E. & sunt tria, quorum
  - *Primum* ventriculo coniunctum, Græcis ἰκθυες dicitur, duodenum à 12. digitorum longitudine. 7. fig. ab I. ad *K*. 12. fig. S.
  - *Secundum* ieiunum, quòd semper sit inane. 7. fig. L.
  - *Tertium*, tenue, Græcis Ileon. 8. fig. M.
- *Crassa*: & sunt tria, quorum
  - *Vnum* cæcum. quod est velut venter quidam crassius, excrementis recipiendis idoneus, in dextris ilibus locum habet. 8. fig. O. & 10. fig. F.
  - *Alterum* colum, aliis carnosius, à dextra ilium regione ad sinistram super ventriculi fundum fertur. 8. fig. N. P. Q. R. S. T. 6. & 8. fig. V. V. X. X. & 10. fig. G. G. G. & 24. fig. *K*.
  - *Tertium*, quod ordine sextum est, spinæ è directo incumbens, spacioſum, excrementi receptaculum ad sedem vsque porrectum est. 6. & 8. fig. Y. & 14. fig. H. & 15. fig. *m*.

*Ventriculus* cibi receptaculum est: maxima eius portio dextram animalis partẽ occupat: rotundus, oblongus: suprà stomacho (14. & 15. figur. G. G.) committitur. Fundo (14. & 15. fig. H H) ampliori quàm ostij regio est. In posteriore parte ad spinam cauus. Duabus tunicis constat: interna membranosior, externa carnosior. Interna fibras rectas quàmplurimas habet, obliquas verò paucas, quibus cibum attrahit & retinet. Externa fibras transuersas habet, quibus tanquã manibus propellit. Venas è mesareo paucas habet ad inferiora ventriculi, pauciores ad eius orificium. Arterias item exiles habet magnæ illius per spinam reptantis soboles, vitalis roboris gratia. Neruorũ par à sexta coniugatione. 2. fig. P. P. 6. fig. F. F. 12. fig. P. Q. 14. fig. L. L. 15. fig. M. N.

*Fel*, seu folliculus fellis, seu vesica fellis, quam κύστιν χολήδοχον vocant, sacculus est, concauo hepatis annexus, hæc prælongo collo bilem solam ex (13. fig. *a*.) iecore attrahit recipítque, altero meatu emittit in (13. fig. c.) ecphisim intestinorum. Vnicam habet tunicam propriam, tribus villorum generibus textam, rectis trahentibus, obliquis retinentibus, transuersis expellentibus. habet & arteriam & neruum, paruum vtrumq., ac vix conspicuum: venam verò perspicuam. 13. fig. V. X. X.

*Lien* Græcis Σπλὴν dicitur, in sinistra animantis parte consistit, concauo ipsius in dextram conuerso ad iecur & ventriculum inferius. Magnitudo & color non est idem in omnibus, rarũ & laxũ est spongiæ modo, vt faciliùs limosos ac crassos ac melancholicos humores ex iecore tum alliciat, tum suscipiat. læuius est quàm iecur, non tamen rubicundius, quia atro sed subtili sanguine nutritur. Sima pars arteriarum multarũ & magnarum tum venarum implantationes continet. Tunica, quæ ipsum ambit, à peritonæo ducta est, neruum à sexta coniugatione recipit exilem. 19. fig. A. B. B. C. C. D. E. F. & 20. figur. O. O.

*Renes*, Græcis νεφροὶ dicuntur, siti sunt prope cauam venam, paululum sub iecinore. Dexter in omnibus animantibus eminet elatior, nonnunquam iecoris fibram attingens. Sinister prope dextrũ, aut etiam sublimior inuenitur. Carne constant densa, solidáq., facultatibus prædita, quibus aquosam humiditatem primùm ad se alliciant, deinde alienum à familiari separent: postea per vreterem id ad vesicam expellant. Sinus in vtróq. existit, corpore quodam membraneo circumdatur, quo vrina distillat in alterum sinum minorem, quem excipit meatus oblongus, οὐρητὴρ dictus. Hi meatus, per quos renes in vesicam vrinam expellunt, ab vrina οὐρητῆρες (20. fig. *c. d.* & 22. & 23. fig. *q. q*) dicuntur, ex renibus singuli, albicantes validi, substantia vesicæ, in quam vtrinq; obliquè inseruntur. 21. fig. *α. β. γ. δ. ε. ζ. ι. θ. κ.*, & 20. fig. T. V. 22. fig. *o. p.* 23. fig. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

*Vesica*, Græcis κύστις, vrinæ receptaculum, duabus tunicis constat, quarum exterior à peritonæo oritur, interna plus quàm duplo crassior, cui omnis fibrarum species ineſt, quarum varietas efficit, & maximè obliquarum, ne continua intempestiuaúe excretio fiat. Collum vesicæ in fœminis latum & exiguum est, in masculis magnum. Cæterùm angustus vesicæ meatus ineſt. Cæterùm ambit musculus transuersis compositus fibris. Habet hæc vasa sex ad collum infixa, vtrinque videlicet tria, neruum, venam, & arteriam. 2. fig. N. 3. fig. N. & 6. fig. g. 10. fig. l. 20. fig. *p*. & 22. fig. 1. & 23. fig. 1. 24. fig. T. & 25. fig. *c*.

*Organa* generationi subseruientia. Vide in sequentibus signum B.

B. *Organa generationi subseruientia, vel*

*Masculorũ sunt*

*Spermatica* seu seminalia vasa, semen præparantia: nimirum

*Venæ* duæ, per ilia deorsum in testes sanguinem deferentes, quarum
- *Dextra*, ab ipsius cauæ medio originem accipit. 20. fig. *f.* & 22. fig. *t. u. y. d.* & 13. fig. *t. N. O.*
- *Sinistra* ex ea, quæ ad renes fertur, procedit. 20. fig. *e.* & 22. & 23. fig. *χ.*

*Arteriæ* duæ, à magna arteria, quæ spinæ incumbit, ortæ, quarum
- *Dextra*. 20. fig. *h.* & 22. fig. *a.*
- *Sinistra* 20. fig. *i.* & 22. fig. *a.*

*Hæ* venæ atq. arteriæ ad vtrumq testiculum non recto itinere, sed multifariam priꝰ inuoluta, capreoli modo procedũt

*Epididymis*, est superior pars seu caput testiculi, inter vas spermaticum & testiculum, non situ modò, sed etiam totius substantiæ genere media. Huic epididymi arteria & vena anfractuosis circumuolutionibus adhæresunt, ac exiguam quandam ex se propaginem ei transmittunt, prius quàm testiculum ingrediantur, in quem complures fistulæ ex illa serosi humoris plenæ pertinent, 22. & 23. fig. *n.* & 23. fig. *E.*

*Testiculi* ex ilium regionibus, singulis vtrobiq; musculis dependent, molli carne præditi in musculis, rotundi, oblongi cauernosiq;. Trahunt testiculi serosum humorem, quem vasorum anfractus ipsis præparant, deinde paulo pòst superfluum seminariis meatibus reponunt. hi inter coeundum cum spiritu vitali illud excernunt, qui ex arteriis cum seminali humiditate euacuatur. Vtrumq; testem operiunt duæ membranæ (de quibus suprà in tabulis de membranis.) 22. fig. *ξ.* & 23. fig. *A. B.*

*Varicosum* parastes, est meatus spermaticus longissimus, vtrinq; vnus, qui ex epididymide genituram transumẽs, ad pudendi originem affert, vnde vulgò etiam vasa deferentia siue eiaculatoria appellantur. 20. figur. *q. q.* & 22. fig. *n, s, x,* &c. & 23. fig. *E. F. G. H. I.*

*Glandulosus* prostrates, vtraq; parte colli vesicæ est locatus, in quibus humor quidam spermati similis, qui in coitu repentè, ac simul vnà cum semine elabitur. Vtilitates eius sunt, tum quòd ad venerem excitet, tum quòd in coitu delectet, deniq; quòd erassus is ac viscosus meatum vrinarium humectet & inungat aduersus vrinæ rosionem, & ne exsiccatus consideat, prohibeatq. quo minus per se lotium ac semen facilè ferantur. 22. fig. *ξ.*

*Pudendum*, quod ex ossibus pubis atq; supernis eorum partibus prodit, ligamentis & tendinibus affirmatũ, cuius partes
- *Canalis* qui & vrinæ & semini communis est, secundum longitudinem per mediũ exporrectus, cui neruus incumbit concauus, qui spiritu repletus tenditur, inde penis erigitur. 23. fig. *φ.*
- *Musculi* duo, qui ex vtraque parte adhæresunt, vt meatus seu canalis, ceu à manibus quibusdam tractus, in vtramque partem dilatetur, ita vt rigidum & inflexibile totũ maneat pudendum. 22. & 23. fig. *r. τ.*
- *Venæ* & arteriæ duplices, quæ in penem ex vasis per crura distributis descendunt alimẽti præstandi gratia. 22. fig. *υ.*
- *Glans*, *Præputium*, *Sutura.* De quibus suprà.

*Spermatica* seu seminalia vasa, quæ eadem sunt ac virorum: verùm obliquè per ilia ad testes iuxta latera magis feruntur, membranis pinguioribus inuoluta. Sunt autem

*Venæ* duæ, à caua vena procedentes, singulæ vtrinq;
- *Dextra* 25. fig. *d. d. o.*
- *Sinistra* 25. figur. *e.* & 26. fig. *G. I.*

*Arteriæ* duæ, à magna arteria vtrinq. singulæ procedunt
- *Dextra* 25. fig. *g*
- *Sinistra* 25. fig. *h.*

*Fœminarum sunt*

*Vasa* à testibus semen deducentia, quæ à testibus in matricem inseruntur, per quæ semen mulieris in coitu in vuluæ apices ingreditur. Hæc vasa in fœminis angusta sunt, breuia ac minus dura, sed quæ recipiendo semini ac deducẽdo sufficiant. 25. fig. *u.* & 26. fig. *K.*

*Testiculi*, qui in vtraque fundi parte ex lateribus siti sunt, similem masculis circumuolutionem recipientes, magnitudine multò minores. Sunt lati & glandulosi, minùs molles, ac substantia humidiores, quàm masculorũ, Vtrinque membrana peculiaris & tenuis. 24. fig. *N. O.* 25. fig. *r.* & 26. *F.*

*Matrix* seu vulua, seu vterus, Græci μήτρα & ὑστέρα appellant, scroto virili respondet, si ipsa euertatur & extrà promineat. Sita est inter vesicam & rectum intestinum, cui quidem ferè toti incumbit: vesicam autem iuxta vmbili cum, vbi fundus ipsius est, magna ex parte superat: iuxta pudendum vesica vteri corpus ceruice sua excedit. Figura vesicæ propemodum. Non est æqualis in omnibus. multò enim minor in ea, quæ nunquam peperit: maior autem fœcundæ ac iam granidę. Rursus minor ea, quę venerem non experta est, quã eius quę coiuit. Porrò iis, qui augentur adhuc, vesicę ampliores vulua apparẽt: in adultis, vterus vesica maior est. Longitudo in perfectis à fundo incipiens, vsque ad extremum pudendi finem, vndecim digitorum est, vt plurimum: latitudo ad vtraque ilia apicibus ac fastigiis ipsius porrigitur. 24. fig. *L.* 26. & 27 fig. *A. A. B. B.* Cæterùm huius partes sunt
- *Os* matricis, per quod menses euacuantur, genituram autẽ viri ad se recipit, fœtumq. in lucem educit. Hoc in coitu aperitur tẽditúrq. adeò, vt penè per amplũ allatũ iter facilè ad interna vuluæ spacia prouocet. vbi cõcepit mulier, conniuet adeò, vt ne minimũ quidem aut ab internis foras relaxet, aut à foris introsum accipiat. In partu verò plurimum distẽditur, interim obstẽtricis auxilio, quæ manu oleo relaxante peruncta, id leuiter permulceat, & hac vita totus fœtus editur. 25. fig. *l.* 26. fig. *D.* & 27. fig. G.
- *Collum* seu ceruix, musculosa est, ex dura constans carne, & cartilaginosa, vt dum semen introiicitur, tensum simul, & dilatatũ dirigatur & amplificetur, quantum opus erit, & hoc concepto, in se concidat. Cæterùm vteri ceruix ad muliebrẽ sinũ definit, quẽ pudendum vocamus. Lõgitudo huius in mulieribus ætate perfectis sex ferè digitorum mẽsura producitur: quod tamen in partu & coitu breuius efficitur, ceruice nimirum extrorsum vergente. 25. fig. *χ.* 26. fig. *B. B.* & 27. fig. *K. K.*
- *Cornua* seu processus mãmillares, qui paulò inferius vtrinq. apparẽt, ad ilia inclinantes, parastatis varicosis respondentes, paulatim strictiores interuentu vasis seminarij testiculis connectuntur: per quę vulua ex testibus semẽ attrahit, vt inferiùs per ceruicẽ. Hinc etiã per insomnia citra congressum viri, semen in vterum mulieris excernunt, quod inibi cõtabescẽs, morbos parit maximos. 25. fig. *i.* k.
- *Tunica*
  - *Interior*, dura crassa neruosa, omnibus fibris intertexa. 27. fig. *E. E.*
  - *Exterior*. 27. fig. *H. H.*
  - *A peritonæo* pronata. 27. fig. *I. I.*

*Pudendum*, in quod desinit collũ matricis quod est velut cutacea quædã huiꝰ colli epiphysis, masculorũ præputio respondens, quę, vt præputiũ ornamẽti gratia extitit, tũ ne matrices refrigerentur, operimentũ est oppositũ. 25. fig. *i.*

*Membranæ* fœtum inuoluentes, de quibus vide suprà in tab. de membranis.

# De Conſtructione artuum, in genere & ſpecie.




De Ad-

Priusquam tamen huius illiúsue manus aut pedis ossa chartæ implicas, antea semper indagandum est, num aliquod os non mundatum supersit, ne quum putamina & ius obiiciendum curas, vnà aliquot ossa oscitanter simul auferenda porrigas, & si fortè vnguem asseruare visum sit, illum dum pedis manúmque digitorum ossa expurgas, auelles, Non minus enim humanos vngues, quàm auium & quadrupedum vngues à pedibus calenti aquæ impositis elixatione recedere conspicimus. Porrò quum vlnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ à radio profecta, magna ex parte vlnam à brachiali dirimit. Hæc namque ab vlna liberabitur, vt radio adhuc cõnata in ossium connexu rursus vlnam & brachiale intercedat. Quinetiam quando caput purgas, accuratissimè caueto ne membranam, quæ auditus organi foramen succingit euellens, ossicula illa negligenter eximas, quæ eius organi cõstructionem subintrant, quippe ista stylo quopiam in foramen misso sunt studiosè euellenda, & pariter excutienda. Hæc ossicula ad reliquam ossium colligationem aliquò recondes, & vertebras omnium postremo è iure eximes, quemadmodum & sacrum os: nisi forte post aliquam elixationem, coccys os à sacro liberare lubeat, quòd scilicet huius ossicula ob cartilaginea ligamenta quæ ipsa connectunt, si diutius coquantur, ab inuicẽ seiungi soleant. Si tamen coccygis ossis præscindendi gratia os sacrum exemeris, id denuò cacabo est immittendum, coccyxque os priuatim in chartam reponendum, aut in sportulam coniiciendum, in quam minuta locabis ossicula: cuiusmodi dentes sunt, si fortè ipsorum aliquis exciderit, aut aliqua ossis portio oscitanter effracta fuerit. Verùm vt pubis ossium cartilaginem serues, priusquam ilium ossa à sacro liberas, pubis ossa anteriori posteriorique sede leuiter sunt emundanda, ac dein inuicem solis manibus seiungenda, vt ipsa intercedẽs cartilago ab altero osse abscedat, vnique duntaxat commissa maneat, leui negotio postmodum in ossium connexu cum altero pubis osse iungenda. Ossa hac ratione purgata denuò numerabis non quidem manuum & pedum ossa, quæ iam seorsum chartis prius inuoluisti, verùm recẽsebis caluariæ partem, quã serra à reliquo capite ademisti: in quacõsiderabis, nũ portiunculæ tẽporũ ossiũ, quæ instar squamulæ verticis ossibus applicãtur, atq; serra à cętera tẽporũ portione auferri solent, ex elixatione deciderint, ne fortè illas cum ossium spoliis aut iure reiicienda cures. Solẽt enim facilè à verticis ossibus decidere, si casu serræ sectio multum supra aurem ducta fuerit. Deinde nũ dens aliquis ex superiori inferioríue maxilla exciderit perpendes, & viginti quatuor vertebras totidémq; costas enumerabis, duas clauiculas, duas scapulas, duos humeros, duas vlnas, & radios duos, os sacrum, à quo iam antea coccyx os ademptum est: duo grandia, ossa sacri ossis lateribus nexa, femora duo, tibiæ ossa duo, & fibulas duas, itẽ patellas similiter duas Atque vbi omnia enumeraueris, magnopere conduxerit, ossa denuò mundæ & bullienti aquæ indere, ac mox exẽpta seorsum aspero rudíque linteo abstergere, & si quæ ligamentorum, aut mẽbranarum, aut musculorum insertionis exortúsue sint reliquiæ, eas deficare abstergeréque cõuenit, studio interim adhibito ne lubrica & crustę modo ossibus adhibita cartilago simul auferatur. Interea verò dum hæc in orbem igni appositа leuiter desiccantur, aurium cartilagines cute detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idẽ quoque in palpebrarum & narium cartilaginibus moliendum est, ac deinceps acutis cultellis os υ referens, à musculis ipsis cõmissis, quàm licebit exactissimè crudum emundabis. Purgato illo osse, laryngis cartilagines similiter crudas accuratè carnibus membranísque liberabis, simul cum vna atque altera asperæ arteriæ trunci cartilagine, & imagini comparatæ. Iam pectoris os, ipsíque connexas cartilagines sedulò emundabis, quod eò minùs promptè perfeceris, quo id pluribus obducitur membranis pinguéque est, & interim coquendum neutiquã venit. Vixque calente aqua aspergendum, Quum verò cartilagines carne spolias, cauendum est ne membranam cartilaginibus proximè obductã, illique correspondentem auferas, quæ quod os ambit, περιόστεον Græcis vocatur. Quippe hac membrana à cartilaginibus discerpta, illæ infirmiùs pectoris ossi committuntur, & contractæ, breues intortæque euadunt. Et quominus cartilagines hę contrahantur, pectoris os ad ignem non est exiccandum, sed alicubi tantisper, dum ossa nectere proposueris, in loco non nimis humido reponendum, ne rursus cartilagines plus æquo flaccescant, ac postea deformem thoracis ossium fabricam constituant. Quandoquidem nihil prorsus est, quod æquè elegantem sceleti structuram adiuuet, atque pectoris os cum cartilaginibus, si modò illæ negligentiùs obseruentur, & non iam compactis ossibus potiùs, quàm antea exiccari permittantur. Reliquas autem cartilagines chartæ adhibitas, licebit igni nonnihili admouere, at ita ne nimium conuellantur: quum satius sit, & has quoque post compactionem siccari.

** *Reliqua* ad mundandorum & cõcoquendorum ossium præparationem pertinentia.

*Quod* ad coctorum ossium connexũ rectionémque attinet: ea mox post emundationem (ne nimium indurescant) cõmittenda sunt. Nam statim à coctione ossa solis subulis quibus suppinguntur calcei citra negotium perforantur, æneisque filis mutuo alligantur: quod quisque prout manum nactus est industriam, suo marte perficiet. Ac primùm quidem aliquot paratis subulis, æneo filio partim crassiore tenuiore, filũ igni indetur, quò postmodũ magis sequax, & quantumuis variè intortum minùs rumpatur. His addentur duæ tenaculæ, seu forcipes: vnus quidẽ quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum iam abiecabitur. Auspicaberis autem ossium colligationem à pedibus, ac primum calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbam referens talo, & tria interiora tarsi ossa cymbam referenti, deinde his committes pedij ossa, hisq; seriatim digitorum ossa cum ossiculis sesamo comparatis: quæ eò cautiùs & tenuiori subula perforabis, quo duriora solidioraq; sunt, & ex subulæ impetu prõptiùs diuisa dissiliunt. Vbi vtrũque pedem iunxeris, tibiæ ossis tuber, quod sinus femoris capita excipientis dirimit, cultro aliquo oblongo, sed acto perforandum est, quod excipiendo duriori baculo sufficiat, qui femori etiam intrusus claui ritu ita tibiam femori committat, vti asseres atque glutine necti cernimus. Est enim in femoris inferiori sede aliud foramen moliendum, illi è directo consistens: quod in tibia fieri volebam, vt idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiúsque ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamen, femur tibiæ ossi vtrinque crassiori filo committendum est, non prætermissis cartilaginibus tibiæ ossis sinus augentibus, quæ quũ hęc ossa iungentur, simul cum illis constricta, in articulo genu seruabuntur. Mox fibula tibiæ ossi suprà infráq; alligabitur, & patella simul femori ac tibiæ firmabitur. Hoc vbi in vtroque crure præstitum erit, sacri ossis lateribus iliũ ossa crassiori filo sunt nectenda, ac deinde pubis ossa interueniente etiam illorum cartilagine iungenda. Iam ad manum erit orbicularis asser, in quem ossa erigentur. conuenit autem huius asseris orbem tantũ esse, vt pedes illi eo situ, quo ossa erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius asseris medio foramẽ in hoc paratur, vt quũ ossa in erectã arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat: quæ foramini illi indita, orbem cõuolui sinat. Præter hoc foramen aliud iuxta orbis circumferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod instar teli, aut hastę, aut falcis (vtcunque visum erit) paratum sceleti manus suffulciat. Extructo in hunc modum orbi pedes impones, & astantis alicuius ope super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis, ac deinde femorum capita in coxendicum ossium acetabulis indes, vt rectè filo aut virgula interuallum metiaris,, quod ab orbe, ad humiliorem sedem foramini pertinet, in sacro osse dorsalis medullæ gratia incisi. Hoc etenim interuallum edocebit qua mensura ferrum fabricandum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarúmque vertebrarum foramini dorsalem medullam transmittenti inditum, vniuersa ossa pulchrè substinebit. Ferrum namque ita aptandum est, vt validè orbis medio clauis affigatur, & ab orbe ad infimam vsque nuper dicti foraminis sedem, teres aut quadratum sit: ab illa autem sede tursum latius quàm crassius esse conuenit, vt postmodum ad dorsi inflexum obliquari queat: vertebræque ipsa ita adaptentur, vt immotæ ad id neutiquam circumuertantur. Atque ideo ferrum inibi primum tenuius fiet, vbi sacrum os ne deorsum subsideat suffulciendum venit. Nisi enim hoc os firmetur, sustineatúrque vnà cum ipso reliquæ vertebræ sensim descendent, temporísque successu sceleti crura turpiter obliquabuntur. Accuratè igitur ab orbe a sacri ossis foraminis infimam sedem longitudo metienda venit.

A. *Administratio* ossium circa connexum & erectionem.

*Reliqua* Vide in sequentibus signo **

De re-

** *Reliqua* ad ossium connexum & erectionem pertinentia.

*De* reliqua autem ferri longitudine non adeò curandum est, quum hæc si fortè longior sit, post ossiũ cõpactionem facilè præscindatur. Et etiam si ossa arcæ imponenda duxeris, magnopere iuuerit ferrum plus minus duabus palmis longius quàm vniuersum sit sceleton fieri, vt ipsius portio extra verticẽ eminens superioris arcæ fundi foramini possit indi, in ipsóque conuolui. Ferro itaq; orbi perpendiculatim affixo, acutiori cultello ossis sacri foramen dorsalis medullę nomine incisum, sensim ita exculpes, vt ferrum ipsi commodè intrudi possit. Nam quum hoc foramen natura arctius sit, & insigniter obliquũ, nequaquam ferrum admittit, nisi quemadmodum iam diximus sic augeatur, vt à ferri mucrone os sacrum ad eam vsque ferri sedem protrudere valeas, quam non ampliùs teretem, quadratámue faciendã innuimus, & si casus hæc sedes os sacrum minùs aptè suffulcitura videbitur operę precium erit eam ferri sedẽ lima exasperare, ac dein nodum illi ex æneo filo obuoluere qui os sacrum commodè sustineat: Osse sacro in hunc modum suffulto, crassiori filo femoris capita coxendicum acetabulis innectes, diligenter perpendens quantũ hæc aut extrorsum aut introrsum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta committas, aut patellæ interiora potiùs crurũ, quàm anteriora respiciant, quod sanè futurum est, nisi ad amussim capita suis sinibus iunxeris. Vtcunq; tamẽ feceris in hoc connexu filum prorsus intorquendum nõ est, priusquã pedes orbis & tibiis eo situ cõmiseris, qui tibi apparebit elegantior. Hunc à baculi, quo manus stabilientur forma potissimum petes: alium quippe situm messoria falx, alium telum, & alium rursus hasta, aut Neptuni tridens, aut aliud quoduis instrumentũ expetit. Modò vertebræ omnes seriatim accommodandæ sunt quo cuiusque situm ordinémque inuentu non arduum obserues. hunc nãq; vertebrarum forma & articulationis ratio promptè ostendũt. Quũ primũ itaq; ordinatim omnes in mensam reposueris, quinq; lumborũ vertebras inuicẽ duobus nexibus cõmittes, qui in corporum lateribus facti vnà cartilagineũ ligamentũ contineant, quod vertebrarũ corpora interuenire dictũ est, atq; huiusmodi ligamenta seriatim à charta cui illa applicasti sunt assumenda, eo semper relicto quod eas intercedit vertebras, quas inuicem non alligas, quemadmodum in præsentia est ligamentum seu cartilago, sacrũ os & infimam lumborum interee dens vertebram, idque quod supremam lũborum & infimã thoracis vertebras interuenit. Iunctis enim lumborum vertebris sex inferiores thoracis inuicem, & postmodũ sex superiores vnà cum ceruicis humiliori cõnectentur. Reliquæ enim ceruicis mutuo non sunt colligandæ, sed eas interueniens cartilago corpori inferioris vertebræ duntaxat est glutinanda. quandoquidem ceruicis vertebræ etiam non nexæ, sed ferro tantùm inditæ suam seruant sedem: neque thoracis vertebrarum modo immotæ postmodum costas sustinere debent. Ilico igitur atque vertebras ad eã quã præcepti rationem priusquam ferrũ illis traiiciatur commiseris, lumborum vertebras ita connexas ferro impones, idq. sedulò ad eorum situm inflexúmue obliquabis, ac infimã vertebram vnà cum sacro osse ita cõmittes, vt iam prius lũborum vertebræ mutuo iunxisti. Mox his inferiores thoracis adiunges, perpetuò quàm licebit accuratissimè ferrum vti necessum erit, complicans, & infimam thoracis vertebram supremæ lumborum adnectens. His pari modo superiores thoracis vertebræ addentur, & harum infimæ supremæ earum quæ iam ferro appositæ fuerant alligata, latiusculum & longum nigróque colore intinctum adaptabis baculum, qui posteriori ferri parti appositus quàm licebit demissè inter ferrum & vertebras intrudetur, vt huius baculi beneficio vertebræ ad ferrum firmiùs contineantur, neque vlla ratione versatiles sint, ne postmodum vniuersus thorax in hoc illũdue latus turpiter conuolui queat. Vt autẽ caluariæ ferro applicetur necessum est verticem foramine quodam perforari, ad amussim ferri amplitudini & crassiciei correspondente, ne quando ipsi ferrum traieceris, caluaria quauis occasione quoquo versum circumuertatur. Prout enim faciem anteriora exactè aut latera spectare volueris, foramen id aut transuersim, aut obliquè insculpere cultro quopiam oportet, quemadmodũ & illic vbi caluaria denuò perforanda est, vt ligulis ea sectio quam serra in caluaria molitus es, committatur, & quũ visum fuerit, caluaria à ferro adempta rursus dissolui queat. Sũmopere namq; conducit, internam caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur intueri: quod vt fiat, vtrâque caluariæ pars, tribus foraminibus sibi mutuò correspondentibus, candenti ferro, aut cultri mucrone est perforanda. ac vnũ quidem foramen opportunè in occipitio perficitur, & vtrinque in temporibus vnũ. At inferiorem maxillam æneo filo cum superiori committes, nexu suis capitibus in sinus superioris maxillæ facto. Verùm quum hic connexus non adeò firmus sit, vt accuratè dentes mutuo applicet, sed inferior maxilla dependeat, elegánsq; sit, hanc superiori modò iungi, modò disiungi præter dictum nexum, maxillæ inferioris acuti processus etiam perforandi sunt, & funiculus ipsis illigandus, qui subiugalibus traiectus ossibus & vertici incumbens, nũc versus frontẽ, nunc versus occipitiũ tendi possit, dentésq; ita collidi queant. Vtcunq; verò sit, potissima ferri cura esse debet, ne illud ineptè nunc in posteriora, nunc in priora obliquatũ corpus indecorè erigat: quo minus autem id fiat, magnopere conduxerit dorsi ductum cognouisse. Porrò nunc tẽpestiuũ erit costas vertebris & suis cartilaginibus alligare, quod sanè vt ad amussim & sedulò facias, primũ omnes dextras costas à sinistris discernes, cõiectura vel à sinu sumpta, quo vena, neruus & arteria costis exporrigitur. Dein à superiori costarum sede, quæ latior spissiorq; inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferè modum ( ( ( ) ) ) costas mensæ seriatim impones: vt dextræ sinistris respondeant curans. Promptum enim erit singulas suis sedibus ponere, si ea modò memoriæ non exciderint, quæ ad internoscendas costas suprà commemorauimus. Ex hac costarum serie primã vtriusq; lateris costã suæ cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde sodalis pectoris os cum suis cartilaginibus in sua sede tenendũ porriges, ac deinceps primas costas primæ thoracis vertebræ transuersis processibus alligabis. Insuper secundas costas suæ committes vertebræ & postmodũ ipsarum cartilaginibus, atque ita seriatim omnes: obseruans interim vt illas costas toto interuallo prorsus dehiscere sinas, quæ ante sectionẽ cartilaginibus inuicem direptæ fuerant. Nũc humeros spissiori filo scapulæ nectes, & deinde tenuiori filo clauiculas summis humeris, mox scapulas costis & clauiculas pectoris ossi. Quũ tamẽ humeros scapulis aduincies, expendendũ est, quónam situ manus collocandas duxeris. Hinc enim multùm refert, quomodo scapulæ sinui caput humeri committatur. in quo etiam connexu cartilago neutiquam prætereunda est, cuius auxilio scapulæ sinus interdum adaugetur, atq; ita etiam cartilagines maxillarum & clauicularũ articulis peculiares non neglectæ suis articulis nectentur. Cæterùm cubiti ossa humero vincienda nõ sunt, priusquam extrema manus tota fuerit nexa. radius itaque suprà infráque vlnæ est colligandus. deinde si brachialis ossa disiuncta, suisq; ligamentis libera sunt, ea inuicem sunt committenda, aliàs autem suorum ligamentorum interuentu abundè continentur. Inferiori ipsorum sedi primum pollicis os & quatuor postbrachialis ossa ac deinde his digitorum ossa, vnà cum sesamoidis ossiculis adnectes. Postremò autem brachiale radio iunges, & deinde vlnam humero. Atq; vbi id in vtraque manu præstitum erit, sum mas manus baculo illi alligabis, quem validè orbi infixum instar falcis, aut aliter extruendum dixi. Erectis nunc ossibus & ex osse, o referenti, & auditus organi ossiculis, ac asperæ arteriæ auriúmque & palpebram cartilaginibus, & vngue cordisque cartilaginibus, monile licebit confingere, his omnibus catenulæ, aut exiccato cruris aut manus neruo adnexis.

# De Administratione corporis humani, in genere.

**** Administratio** (in qua cõsideratur modus secãdi & præparandi) tũ in

**Genere.** Huius differentiæ sumuntur à

**Causis**

***Intrinsecis***, videlicet materia subiecta. Corpus itaque publicæ sectioni adhiberi cõuenit, in suo sexu quàm temperatissimum, & ætatis mediæ, vt ad hoc tanquam ad Policleti statuam alia corpora possint conferri. In priuatis autem sectionibus, quæ crebriùs accidunt, vtile erit quoduis aggredi corpus, vt cuiusmodi id quoque sit expendatur, corporúmque differentiæ, veræque multorum morborum naturæ assequantur. Cæterùm melius est in publicis sectionibus plura cadauera esse in promptu, ne eorundem organorum partiúmue series interturbetur.

***Extrinsecis***: videlicet instrumentis. Horum autem alia sunt apta ad

***Incidendum***: & vel

- *Ferrea* vt
  - *Nouacula. F.*
  - *Cultri*
    - *Parui. G.*
    - *Vulgares. H. I.*
  - *Forficula. P.*
  - *Serr. a. O.*
- *Lignea*: buxei cultri. *K.*

***Perforandum***: videlicet
- *Hamuli. L.*
- *Styli. M.*
- *Sipho, M. Subula. T.*

***Colligandum***
- *Acus. M. N.*
- *Filum*
  - *Canabinum. N. N.*
  - *Aeneum. S.*

***Inflandum***: scilicet canulæ. *R.*

***Impellendum***: videlicet malleus. *Q.*

**Accidentibus**, videlicet
- ***Loco***, Sic
  - *Theatrum* sit excipientis spectatoribus aptum & conueniens.
  - *Mensa*, cui cadauer imponitur, sit accommoda, &c.
- ***Tempore***. Sic tempus
  - *Aptum*, Hybernum est.
  - *Ineptum*, est Aestiuum.

*Huc pertinet figura anatomicorum instrumentorum ex Vesalio lib. 2. fol. 235. primæ editionis.*

**Specie.** Atq; sic administratio, seu præparatio erit aut

***Mundanda & concoquenda.***

*Alicunde* itaq; nactus cadauer, qualecunq; id sit, vas vnũ carnibus, visceribus & cuti reponendis, & sanguini admittendo, ad manum esse curabis, vnà cum magno grandique lebete, cuiusmodi illi sunt quibus lixiuium muliers igni adhibẽt. Is nanq; coquendis ossibus est aptissimus. Huic igitur ossa iniicientur. Præterea & ampla papyrus in assere distendetur, vt huic asseri cartilagines non elixandæ applicari, seriatimque imponi possint. Mox acutiori cultro orbiculatim per frontem & tempora & occipitium sectionẽ tẽtabis ad caluariam vsque penetrantem. Ad eius deinceps sectionis orbiculum, serra caluariam diuides, parum solicitus, etiam si cerebrum vities, aut paulò humiliùs elatiúsue caluariam diuidas. Dissecta igitur caluaria cerebrum solis manibus ex ipsa euulsum, vasi iniiciendum est, ac caluariæ pars à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamẽ prius ab illa verticis cute. Iam vtranq; aurem proximè à temporum osse abscectam seorsum in asserem, cui cartilagines adhibentur collocato, vnà cum palpebris & nasi extremo, quod cartilaginibus constat, quæ vicinissimè ab illis quibus committuntur ossibus simul cum cute sunt resecandæ. Deinceps maxillam inferiorem à suis, cum capitis ossibus connexu liberabis, ac cartilagines, quas priuatim in ipsius cum capite articulis habere diximus, cultellulo à ligamentis articulum continentibus dissecabis, eas chartæ illi cui promptè hærebunt, seriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis si voles musculorum applantationibus) liberas, ac tandem in cacabum reiicis, cauendum est, ne os, ꝺ referens, aut laryngem corrumpas, sed integram laryngem cum eo osse, & lingua & stomachi asperæque arteriæ portione simul è faucibus auferas, ac asseri illi non aliter emundatam cum auribus imponas. Iam à pectoris ossis mucrone ad pubem vsque sectionem mulieris, ad omentum vsque penetrantem. Cui deinceps aliam sectionem, quæ transuersim à dextro ilio, ad finistrum pertingat, adiunges, & absque delectu omnia quæ peritonæo continentur, laniorum more euelles, ea vasi iniiciens. Abdominis autem vnà cum musculis obiter ab ossibus dissecabis & sanguinem spongiis excipiens, cum in vas exprimes, modò à iugulo ad pectoris ossis vsque mucronem, adeò profundam duces sectionem, vt illa ad pectoris vsque os penetrante simul cum cute musculos thoraci instructos à costarum ossibus earundemque cartilaginibus adimere possis, & simul clauiculæ nudæ, carnibusq; liberæ appareant.

*Reliqua* Vide in sequentibus folio ad signum. **

***Ossium.*** Hæc veniunt partim

*Coniungenda.* Vide in sequentibus signum A.

*Aliarum* corporis partium. Vide in sequentibus signum B.

Quippe

Quippe hæ acutiori cultello à pectoris ossè veniunt liberandæ,& cartilagines his articulis propriæ (quemadmodum inferioris maxillæ cartilagines aggressus es)accuratè sunt adimendæ,& dein chartę seriatim adhibędę. Pectoris os vnà cum costarū cartilaginibus studioſè à costarum ossibus liberabitur,sectionibus acutiori &nō admodū crasso cultro per cartilagines inibi ductis,vbi costarū ossa in has degenerant. Atq; id promptè obitur,si modò memoria nō exciderit,primæ costæ cartilaginem à pectoris ossis medio magis in latus quā secundæ costæ cartilaginē ferri. Neq; tantùm cartilagines pectoris ossi coarctatæ à costis sunt diruendæ, verūetiā omnes spuriarū cartilagines,quę intercostalium musculorū interuentu superioribus cartilaginibus hærebunt. Disiunctis hunc in modū cartilaginibus pectoris os à iugulo attolles,& id venis & arterijs à iugulo ad illud porrectis & membranis quoq; liberabis,quæ thoracis amplitudinē interſepiunt. Postremò cartilagines à septo transuerſo resecabis,& ipsas simul cū pectoris ossē nō aliter mundatas,in chartam repones,dein scapulas vnà cū clauiculis à thorace dissecaturus. Iā longa sectione in altera manu à summo humero per brachiū & cubitum ad pollicem vsq; ducta scapulam,humerū,cubitū,& extremam manum cute & carnibus enudabis,nōadmodū anxius etiāsi aliqua tendinū carnisq; portio ossibus adhuc appensa relinquatur. Adeò vt etiam sufficerit,relicta summæ manus cute,illā aliquot sectionibus hic atq; illic scindere,quò postea leuiori negotio manus elixetur. Modò clauicula à summo humero secabitur,mente adhibita,num præter scapulæ processum,quem summū humerum appellamus,& clauiculā inibi aliud tertium os occurrat. Hoc vbi præstiteris,ac peculiarem eius articuli cartilaginem chartæ adhibueris,clauiculā in cacabū coniicies,scapulamq; ab humero,& deinde humerum à cubiti ossibus separabis:& cubitū cum extrema manu connexū seruans,simul omnia in cacabum quoq; locabis. Priusquā tamen scapula cacabo indetur,opportunè feceris si cartilaginem scapulæ finum,quo humeri caput excipitur,aliquando augentem à scapulā diremeris,chartæq; cum cæteris cartilaginibus applicueris. Atq; id similiter in alterius lateris manu est præstandū,ac illicò ad thoracem denuò accedendū,& quo primū pulmones cum corde & septo transuerſo execabis:& priusquā cor in vas coniicias,cordis basim per transuersum à reliquo cordis corpore diuides:& deinde basim rursus à vasis,quæ ab ipsa prodeunt,sic auferes,vt ita venæ arterialis & magnę arteriæ orificia illęsa habeas,ac postmodum(si visum fuerit)in cartilaginum numero illa seruaturus chartæ applices. Vbi igitur reliqua quæ in thorace inueniuntur,in vas reieceris,cadauer in pronum vertens & vtrunque licebit,ceruicem reliquumq; dorsum,vnà cū tota thoracis amplitudine carnibus emundabis,studioſè cauēs ne costam aliquā(vtpote fragilē) rūpas:aut nimium vicinè carnem dissecās processum,aliquē vities. Atq; id adhuc magis cauendū est,quum iam singulas costas seorsum à vertebris thoracis liberaturus es. Etenim resupinato cadauere,cultello acutiore costæ capitulū à vertebræ corporis sinu venit separandum. & deinde ligamentis sensim diuisis à transuersis quoq; vertebrarum processibus costæ sunt adimendæ,obiterque emundatæ in cacabum mittendæ. Cura ad eū modum,quo manus agressus es,attrectabis,femur vniuersum carnibus emundās, mox & tibiā,& pedem vniuersum. Quum tamen genu nudas,ex tendinibus interiorem genu sedem occupantibus,patellam execabis,& in cacabū non secus ac femur coniicies,illico,atque id à coxendicis ossē tibiáque liberaueris,& cartilagines resecueris,quæ tibiæ ossis sinus femoris capita excipientes aūgent, quippe & illos nō inopportunè chartæ agglutinabis,ac deinceps tibiæ os vnà cum fibula & pede,cacabo indes. Id vbi in vtroque crure præstitum erit,& ossa sacri ossis lateribus coarctata aliquantulum repurgata fuerint,cartilagine ligamēta vertebrarū corpora intercedentia adamussim veniunt exsecanda,& chartæ seriatim accōmodanda. Ligamentis igitur,quæ vertebrarum corporibus in superficie obducuntur,acutiori cultro ademptis,inter ossis sacri summū & cartilagineum ligamentum,os sacrum & infimam lumborum vertebram interueniens,sectionem tentabis, quæ ligamentum id,seu cartilaginem vt Galeno visum fuit,ab ossē sacro diuidat. Rursus inter infimæ lumborum vertebræ corpus,& elatiorem dictæ nuper cartilaginis regionem,eandem duees sectionem,hácque ratione integram auferes cartilaginem,quam vbi chartæ imposueris,sequenter tantisper excindes, dum ad secundā vsque ceruicis vertebram,deuentum erit. Quū itaque viginti tres cartilagines ligamentaúe cartilaginea ad hūc modū chartæ applicueris,dorsum in tres quatuorúe partes cautè & leniter disiungendum venit, ne impetu id tentans,casu aliquem vertebræ processum confringas. Quare etiam cauendum est,ne primam vertebrā à capite negligentiùs liberare studeas. Licebit enim cum capite in ceruicis vertebras cacabo imponere,vt & thoracis vertebras cum lumborum vertebris, modò illas à sacro ossē priùs disiunxeris. Os sacrum aūt, vnà cum ossibus ipsis cōmissis(quæ illū coxendicis & pubis ossa constituunt)nihil prohibet cacabo indere, quū scilicet ilīū ossium adhuc cruda à sacro difficulter & arduè separentur,& pubis ossium cartilago etiam tunc vitietur: quā aliàs integram asseruabis,si pubis ossa non dirempta cacabo inieceris. Ossibus ad hunc modum cacabo immissis,aqua is vniuersus impletur,vt ossibus altè in aquam subsidentibus,nulla ossis pars eminet. Hoc enim imprimis toto coctionis tempore obseruandum est,ne os aliquod aqua non tegatur,multóque magis, ne id ex cacabo prominens fumum excipiat,cuius etiam occasione grandem cacabum esse conuenit. Vniuersæ coctionis nullum peculiare adhibetur artificium,sed vt in cæteris elixationibus spuma sedulò auferenda est,quò ius clarius reddas ipsaque ossa minùs sordida extrahas. Pari ratione pinguedo omnis(quæ plurima supernatare solet)est haurienda ac in vas aliquod vel vulgi nomine reponenda, quod illi in obliterandis cicatricibus & neruis tendinibúsque producendis multum tribuit. Coxioni nullum tempus præfinitur,quum id ex ætatum ratione plurimū variet. Duabus enim aut tribus horis plus quàm satis sit,puerulorum ossa coquuntur præcipuè,quum in illis studendū sit,ne inter mundandum ossa appendices decidant:quarum coalitus in prouectioris ætatis hominibus vix vnquā quantumuis coxeris dissoluntur. Is itaque coctionis scopus est,vt ossa cultrorum beneficio vt inter edendum sit,aptè mundari queant. vt autem id facias opportuniùs,pedetentim nonnulla ossa inter elixandum forpice eximes,eáque solus purgabis:nisi fortasse studiosus adsit sodalis,qui vnà manus operi adhibeat. Summopere enim cauendum est,ne imperitior aliquis ossium supercilia,processus,capita & sinus radendo vitiet,aut alicunde cartilaginem læuem,& cruſtæ modo ossibus,obductam imprudens auferat,hæc nanque quū carnem, ligamenta, tendines & membranas ossa ambientes adimis,pręcipuè seruanda venit. Neque verò officium in hac duntaxat ratione inepto alicui,& Anatomes parum studioso minùs committi velim,verùm vt,quū vnūquodque os priuatim purgat,sinus ipsius & capita,& potissimum ligamentorū naturā,& tendinū insertionem,musculorúmque exortum accuratè contempleris. Non enim facilè dixerim,quantū cognitionis partium eo opere tibi paraturus sis. Quando igitur hūc in modū seriatim ossa ex bulliente iure extrahis,ac mundata terræ,aut sportulę alicui imponis,non admodum anxiè expendito,quodnam os priùs tibi occurrat. Summā tamē manū cū cubiti ossibus extrahens sedulò obseruabis,ne violentiùs brachiale à cubiti ossibus accuratè liberes. Idem facito in postbrachiali separatione. Id enim caueri velim,ne brachialis ossa inuicem dirimas,vnde etiā illico atque in integrum à cubito & pollicis primo ossē,& postbrachiali disiunxeris, obiter duntaxat tendines ligamentáque ipsa obnata diuelles,id studens ne ossa in interna externáque ipsorū superficie penitus ligamentis emundentur, vt ligamētorū beneficio brachialis ossa intricē hæreāt. Brachiali enim ita igni adhibito ligamenta sensim reficcata ipsius ossa firmiter cōtinēt,leuioríque negocio in ossiū cōnexu brachiale cubiti & postbrachialis ossibus cōmittitur: nisi fortè in iungendis ossibus peritior,brachialis ossa mutuo dirimere ac ligamētis emūdare, postmodúmque æneis filis inuicē cōmittere audeas,aut etiam disiuncta asseruare velis. Mox vbi brachiale in eum modum igni appoſueris,chartam assumes,cui postbrachialis & digitorum ossa nō prætermissis sesaminis ossibus exactè emūdata imponas:quò minùs hæc illi chartæ inuoluta, neque alterius manus ossibus confusa,in cōmittendis ossibus negotium augeant. Conduxerit igitur manuum pedúmque ossa separatim in quatuor chartas recludere.

** *Reliqua* ad mundandorū &concoquendorum ossium præparationem pertinentia.

*Reliqua* Vide in sequentibus signo **

B. *Aliarum* corporis partiũ administratio seu sectio: & vel

*Trunci*: aut

*Ventris*: atque vel partium

*Externarum*: nempe

*Cutis*, cuticulæ, adipis & carnosæ membranæ. Itaq; consectionẽ aggressurus, resupinato cadauere, ac pilis omnib. mundato, circa vmbilicum orbiculatim lineam scalpello duces: deinde lineam à mucronata cartilagine per mediũ vmbilicum aduſq; pubis ossa in cute duces, adhibita diligentia, ne quippiam ex ijs, quæ subsunt, vulneres, mox transuersam lineam per eundem vmbilicũ ad spurias vsq; costas facies. Factis hunc in modum sectionibus, cutis angulum, qui ex quatuor rectis angulis vmbilicum spectantibus superior dexteráq; est, hamulo, aut summis sinistræ manus vnguibus attollito, acutissimaq; nouacula cutem ab adipe secernere studeto. Vbi cutis portiunculam liberaueris, hac sinistra manu eleuata, reiectoq; hamulo, paulatim cutem ad mãmillas vsque versus dorsum transuersis sectionibus proximè ad cutem factis, ab adipe diuides. Hac abdominis thoracisq; parte sic cute nudata, reliquæ tres pari modo sunt detegendæ, ac cutis & cuticulæ natura venit indaganda, quæ in cute quidẽ absque alio negotio sese offert: cuticulæ verò non nisi illã ardẽtis cãdelæ, quàm cuti adhibeas vi, vesiculæ modo à cute abscedere cogas. Cùm cute deinceps & venis sub ipsa secundum abdominis regionem, & ab imo sursum & à pectore deorsum excurrẽtibus adipe quoq; examinata, si hac homo abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipe liberasti, à carnosa membrana seiunges. quod sanè nisi acutissima nouacula nunquam aptè confeceris. Si verò macilentius obtigerit corpus, adipem carnosæ membranæ adhærere sines. Vtcunq. feceris, siue adipem abraseris, siue adnatam membranæ reliqueris, ijsdem per membranam ductis sectionibus, quas à pectore ad pubis os, & ab vmbilico ad ilia in cute faciendas retuli, harum quoq; sectionũ anguli hamulo sunt seriatim eleuandi, & ipsa membrana retusiori, si lubeat, nouacula, aut digitorum beneficio à subditis corporibus separanda, vt iam simul cum magna thoracis parte vniuersum abdomen cute, adipe & carnosiori membrana detectum occurrat.

*Musculorum abdominis, & vel*

*Obliquorum*. Linea recta candida, vbi cutẽ ademeris, à mucronata cartilagine per medium vmbilicum aduſq; pubem apparet, qua recti musculi distinguuntur. Iuxta huius lineæ candorem membranosi obliquorum musculorũ tendines coëunt, qui rectos tegunt musculos. quare lineam hanc primùm leuiter secabis, vt nihil eorũ, quę subsunt, cõuulneres: sed tendines obliquorum rectis insidentes, & super ipsos coëuntes, à mutuo contextu secernas. Vbi iam superficiariũ obliqui descendentis musculi tẽdinem, deinde secundũ sub ipso, qui à secundo musculo vtrinque nascitur, à rectis musculis & trãsuersis separaueris, ac vbi vtrumque vtrique connexum ostenderis, rectorum consectionem aggredere.

*Rectorum*. Rectum musculum hamulo eleuabis, vel sinistra manu ad latus modicè actum, digitis videlicet quatuor ad eius longitudinẽ iniectis, dissecabis, paulatim à subiectis corporibus separans: inde initia ipsorum iuxta cartilaginẽ mucronatam liberato. eoq́ue sic facto, venas ac arterias ab interna ipsorum parte inspicito, quæ ex vasis ad crura tendentibus in musculos indidẽ suos propagatæ, sursum feruntur: deinde cum extremis venarũ & arteriarũ, quæ per thoracem à glandio ad præcordia deferuntur, in idem coëunt: per quas potissimùm mammillis cum vtero est communio.

*Transuersorum*. Hi membranosis tenuibusq́ue tendinibus adeò perito næo obhærescunt, vt pars eius esse videantur nonnullis, sed fibræ ipsos inter currentes apparent, quòd in peritonæo non est: Diligẽter itaque rem administrato, ne dũ musculi tendinem à peritonæo liberas, hoc conuulneres.

*Peritonæi*, quod per rectam lineam secundum.

*Omenti*, cuius origo ad spinam est, vbi vena magna, arteriáq. exporrigitur: ex vẽna autem porta, multas propagines capillorum modo tenues recipit: vti videbis, si id ad pubem vnguibus laceres, & superiorẽ ipsius tunicam thoraci expandas, inferiorem intestinis porrectam relinquens, vt spacium videas membranis intercedens ad præcordia. Præter venas, arteria quádam & neruo; & sexto cerebri pari sensus gratia intertexum est. Hoc liberandum est ab intestinis, quibus raris & tenuibus ligamentis cohæret, & à reliquis visceribus.

*Interarum videlicet*

*Intestinorum*. Dissecto itaque peritonæo & omento super pectus reuoluto, intestina à recta incipiẽs ad ventriculũ vsque solis manibus ostendes: primùm rectum, deinde colum, postea cæcum, mox ileon, postremò ieiunum. Hæc autem vt meliùs inspiciantur, ex toto corpore eximenda sunt. Quod vt cõmodè præstes, funiculo rectum intestinum excipies: aut si vnà ventriculum velis auferre, eius superioris orificium, deinde vasa, quę in iecoris cauo sunt, & arterias, quæ ante renes in ea diffunduntur: & illam, quæ sub renũ regione in mesenteriũ pertinet. Poteris abrasis à mesenterio intestinis, & per ministrum cum ventriculo ablatis, iubere ea inflari. & illorũ longitudinẽ quoquomodo tunicasq́ue scalpello acutiori inuestigare, deinde mesenterij duas tunicas & media glanduloſa corpora, & vasa dissecare, & adipem vẽtriculo inhærentem intueri, si ipsum inuertas.

*Ventriculi*. Vide in sequentibus signum *

*Thoracis*. Vide in sequentibus signum A.

*Capitis*. Vide in sequentibus signum B.

*Artuum*. Vide in sequentibus signum C.

*Ventriculi*, iecoris, venæ cauæ & lienis. Perpenſo inteſtinorum ſitu, ac ijs vtcunq; in ſuum locum repoſitis, omentum rurſu inteſtinis eſt obuoluendum, ventriculiq; iecoris & lienis ſitus venit inueſtigandus. Primùm itaq; inter ſeptum tranſuerſum & iecoris gibbum, manum inſeres, vt illius gibbum ligamentaq; in conſpectũ veniant, ac quo'nam pacto ex præcipuo iecoris ligamento tenue ipſius inuoluerum naſcatur, intuearis, manum tranſuerſim hinc inde ducens. Deinceps inter iecoris cauum & dextrum ventriculi latus ſiniſtram manum, dextram verò inter ſeptum & latus vẽtriculi ſiniſtriũ impones, paulatimq; inuicem adductis manibus, ad ventriculi ſuperius orificium accedes, quod in conſpectum veniet, ſi modò iecur ſiniſtra ſurſum nonnihil protruſeris, & dextra ventriculi corpus deorſum compreſſeris, atq; vna eadẽmq; opera iecoris cauum ac vniuerſum ipſius ſitum obiter examinaueris. Præter hæc, ea quoq; operatio ventriculi ſedẽ etiã accuratè commonſtrabit, dummodò hinc inde, nunc iecur ſurſum trudens, nunc ventriculum deprimens manus ducere non detrectes. Lienis porrò ſedem adinuenies, ſi inter ſiniſtrum ventriculi latus, & ſeptum tranſuerſum, ſiniſtrã manũ immiſeris, ventriculumq; cum colo inteſtino hac excurrente, in dextrum latus attraxeris: ſiquidẽ tunc lienis ſuperius & dimidium ipſius caui latus ſeſe viſui offerunt, & ſi dextram manum inter lienẽ & ſeptum tranſuerſum mediam immiſeris, lienẽmque modicè eleuatum verſus ventriculum protruſeris, ipſius quoq; gibbum apparebit. Cæterùm iam omenti membranæ inuicem ſunt dirimendæ, quod fiet, ſi dextram omento ſubieceris, haecq; inferiorem membranam, ſiniſtra verò manu ſuperiorẽ apprehendere, trahereq; ſtudueris. hæc enim ocyus inuicem dirimũtur, marſupij, ſeu ſacculi ſpeciẽ commonſtrantes: qua vſa, inuicẽ membranas adeò diuelles, vt alibi lacerentur, commodeq; manum in illarum amplitudinem inferas, & vtrinq; in lateribus, & humiliori omenti fine ſuperiorem membranam ab inferiori diſcerpas. Iam inferiorem membranam inteſtinis exporrectam ſinere conuenit, & ſuperiorem adeò pectoris ſupertendere, vt elatiùs vẽtriculum è ſua ſede eleuet. quod ſi non ſucceſſerit, ſodalis manu id factas oportet, vt commodè inferioris omenti mẽbranæ exortus, quæq; per ipſum feruntur organa in conſpectum veniant: ac diſcas pariter, quo'nam pacto hæc in hominibus colo inteſtino meſenterij vice ſit, tota ea ſede qua colum ventriculi fundo attenditur. In hac enim mẽbrana vbi ventriculo ſubſternitur, minor portæ venæ truncus ferri, ſuosq; in quos digeritur ramos educere apparebit. Deinde præter truncum conſpicietur arteria, quæ lieni, ventriculo, iecori, bilis veſiculæ, & ipſi demum omento ſurculos deriuat. ſic quoque & arteriæ radix, quæ ſuperiori ſede meſenterij diſſeminatur: deinceps & nerui duo, quorũ dexter iecori bilis folliculo, & dextri fundi ventriculi ſedi, & hac quoq; parte omento ſpargitur, ſiniſter verò lieni, & ſiniſtri fundi ventriculi ſedi, ipſiq; dextræ omenti parti diſtribuitur, & ante hæc omnia in humiliori omenti membrana, quæ vẽtriculo ſubiacet, corpus glandoſum, vaſorum & neruorum ſeriem muniens cernitur. Cæterùm ventriculo in ſuum locum repoſito, illũ in ſiniſtrum latus cum inteſtinis trahi curabis: iecur verò, vt ipſius cauum adamuſim videas, in dextrũ & velut ſurſum protrudes. deinde poſtquam obiter bilis veſiculam contemplatus fueris, ſectionem omnium totius corporis moleſtiſſimam maximéq; operoſam aggredieris. Bilis namq; meatus, & neruorum, arteriarum, venarumq; rami (qui omnes ſimul inferiori membrana omenti ad cauum iecoris colligãtur) nunc veniunt retuſiori cultello examinandi. Offertur itaque neruulus primùm ab humiliori ventriculi orificio iecoris cauo inſertus, qui à ſexti neruorum cerebri paris propaginibus ſuperius, ventriculi orificium adeuntibus pendet. Vbi hunc neruulum à vicinis organis diremeris, à membranarum connexu diuidendus eſt alter neruus, qui vno ramo iecoris cauum, altero autem bilis veſiculã accedit. Hunc neruo arteria attenditur, parem cum illo efficiens diſtributionem, ac mox poſt neruum liberanda. Huius verò, vt & nerui initium, paulò pòſt inuenies. nunc enim ſat eſt, hæc inuicem iuxta iecoris cauum ſeparare, hicq; eorum ſeriem diſcere. Sub arteria bilis veſiculæ meatus conſiſtunt, à portæ vena iam liberandi: primùm duo illi, qui ex iecoris cauo ex multis ſurculis colliguntur, & illico in vnum coëunt meatum, qui vna parte in bilis fertur veſiculam, altera in duodenum inteſtinum. Vbi hos à portæ vena ad inteſtinum vſque & bilis veſiculã ſecreueris, illam pollice adeò comprimes, vt meatus bile turgentes commodiùs appareant, & num quis meatus ab hac veſicula in ventriculum pertingat, animaduertas: quem ſi nõ inueneris, acu meatũ in inteſtina properantem leuiter pertundes, vt profluens bilis argumento ſit, nullum proceſſum ab illo meatu tibi incuria præfectum. Poſtremò vena portæ eſt examinanda, ac illico atque ipſius circumſcriptionẽ, qua ex iecore prodit animaduerteris, propagines illius obtuſiori cultello ſunt inquirendæ, ſemper arteriæ & nerui, venæ per vniuerſam ipſius ſeriem attenſorum, diligenti habita ratione. Primùm itaque ſurculos portæ aggredieris, qui bilis veſiculæ exporriguntur: deinde eum, qui ferè citra arteriæ conſortium in dextram ventriculi ſedem, iuxta ipſius inferioris orificij poſteriorem regionem modica ramorum ſerie digeritur. Hunc ſequitur, qui dextram fundi ventriculi partẽ & mediũ ſuperioris omenti membranæ perreptat. Poſt hunc, qui duodeno nobis vocato inteſtino deriuatur, quem ſecundũ inteſtini longitudinem in corpus quoddam glandoſum carneumq; deſcendere obſeruabis, ſi modò retuſiori cultello venam, illiq; accumbentem neruum arteriámque nudare ſtudueris. Modò magnam portæ diſtributionẽ deteges, truncũ, qui meſenterium adit, obiter tantùm expendens. Atque hoc in præſentia relicto, ad truncum, qui lieni potiſſimũ exporrigitur, te conferes. Atque vt hunc commodè videas, ventriculus & inteſtina tibi veniũt ad eum modum aptanda, quo ſituabantur dum inferiorem omenti mẽbranã intuebaris, ac ventriculum ſodalis manu ſurſum attolli, & inteſtina deorſum premi curares. Patente itaque nũc tibi ſuperiori ſede humilioris omenti membranæ, accurata cura ramos omnes minoris portæ trunci examinabis, quos omnes aut ventriculo, aut lieni, aut ipſi omento, colóque inteſtino in homine exporrigi adinuenies. Interea verò, quum ramos hos inquires, ipſosque à glandoſo corpore illos ſuffulciente liberabis, omnibus ferè arteriã, multis autem neruum attendi obſeruabis. Arteriarũ radix ſeſe offeret, in elatiſſima inferiori omẽti mẽbranæ ſede, vbi etiam occurret magnæ arteriæ in meſenterium deducendæ origo: deinde vtrinq; vnus ſele offeret neruus, ad magnæ hac deſcendentis arteriæ latera exiliens, ſexti neruorum cerebri paris propaginum, quæ coſtarum radicibus exporriguntur, ſoboles. cuius ramuli vnà cũ arterijs dum venã nudas, in conſpectũ ſemper veniũt. Iam & grãdioris portæ trunci, & paulo antè dictæ arteriæ & nerui per meſenteriũ ſeriẽ, & quæ inibi diuiſionibus præſunt glandulas inueſtigare tempeſtiuum eſt. Primùm itaque ſolis manibus inteſtina hinc inde inuicem diduces, & nũc in dextrum, nunc in ſiniſtrum latus reuolues, vt citra ſectionem meſenterij naturã perfunctoriè contempleris. Deinde obtuſiori cultello maiorem venæ portæ truncum, & dictam nuper arteriam & neruum inuicem liberabis, & deinde vt vniuerſum ipſorum ductum, & glandulas diuaricationibus interiectas intuearis, vnguibus vnam meſenterij membranã ab alia diuelles. Achoc per vniuerſum meſenterium haud venit tentandum: ſuffecerit enim in præſenti à centro ipſius aliquot vaſorũ ſurculos ad tenuia vſque inteſtina deduxiſſe, ac mox alteram meſenterij arteriam aggredi, à magna arteria ipſi poſt ſeminálium arteriarũ ortũ depromptam. Atque hanc promptè inuenies, ſi cum inteſtinis meſenterium in dextrum latus reuolueris, vnguibúſque, aut obtuſiori cultello meſenterij membranas, qua colo ſub ſiniſtri renis ſede adnaſcitur, inuicẽ dirimere conaberis. Hic enim illico eius arteriæ rami venis cõmiſſi ſeſe offerent, rurſus arteriæ radicem commonſtrantes. Quam vbi inueneris; ipſius diuaricationẽ proſequere, vt diſcas, quî hæc cum vena meſenterio ſuffulta recto inteſtino ramos exporrigat. Parum modò ſolicitus, etiamſi venæ huius extrema in rectũ inteſtinum inſeri non intuearis. Cæterùm inteſtinis à ventre, ad eum, quem paulò antè dixi modum, liberatis, ventriculus quoq. vnà cũ liene eximendus eſt, neruis ipſius orificio inſertis diligenter priùs examinatis. Vnguibus itaque quantum fieri licet in homine, peritonæũ à ſepto tranſuerſo ad ventriculi vſque ſuperius orificium auellere conaberis, vt tertiæ ventriculi tunicę videas principium. Quod vbi paululum à ventriculi orificio liberaueris, ſtudebis vtcunque etiam diuulſam ad ventriculi fundum deducere, vt ex tertia ventriculi tunica ſuperiorem omenti membranam conſtitui oriríque diſcas.

Reliqua vide in ſequentibus ſignum **

*Partiũ vẽtris internarũ ſectio,*

*Renum.*
*Vaſorum.*
*Teſticulorum,* } Vide in ſequentibus ſignum ⊙.

Deinde

** *Reliqua ad partiũ ventris internarũ sectionẽ pertinentia*

*Deinde* acu sub superiori orificio ventriculi traiecto, vinculum sedulò nexum ipsi inijcies,paulosuprà vinculũ stomachũ à ventriculo transuersim liberans.Nunc ventriculo ministri manu è ventre eleuato, non tamen penitùs( ne venas rũpas) exempto , inferioris omenti membranæ & mesenterij ex peritonæo originẽ discees , solis vnguibus hanc à dorso sensim distrahendo vtens,vinculis verò pleraq; intercipiens.Primùm simul omnia,quæ in cauo iecoris occurrũt,portæ scilicet venam, arteriam,& bilis meatum, aut si lubet singulis seorsim funiculos accommodabis,post hæc arteriarũ radicibus, quæ mesenterio & inferiori omenti membranæ primùm digeruntur , illa sanè arteria non omissa,quæ sub seminalibus arterijs orta in mesenterium fertur.Atq; his omnibus vnum duntaxat vinculum addi sat est , quanquam duo inijcere nihil prohibeat:imò,idq; præcipuè ad superius vẽtriculi orificiũ,plurimũ cõduxerit.Inductis in hunc modum vinculis,porta, & reliqua quæ interspecta sunt.ita vt vinculum in corpore maneat diuidentur, & ocyus solarũ manuũ opificio ventriculus cũ liene ex ventre exempta mensæ imponentur.Porrò vt lienis substantiã obserues, aliquot sectiones ipsi induces,& illo inter duos asseres compresso,ipsius substantia ab illi insertis vasis aliquot locis separabis, hacq; ratione vasa aliquot sola & lienis carne enudata spectabis.Ventriculum verò lauandum,deinde vesicæ instar inflandum dabis,vt ipsius maximam capacitatẽ intuearis, & tunicas ipsius examines,postmodumq; inuertas,vt suprà etiam dictum. Porrò vbi hæc omnia exemeris, si quis sanguis alibi effluxerit,& quæ in ventre adhuc reliqua sunt obliterauit, spongia aqua copiosiori,non autem aceto imbuta,semel atque iterum eluendus est. Eluto itaq; sanguine, ac obiter ijs, quæ adhuc in ventre reliqua sunt, absq; sectione inspectis,& iecore nulla ex parte vulnerato,sed venæ cauę gratia in corpore asseruato, donec thoracis partes administraueris. De hoc igitur plura in thoracis administratione.

*Renum.* Hi prope cauam venã siti sunt,substantia densa & solida. In vtroq; sinus existit,corpore quodã membraneo circundatus : quem vt videas , alterum è duobus renibus (dextrũ autem potiùs,sinistri vasis seminarij gratia) adipe mẽbranosa ipsi obhærescente denudato: ac vbi venam ac arteriam, quæ sanguinem deferunt , funiculo interceperis,per gibbam eius partem in longũ diuidito,vsq; dum scalpro ad situm eius perueneris, in quo vasa plures in ramos diffundi cernes, ac membranam,qua vrina distillat in alium sinum minorem, quem excipit meatus oblongus, quẽ κρυπτὴν nominamus.Feruntur hi meatus vrinarij ex renibus singuli,albicantes,validi , substantiæ vesicæ simules , anfractuosi circa vesicæ,cui inserũtur,initium. His peculiaris tunica adest,similiter omnibus,quæcunq; peritonæo suspensa sunt, obducta.hanc vnguibus, aut hamulo vsque ad extremum excoriabis,ratione in hoc opere habita, si fœminam dissecces, vasis seminarij, quod meatui illi incumbit,testiculi,& ipsius vteri:si masculum diuidis,solius vasis seminarij.

*Vasorũ seminalium in*

*Viris.* Primùm à pubis osse inter inguina sectio ad podicem vsq; ducenda est:deinde dextræ seminali venæ, quà ex caua oritur: deinde & arteriæ ortui,quæ inferiorem mesenterij sedem adit. Inter hæc duo organa partim ascendẽs,partim descẽdens,niteris obtuso cultello cauã venam ex sinistro ipsius latere ab arteria magna dirimere,membranosis fibris, quorũ interuentu hæc vasa committuntur,dissectis. In hoc opere duarum seminalium arteriarum radices in conspectũ venient, earq; quò illæ porrigantur, commonstrabunt, si modò ab exortu eas arterias ex membranulis, quibus inuoluuntur ad seminales venas vsq;, quibus tandẽ cõmittuntur sedulò, nullaque in trahẽdo vi facta liberaueris. Hæc vbi intuitus fueris , animũ sinistræ seminali venæ adhibeas , quam ex medio venæ ductu enasci citra sectionem vtcumque conspicies. Vt verò ritè intuearis,num à renis sinistri quoque arteria,seminale vas originẽ ducat,obtuso admodũ cultello,mẽbranulas à renis vena detrahes , & accuratè aliquousque venæ seminalis principium quoque à mẽbranulis liberabis:deinde venam renis ab arteria nonnihil deorsum reflectes , numque ex ipsius ductu ramus, qui sinistræ seminali venæ exporrigitur, principium obtineat,inquires.Vbi verò hunc non inueneris, sinistro rene pari ratione atque dextro aggresso, seminalium vasorum constructionem examinato.

*Mulieribus.* Pubis ossium cartilaginem,vt in viris, diuides, ac illis inuicem quàm poteris maximè vi direptis, mox cultello venam ac arteriam seminales dextri lateris ad testem vsque ex pingui cui obducuntur membrana nudabis,obseruans ne ramos ab illis priusquam anfractus suos constituant , in elatiorẽ fundi vteri sedem exporrectos vulneres. Postquam verò anfractus ad testem deduxeris,perinde ac in viris ipsorũ insertionem,& deferentis vasis processum , ipsiusque in vterũ insertionem, & testis substantiam formãque examinato,vas illud ex pingui,cui inhæret membrana liberans,quæ vespertilionum alis imagini multum accedit.Hæc postea in altero latere obseruanda veniunt.

Θ. *Administratio reliquarũ partium ventris: scilicet*

*Testiculorum.* Vbi seminalium vasorum ortum didiceris,& venas ad arterias vsque sensim ex mẽbranis ipsas liberãs,deduxeris,si masculi obtigerit corpus,penis cutẽ & scrotũ à testib.adimes. Primùm itaque à pubis osse recta sectione per penẽ in cute duces,& deinde eius sectionis labris hamulo aut vnguib. eleuatis, cutẽ cum carnosa membrana à pene auferes,adamussim cõsiderans in cutis extremo ipsius cũ carnosa mẽbrana coalitũ,& carnosæ mẽbranæ sub glande à penis corporib.abscessum.adhæc perpendes ipsius ad glandis radicem ligamentum,deinde & venas cutẽ eã adeuntes, postremò nullã pinguedinẽ adipem've inter cutẽ & carnosam membranam, vt neq; in palpebris hic reperiri,ac proin de leui occasione,vt illas hyatide aut inflatione penis cutẽ infestari.Pene detecto,& deductis cruribus,à pubis osse inter inguina & sinistrum testẽ sectio ad podicẽ vsque ducẽda est,& deinde cũ penis cute scrotũ à testibus & interfœmi-nio liberandũ, sectionibus semper versus dextrũ latus deductis. Quùm verò testes cute carnosaq; mẽbrana nudas, ne testes suo loco moueas inuertas'ue, accuratè obseruandũ est.Quum primũ enim cute nudati sunt , ipsorũ situ,& cui'nã potissimũ parti vasa seminalia illis implãtentur,indagare oportet,vt naturæ discas prouidentiã , quæ testes ita collocauit, vt ipsius vasa sint tutissima,illisque ipsi testes velut propugnacula præponantur. Iam dextrum testẽ cũ ipsius vasis & tunicis à sinistro digitis aut cultello dirimes,& iunctis cadaueris cruribus dextrum testem femori impones,ac mox cultello venã & arteriam seminales dextri lateris, vicinis mẽbranulis ad peritonæum vsque,quà illæ procidunt , deteges, hîc primũ in interiori sede peritonæi,postmodũ in exteriori qualiter transeant,solis manib.considerans.Deinde stylum foramini, qua egrediuntur vi ad testis vsque infimã sedẽ protrudes,& peritonæum vsque ad foramen qua vasa transmittit diuides.Insuper secundũ styli longitudinem cultello foramini quoque indito, ad humiliorem vsq; testis sedem primam ipsius peculiarem tunicam secabis,& repositò cultello,distentaque tunica huius à peritonæo ortũ,& validum ad humilimam testis partem adnexũ , præterea & testis musculũ examinabis. huius namq; natura,ductus & formã in conspectum veniunt vnà cũ gracilibus ramulis,à vena & arteria in hanc tunicam numerosa serie excurrentibus. Hac tunica relicta,testem & vasa nunc rursus hinc inde diligentiùs subleuans, reuoluensq; venam arteriamque ab ipsis contermino semen deferente vase ad testis vsque elatiora discernes. Vt verò venæ arteriæque insertionem adamussim discas, vas semen deferens à proxima testis corpori tunica est liberandũ, non quidẽ vniuersum , sed ad eam vsque partem, quæ venæ arteriæque finibus est proxima.Liberabitur verò vas ipsum facilè, si transuersas sectiones inter testem & vas illud ad suum vsque principium acutiori nouacula duxeris. Hac siquidem administratione vasis illius anfractus, & ad testis connexũ, ortumq; manifestè animaduertes. Verùm nulla ipsius cauitas, neq; quo pacto illud à teste semen assumat, in conspicuo erit.Hoc enim nihil,nisi porosum quid qua testi adnascitur referet,nullo meatu manifesto ex teste in ipsum pertinente. Semen deferenti vase ab intimo testis inuolucro ad eũ modũ liberato,venæ ac arteriæ anfractuum ramuli proximæ testis corpori tunicæ oblati melius conspiciũtur. Vt verò prorsus in conspectum veniant , sanguinem ex anfractibus ad testem comprimes , & deinde anfractibus vinculo ne sanguis refluat interceptis,testem secundum ipsius longitudinẽ diuidere conuenit : deinde quî ex tunica testi proxima,& ex anfractuum fine rami ad testis substantiam excurrant,qualitérque testi ea tunica cõmittatur, quæq; testis sit substantia, obseruare.Atq; hæc primùm in vno quidem teste, deinde in altero sunt examinanda.

*Penis*, & reliquarum partium ventris. Vide in sequentibus sign. **

*Penis*, vesicæ & vrinariorum meatuum, & reliqui semen deferentiũ vasorum ductus, insertionisq; cùm adenoso assistate. & omniũ venis, arterijs & neruis. Diductis itaq; cadaueris cruribus, & cute, vt antea docuimus, ab interfemineo adepta, primùm duos musculos ab orbiculari musculo recti intestini in penis radicem, & potissimùm in meatum vrinæ seminiq; cõmunem pertinentes aggredieris, deinde alios duos, qui ab humiliori pubis ossium sede originem ducentes penis corporib. inseruntur, adimes, ac illico penis corporum originẽ examinabis, acuto cultello dextrũ corpus ab osse vnde pronascitur, quàm poteris proximè diuidens. Deinceps verò in penẽ excurrentib. venis, arterijs & neruis perfuncto riè hîc perpensis, ossa pubis inuicẽ sunt seiungenda: quod fiet ocyus, si vesicæ corpus à peritonæi parte pubis os succingente, cultello diremeris, & deinde cultro quàm minimè crasso pubis ossiũ cartilaginem recta sectione penitùs diuiseris. Mox vno cadaueris crure in mensa relicto, & alio ab illa propendente, ita cadauer in mensa reclinabis, vt ipsius os sacrum mensę lateri incumbat, & vi diductis cruribus, ad trium quatuorũe digitorum latitudinem pubis ossa inuicem seiungas. Quapropter pubis ossium cartilagine dissecta, & dein ipsis ossib. vi direptis, primùm à renib. vrinarij meatus à suis membranis quib. obuoluuntur, sunt liberandi, atq; ad vesicæ vsq; corpus perducendi: deinde vasa semen deferentia, quà ad pubis ossa deorsum in peritonæi amplitudinẽ reflectuntur, pari modo ad glandosum assistentem vsq; ex pinguioribus, quib. integuntur mẽbranis denudandi, atque in eo opere sodalis manu vesicã modò in dextrũ modò in sinistrum cõprimere est necessum, idq; maximè cũ venæ cauæ, & magnæ arteriæ seriem hac in sede inquiris. Quibus diligenter visis & examinatis sinistri penis corpus à pubis osse etiam dirimito, & quàm poteris cõmodissimè vesicam, ipsiusq; ceruicem à recti intestini termino, cui fortium fibrarum interuentu hæret, diuidito, abscetis interim venis & arterijs in vesicã penemq; excurrentibus: quas si prius vinculis fortè intercideres, parum profectò sectioni obesses. Vesicã modò simul cum pene exemptã, alteri cruri aut assercule impones, & denuò seminalis venę ac arteriæ dictũ versus testem, & à teste deinde semen deferentis vasis ad glandulosum assistentẽ progressum obseruabis, quo denuò exactiùs seminalium vasorum harmoniam expendas. Post hæc musculum vesicæ meatui præfectum examinabis, & oblongiori stylo penis glandi ad vesicæ vsq; fundum imposito, vesicæ meatum à glande ad ipsius vsq; fundum cultello secundũ stylum porrecto diuides, vt simul vesicæ cauitatẽ, & ipsius tunicam, & vrinam deferentium meatuum insertionem, & semini vrinæq; cõmunem meatũ peni exporrectum intuearis. Alicubi igitur vrinarium meatum ex renibus in vesicã pertinentẽ forato, stylumq; ad vesicæ fundum vsq; indito, vt membranulas meatus illius ori in vesicæ fundo connatas spectes. quanquam etiam integrum sit, ex vesicæ fundo stylum ipsius meatibus indere. Corpus verò glandosum semen deferentium vasorum susciens implantationem, vt lubet poteris discindere, & quo'nam pacto ea vesicæ meatui immittantur perquirere. Postremò vesicæ ceruicem à duob. penis corporib. ad glandem vsq; cultello secernes, ac deinde duo corpora quo ad poteris inuicẽ dirimes, quamq; habeant formã, quaq; natura ad glandẽ sint prædita conspicies. Vt verò ad amussim ipsorum discas substantiam, peni nunc transuersas, nunc longas, rectasue sectiones induces.

** Administratio reliquarum partiũ ventris nempe

*Musculorum* intestini recti. Reiecta cum suis appendicibus vesica, tres recti intestini musculos, & venas examinabis, quæ à portæ vena huc deducuntur, & quæ cauæ hac in parte sunt soboles. Vbi id quoq; præstiteris, recti intestini finẽ ex corpore exsectum abijcies. Deinde cauam venam, qua primùm sub iecore conspicitur, & magnam arteriam, quà septum transit, deinde ipsarum præcipuos ramos crus adeuntes vinculo duplici intercipies, vt simul cum renibus, si adhuc eos in corpore reliqueris, venas omnes arteriasque ex ventre auferre liceat, &c.

*Vteri*, vesicæ, vrinariorũ meatuũ &c. & vel in muliere

*Non* grauida. Cùm igitur mulieris seminalium vasorum originem didiceris, solis manib. adinuenienda est vterus & vesica, insuper testes & musculi, & venæ quoq; cum arterijs vteri fundo, & ceruici exporrectæ, priusquam scilicet aliquid diuidas. Deinde diductis cruribus à pubis osse vtrinque secundũ pudendi colliculos sectio in cute ad podicem vsque ducẽda est, vt deinceps inguina aliquousque opportunè cute denudentur, & ea quæ in medio sectionib. intercipitur, versus pudendum quoque à pubis ossibus separetur, vulueq; adhuc appensa maneat. Pubis verò ossium cartilaginem diuides, ac illis inuicẽ vi diremptis, mox cultello venam ac arteriã seminales dextri ac sinistri lateris ad testes vsq; ex pingui membrana denudabis. Postquã verò ad testes anfractus deduxeris, ipsorum insertionem & deferentis vasis processum, ipsiusq; in vteri insertionem, & testis substantiam formámq. examinato, ex pingui membrana liberans. Postquã hæc examinaueris, animum adhibebis venis ac arterijs inferiorem vteri fundi sedem, & ceruicem, vesicamq; adeuntibus, quæ in grauidis animalibus accuratissimè, vt & illi, qui à seminarijs vasis in vterum porriguntur, vtq; etiam omnia vteri reliqua in conspectum veniunt, quandoquidem in illis supra modum venæ ac arteriæ turgent. Vrinarij meatus à renibus in vesicam pertinentes, similiter ac in viris ad vesicam vsque à suis mẽbranulis sunt emundandi, & deinceps vterus cum vesica ex corpore eximendus, dissectis in ipsum & vesicã procedentib. venarum, arteriarum & neruorũ ramis, & membranulis vterum vasaque illa cõtinentibus, & fibris quoque, quorũ interuentu vteri collũ intestino recto validè continuatur vnà amputatis. Exempti iam vteri formam contemplaturus, ipsius ceruicẽ inuolues, quo vnà vesicæ ceruicis in illum pertinentis foramen, & vteri fundi orificium citra aliam sectionẽ videas, & modò opportunè vesicam & ipsius ceruicẽ musculumque vrinæ meatui præfectum longa sectione diuidas, vesicæ amplitudinẽ, & vrinariorum meatuũ insertionem, ipsiusque ceruicis cũ vteri ceruice coalitũ inspecturus. Insuper vteri quoq. ceruici eodem modo ad illius vsque os longã sectionẽ inferes, ac acutiori nouacula vniuersum vterũ secundum latera ab ipsius orificio ad cornua vsque diuides. ita enim illius sinũ, substantiam formãq; exactissimè contẽplaberis.

*Grauida*. Illicò à mucronata pectoris ossis cartilagine, ad pubis vsque os acutiori nouacula sectionem molieris, quæ peritonæũ quoq. pernetret: deinde aliam vtrinq. ab vmbilico ad ilia molieris. Hac namq. ratione ilicò se vterus spectandũ offeret: & si in alterum latus illum detruseris, venæ & arteriæ ipsi insertæ supra modũ apparebunt turgidæ, adeò vt ipsarũ neque series neque ortus citra aliam administrationẽ latere possint. His itaq. venis & arterijs, vnà cum vena & arteria sub recto musculo conscendentibus, diligenter obseruatis, leuem sectionẽ nouacula secundũ vteri longitudinẽ tentabis, cauens ne altiùs, quàm vteri est crassities, penetres. post hanc alias duas vtrinque nimirũ vnã duces, cũ illa rectos angulos facturas. Sectionũ labra vnguinibus apprehensa inuicẽ modicè dirimes, & vteri tunicã solis manibus à secundina sensim diuelles, venarũ arteriarúmq. ora ex vtero in secundinam pertinẽtia rũpens, quod in partui proximis feceris facilius, Exemptum ab vtero vnà cũ suis inuolucris fœtũ in peluim aqua plenã repones, atrũ & viridẽ quodãmodo liquorẽ abluens, qui ex effractis vasorũ oris promanat, secundinæque obducitur. Modò autẽ diligẽter secundinæ substantiã, & quæcunq; in illa spectanda sunt, vnguib. aut cultello examinabis, id inprimis animaduertens, num ipsa membrana quæpiã sit vniuerso fœtui obducta, an tantũ instar latioris cinguli sit. lienis substantia efformati. Atque hic etiã sedulò expendes, qualiter secundinæ substantia externæ superficiei eius inuolucri pertinaciter obnascatur, quod farciminis imagini cõparamus, secundumq; seu mediũ inuolucrum nuncupamus. Vbi itaque secundinæ naturã adamussim examinaueris, fœtum hunc inde attolles, secũdi illius inuolucri naturã cõsideraturus, quã simulatque exterius inspexeris, atque qui totũ fœtũ ambiat didiceris, cultello id alicubi pertundes, & fœtus vrinã profluere sines, ipsumque inuolucrũ à fœtu inuertes, atque ab vmbilici vasis dependere tantisper sines, donec intimi quoque fœtus inuolucri sudorem cõtinentis harmoniã didiceris. Hoc itaque pertuso & sudore euacuatũ à fœtu amouebis, & ab vmbilico etiã propẽdere sines, vasa vmbilici inuicem disiungens, meatum illum præcipuè reperturus, cuius beneficio fœtus vrina in secundũ ipsius inuolucrum perfertur. Inuenies autẽ hunc promptè si cultello venas & arterias, quà vmbilico proximæ sunt, diuiseris, ac meatum in ipsorũ medio repositũ indagaueris. Abscisis his vmbilici vasis vnà cũ fœtus inuolucris, & fœtu in mensam extẽso, à clauiculis per costarũ cartilagines ad pubis vsq; os sectionẽ in sinistro magis latere cultro aut nouacula molieris, quę in thorace & peritonæi vsque cauitatẽ pertingit; deinde ab vmbilico venã in iecur & arterias, ad suos, quib. inseruntur ramos, & meatũ vrinã deducentẽ ad vesicæ fundũ, paruo admodũ negocio deduces, omnémque fœtus administrationem absolues.

Admini-

A. *Administratio* seu sectio thoracis partium, & vel

*Exterio*rum

*Sustentaculum* ceruici subijcio, cuius ope ea exporrigatur, caputq; in posteriora reclinatū pendeat, in quem vsum quadrāgularibus illis fictilibusq; lapidibus vti consueui, eos secundum longitudinem tenuioribus suis lateribus mensæ innitentes ceruici supponens, ac caput deprimens. Deinde faciem & vniuersam colli anteriore sedem cute nudo, ac primū faciei musculos qui frontis cutē & palpebras, deinde qui genas, labra & narium alas mouent aggredior, nō præteriens in altero latere venarum, arteriarum & neruorum ramos. Quum itaq; ad eum quem præcipimus modum faciei musculos demonstraueris, eos qui ossi, v imaginem referenti proprij sunt, ac qui à pectoris osse in primam laringis cartilaginem scuti assimulatam feruntur aggredieris. Deinde à pectoris osse & clauiculis musculum liberabis brachium pectori adducentē, insuper illum qui à clauicula primæ costæ inseritur. Ad hos musculum quoq; scapulam pectori adducentem à costis separabis, venis, vti iam diximus, cum arterijs neruisq; obseruatis aut musculis in vno latere dū taxat, in altero verò venas, arterias & neruos expendes. Post hos à pectoris osse & clauiculis resecabunt, qui hinc ad māmillares capitis processus ascendunt, hac in omnibus obseruata ratione vt singuli suis quibus inseruntur ossibus integri adhuc appensi seruentur, postmodumq; in ostē dendo reliquorum sui artuali musculorum numero accommodari possint. Quo'nam autē artificio singuli sint scindendi, quidq; in cuiusq; sectione priuatim veniat obseruandū, in secundo libro suis locis abundè sum persecutus. In præsentia à pectoris osse clauiculas acutiori cultello liberare contendes, robusta quibus illæ pectoris ossi colligantur ligamenta diuidens, ac interim accuratissimè cauens, ne cultello altiùs iniecto, quæ huic articulo subsunt vasa vulneres. Atque hic cartilaginem examinabis, quæ clauiculam pectorisq; ossis sinum, præter alias articulorū cartilagines intercedit, & aliquò reponenda est, vt illa postmodū in sceleti connexū (si vilum fuerit) vti queas. Liberatas autem clauiculas niteris vi à pectoris osse attollere, ac ab illo primaq; costa, in exteriora reflectere. ita enim primæ thoracis costæ cartilago, qua costæ ossi continuatur, in conspectum veniet: quæ cultro non admodum crasso ab osse est liberanda: hic quoq; mente adhibita, ne culter profundiùs mergens, quicquā in iugulo vitiet. Vbi primæ costæ dissecueris cartilaginē deinceps ordine reliquas omnes à costis cultro, aut si voles nouacula dirimet, continuaq; linea inter costales musculos ad thoracis vsq; capacitatem diuides. Liberatum nunc cū cartilaginibus à costarū ossibus pectoris os, nonnihil eleuatū modò in dextrū modò in sinistrum latus reflectendum est, & thoracem intersepientes membranæ quà pectoris ossi proximæ sunt, veniunt vnà cum cordis situ inspiciendæ. Deinceps transuersa sectione septū transuersum à pectoris osse ipsiq; adhuc commissis cartilaginibus adimi debet, & pectoris os sua mucronata cartilagine sursum attolli, sensimq; ab illo thoracem intersepientes membranæ diuelli. quod quum feceris versus cadaueris caput pectoris os reflectes, moxq; iuxta glandium, venam & arteriam vtrinque sub ipso prorepentes retusiori cultello inter membranulas inquires, quas quum singulas vinculis interceperis, os pectoris cum ipsius simul vasis à thorace auferes tunicæ costas succingē tis speciem & intercostaliū musculorum, qui inter cartilagines habentur naturam perpendes. Aut musculis illis non aliter examinatis, os pectoris aliquantisper repones, dum thoracē mouentes musculos simul omnes post cordis administrationē ostendere vilum erit. Quo autē ea quæ in thorace aggredienda supersunt commodiùs commōstrarentur, consueui primùm hamulo hinc inde costas succingentem membranam auellere, & manibus si alicubi pulmo illi fibris cohæret, ab ipsa dirimere. Insuper pertuso costarum quopiam interuallo cui pulmo adnexus est demōstrare soleo, quo'nam pacto hominis thorax subinde pertundatur, non abolita interim respiratione, neque pulmonis motu quiescente. Mox diuisis intercostalibus musculis, costas ad mediam ferè ipsarū longitudinē frangere solitus sum: quod paruo fit negocio si singulæ seorsum manu fortiter apprehensæ vi euertantur, inflectantur'ue. Verùm posteaquam facilē illam parandi sceleti rationem adinueni, vt ossa cadaueris illi compingendo subseruiant, costas integras reseruari malim, & manibus simul omnes costas quantum licet extrorsum retorquere, & dein aliquousq; diuisis intercostalibus musculis inuicem costas sensim dirimere: ita enim satis patens thoracis amplitudo efficitur potissimùm, si secundum dorsi longitudinē ac ad thoracis ferè medium, lapidem aut globum aliquē subieceris, cuius vi dorsi gibbus extra thoracis amplitudinem prominens, intrò in thoracis amplitudinem ducatur, grandiusque inter dextri sinistriq́ue lateris costas fiat interstitium.

*Interio*rū, vel

*Neruorum* septi transuersi. Costis itaque diductis aut diruptis, pari semper ratione thoracis organa sunt aggredienda, ac primum à glandio ad septi transuersi nerueam sedem dextrum ipsius neruum à dextra thoracem intersepiente membrana cultello liberabis: deinde si voles sinistrū quoque: quem vbi simul cum vena à iugulo pronata exporrigi videris, illum iuxta septum rumpas, versus ceruicem, vt postea ipsius videas originem, illum reijciens.

*Membranarum* intersepientium. Mox membranas intersepientes cultello secundum thoracis longitudinem inuicem seiunges, atque à cordis inuolucro liberatas, ipsarúmque ad septum transuersum connexu & venarum arteriarúmque in ipsis serie perpensis, illas è thorace auferes. Id duntaxat præcauens ne vas aliquod insignius lædatur.

*Pericardij*. Iam tēpestiuū est solis manibus cor cū suo inuolucro hinc inde mouere, quisq; ipsius situs formaque inuolucri sint examinare: quanquam & ad id summopere conducit inspectio, quā modicè eleuato pectoris osse cordéque adhuc immoto membranarum intersepientium causa fieri volui. Pulmonis quoq; lobi manibus iam sunt cōtrectandi, vt & ipsarum numerus, situs formaq; indagentur, ac tandem cognoscas nullam pulmonis partem venæ cauæ quà inter septum transuersum, & cor consistit, in hominibus substerni: imò venam simul citraque interuallū & septum & cordis inuolucrum penetrare, & qua vena hæc ducitur, inuolucrum magna amplitudine hominum septo priuatim connasci. Cæterùm dum pulmonem obiter contemplatus fueris, inuolucrum cordis longa sectione diuidetur, & liquor ipsi innatans spongia extergetur, ac demum à cordis vasis inuolucrum resecabitur, adhibito studio ne sinistri recurrentis nerui principium vitietur.

*Cauæ venæ.*
*Arteriæ magnæ.* } Vide in sequentibus signum ▵.
*Cordis.*

*Cauæ venæ.* Vt verò cauæ venæ per ſeptum tranſitum, ac ipſius thoracem ductum examines, ſectionem ſepto ad venæ vſque caudicem induces, præcauens ne duarum cauæ venæ propaginum in illud excurrentiũ radices ſimul vulneres: dein ſurſum paulatim conſcendens, qui cauæ dextræ cordis auriculæ committatur, citra vllam ſectionem obſeruabis. Sic quoq; ſuprà cordis baſim à cauæ dextro latere venam ſine coniuge enaſci inuenies: cuius ramos ductumque meliùs diſces, ſi primùm dextram pulmonis partem verſus ſiniſtrum latus eleuaueris, & poſtmodum ſiniſtrum in dextrũ latus reuolueris. hæc namque citra ſectionem fiunt obuia: quanquam exempto corde & pulmonibus illa adhuc licebit exactiùs intueri. Neque ſanè hæc obiter ſunt ſpectanda, at grauiter naturæ artificium in venæ coniuge carentis ductu, principioque indagandum eſt, diligentérq; obſeruandum, num vt in agnis & porcis aliquando occurrit, vena quæpiam in ſiniſtrum latus porrigatur, iuxta cauæ ad cor connexum pronata. Porrò cauæ in iugulo diſtributio retuſiori cultello quo incumbens illi glãdium adimetur, inquirenda eſt: neque ſanè alio tibi vtendum eſt artificio, quàm vt noſtras ad manũ habeas venarum delineationes, mentemque ſumma cura accommodes, ne venam aliquam pertũdas. Vbi verò cauæ ſeriem adinueneris, vtraque iugularis & humeraria, priùs tamen quantum poteris ſanguinis in illis compreſſo, & deinde caua vena, vbi ſine pari promit venã, vinculis intercipientur, ac quicquid venarum inter vincula conſiſtet, è corpore adimetur, & deinceps abluto ſanguine illicò ad arteriæ magnæ propagines neruóſque recurrentes adinueniendos ſectio conuertetur.

*Arteriæ* magnæ. Corde itaque in manu aſſumpto venæ arterialis & arteriæ venalis ipſiuſq; magnæ arteriæ radices, qua cordis baſi proximæ ſunt intueris: quod factu eſt facilimum, ſi cum ipſarum colori bus tum ſitui mentem adhibueris. dextræque enim auriculæ vicina eſt arterialis vena, & albicans, ac quodammodo in ſiniſtra proficiſcens viſitur, ac inter cordis vaſa elatior eſt. Arteria autẽ venalis venæ modo nigricat, & cæteris vaſis demiſſior, prope ſiniſtram auriculam latitat, neque adeò longè ipſius progreſſus ſe offert. Magna autem arteria in cordis baſis medio ſub arteriali vena quodammodo oculata conſpicitur. Hanc vbi primum intuitus fueris, noſtra neruorum recurrentium cum arterijs effigie ſectioni adhibita, omnes magnæ arteriæ ramos inquirito, quorum ſuperiores ac iugulo proximi citra aliud opus iam erunt conſpicui, niſi fortaſſis glandij aliquot reliquiæ adhuc ſuperſint. Trũcus autem qui ad dorſum retorquetur, non niſi ſiniſtra pulmonis parte in dextrum latus eleuata intuebitur. Cæterùm vt recurrentes videas neruos poſtquam communes laryngis muſculos, qui à pectoris oſſis elatiori ſede procedentes infimæ ſcutum imitantis cartilaginis ſedi implantantur, adminiſtraueris (ſi modò illos priuſquam pectoris os adimeres, cum oſſis, *v* referentis muſculis, non reſecueris) ſexti paris neruum in latere, primum dextro, ſecandum ſoporariæ arteriæ longitudinem ab illa cultello ſenſim liberabis, ipſius ramulum qui coſtarum radicibus exporrigitur, quum iuxta thoracem acceſſeris, & quos hic muſculis ex pectoris oſſis ſummo enatis ſurculos deriuabat, perpendens. Simulatque verò neruum ad arteriam dextræ axillæ porrigendam deduxeris, tres quos ad illam reflectit ſurculos (niſi duo aut vnus tantùm ſit) quàm poteris ſtudioſè vicinis membranulis, acutiori cultello liberabis: ne fortè retuſiori membranulas inter ſcindendum trahens ſurculos violes, quanquam denuò acutus fortaſſis ſurculos ſimul cùm membranis incautè reſecabit. Inuentis ſurculorum principijs neruum aſperæ arteriæ lateri exporrectum à ſua cui nectitur membrana, ipſaque aſpera arteria liberabis, longa ſectione inter neruum & aſperam arteriam acuto quoque cultello facta. Liberatum hoc pacto neruum ſummis ſiniſtræ manus digitis apprehenſum modicè ab aſpera arteria attolles: ſexti verò paris truncum qua ſoporatiæ arteriæ exporrigitur, dextra manu eleuabis, ac deinde mutuo nunc ſurſum nunc deorſum ductis manibus nerui recurrentis reflexum naturamq; perquires. Ad eundem ſanè modum ſiniſtrum ſexti paris truncum à ſoporaria ſiniſtri lateris dirimere conuenit, & ipſius ſurculos quos muſculis à pectoris oſſis elatiori ſede enatis, & coſtarum radicibus exporrigit indagare, & poſtmodum obſeruatis quas pulmonis tunicæ deriuat propaginibus, & eo ſurculo, quem ſecundum venæ arterialis trunci ſiniſtrum latus, cordis baſi offert etiam accuratè perquiſito ad magnæ vſque arteriæ truncum, qui ad dorſum reflectitur, ſexti paris huius lateris neruus eſt deducendus, & acuto ſimiliter cultello ſoboles recurrentẽ neruum hîc efformantes ſunt adinueniendæ. Hos vbi videris, obtuſiorem ſtylum ſub eo arteriæ trunco verſus ſiniſtrum aſperæ arteriæ latus protrudes, & leuato nonnihil ſtylo truncum arteriæ à dorſo cui firmiſſimè committitur, modicè dirimes. Deinde ab aſpera arteria neruum ad arteriæ magnæ vſque truncum liberabis, & vtraque manu ipſius reflexum, vt in dextro latere oſtendes. Reliqua verò ſexti paris neruorum ad ſtomachum ſeries, non niſi exempto pulmone conſpicietur.

*Cordis.* Demiſſo dein pulmone, cordi à dextræ auriculæ radice ad ipſius vſque mucronem nouacula ſectionem induces, in dextrum ipſius ventriculum vſque penetrantem. Mox ventriculo digitis diſtento ſpongia ſanguinem ſemel atque iterum elues. Vena enim caua & arterialis vena & ſanguis in vẽtriculum fluat, isque poſtmodum ſpongia exugatur, comprimendæ ſunt. Exterſo ſanguine dextri vẽtriculi amplitudo eſt indaganda: deinde ſtylo tres membranæ ori venæ cauæ præfectæ obiter veniũt ſpectandæ. Vt verò prorſus in conſpectum veniant cultello dextro ſinu in cauam venam intruſo ſectionem à ventriculo per auris corpus in venam vſque duces: qua diſtenta membranæ omnino videbuntur, & auris cauitas naturaque ſi ipſam inuerteris, facilè hac adminiſtratione cognoſcentur. Deinde quum venæ cauæ intueris orificium, coronalis venæ origo etiam apparebit: cui ſi ſtylum ex molli plumbo indideris, quónam pacto cordis baſim cingat, ramóſque in ipſius corporis ſuperficiem deriuet, obſeruabis.

A. *Partium* interiorum thoracis adminiſtratio, ſectio, examen: & vel

*Pulmonis.*
*Iecoris.*
*Faucium.*
} Vide in ſequentibus ſignum *

*Partium*

*Pulmonis.* Nunc autem si visum fuerit, foramine inter aſperæ arterię cartilagines facto, illiq; fistula quapiam indita & aſpera arteria ſuper foramen compreſſa pulmonem inflari curabis: inflatus ſiquidē ſuam formam manifeſtiùs commonſtrat, corq; ex toto amplexatur. Corde in hunc modū abiecto aſperam arteriam (ſeruata interim larynge) examinabis, primū quidem ipſius cartilagines & membranas, quibus illæ inuicem colligantur: & dein ipſius primā in pulmones ſeriem, qua inuenta aliquam pulmonum fibram integrè à reliquis pulmonibus abſecabis, ac in venæ arterialis ramū, & arteriæ venalis & aſperæ ramos ſtylum intrudes, & diuulſa pulmonis membrana horum ramorum propagines, diſtributioniſq. naturam inueſtigabis. ad quod mirificè conduxerit vndecunque rupta lobi illius membrana ipſum inter duos aſſeres adeò comperimere, vt pulmonū ſubſtantia à ſuis quibus obnaſcitur vaſis abſcedat. Licebit modò aſpera arteria ab ipſius capite diuiſa, eaq. deorſum à ſtomacho tracta pulmones omnino è thorace auferre, & ſtomachi progreſſum adinuenire. qui citra aliam ſectionē pulmone reiecto vnà cum neruis ſexti paris illum amplexantibus, conſpectui ſeſe offeret. Tamen vt neruorū in ventriculi orificium ſeriem intuearis, ſeptū tranſuerſum à ſtomacho liberandum eſt, ipſaq. inſertio ſi ventriculus adhuc in corpore aſſeruatus ſit, indaganda. Inſuper foramine alicubi in ſtomacho qua collū perreptat facto, fiſtulaq. illi indita ventriculū quàm poterit maximè inflari curabis, & deinde ſtomacho iuxta laryngis radicem diuiſo, illum cum ventriculo, aut ſolum, ſi prius ventriculū ademeris, è corpore trahes, glandulis illis qui in medio ipſius ferè ductu plurimū cōſiſtunt, ſimiliter examinatis.

*Iecoris.* Iam quoq. tempeſtiuum eſſet (niſi id prius præſtitiſſes) iecur à ſepto trāſuerſo ſecernere, ac tandē ex corpore auferre. quod vbi feceris, ipſiuſq. formam diligenter contēplatus fueris, cultello venæ cauæ iam flaccidæ indito, hanc longa ſectione aperies, vt exactè pateat ipſius per iecoris ſubſtantiā trāſitus, deinde ramorum à caua in iecur ingreſſus. Vbi itaq. duo præcipua illorū videris orificia, alteri ſtylum quàm poteris penitiſſimè indes, & ablato venę portę quo iam antea eam intercepiſti vinculo, illius quoq. ramo ſecundum venæ cauæ ſtyli ductū in iecur præcedenti alterum ſtylum immittes, & poſtmodum obtuſo cultro iecoris ſubſtantiam ab illis ramis qui ſtylos continent, niteris abradere, vt venarum per iecoris corpus ſeriem ipſiuſq. ſubſtantiam diſcas, ac demum inter duos qui ſtylis diſtenduntur ramos bilis veſiculæ meatulos obſerues, & bilis veſiculā à iecoris corpore eraſam inuertas, ſolamq. ſedulò contempleris. Poſtremò venæ ab vmbilico in iecur deductæ ingreſſum, inſertionemq; expendes, mente thoracis vertebrarum corporibus adhibita, vt cultello grandem arteriam ſecundum longitudinem aperias, ramorum quos vtrinq; in coſtas ſpargit viſurus orificia. Deinde ramis illis diſſectis arteriam ex corpore adimito, & venæ coniuge carentis propagines expendito, vt & hanc quoque à vertebrarū corporibus liberes. Modò tibi in propatulo eſt ſexti paris neruorum cerebri ramus, quo radicibus coſtarum exporrectus ſub tunica coſtas ſuccingente ad organa à peritonæo circūplexa cōtendit. Vt verò neruulos cernas quibus ramus ille adaugetur, à thoracis vertebris tunicam coſtas ſuccingentem detrahes, vt coſtis pariter hac nudatis quæ modò recenſuimus, conſpiciantur. Cæterùm vbi à coſtis tunicam thoracis cauitatem ſuccingentem ita diuulſeris, cultelli mucrone ad coſtæ os proximæ adacto tunicam obſeruabis, quæ priuatim ſingulis coſtis obuoluitur, eam dico quam ſecundum coſtas ſuccingentem tunicam nonnulli diſſectionum periti nuncuparunt.

* *Partium* interiorum thoracis adminiſtratio: & vel

*Organorum* in faucibus poſitorum. Nunc os adeundum eſt. & quandoquidem iam faciei omnia extrinſecus perſecutus es, vt id aperias neceſſum eſt. quod nulla ratione facturus es meliùs, quàm robuſto cultro infimæ maxillæ inferioris ſedi ſenſim appoſito, & poſtmodum huius malleiq. opera maxillæ inferioris oſſe diuiſo. Verùm ad eum modū oſſa, quæ ſceleto præparando alioquin apta eſſent, propter fractam inferiorem maxillā vitias: & ſi illæſa maxilla illam in altero latere in ſuo ad temporis os articulo diſſoluere conatus fueris, atq. ita illa in alterū latus reflexa, quæ in ore ſunt adminiſtrare propoſueris, ſectionis claritati vtcunque oberis. Quapropter diuiſo, ad eum quē dixi modū oſſe, primū fortioris cultri dorſo diuiſioni impoſito, illoq. poſtmodum obliquato, oſſa inuicem modicē dirimes: ac deinde vtroq. ſingulis manibus apprehenſo, extrorſum deorſumq. vi torquebis, osq. aperies. Deinde è narium foraminibus obliquatum inſtar ſyphonis ſtylum in oris vſq. amplitudinem protrudes, gargarionis naturā examinās. Mox cultello à gargarionis radice ad inciſorios vſq. dentes in oris tunica ſectionem duces, eam cutis alicuius modo nonnihil ab incūbentibus organis liberans. In hoc opere tertiū neruorū cerebri par ſeſe offeret, qua linguæ & inferiori maxillæ deriuatur, dein ſeptimum cerebri neruorum par ſexto commiſſum, vnà cum ſoporali arteria interioriq. iugulari vena: & ſi aliquantulum aſcenderis, quartū quoq. neruorum cerebri par, & ramos quoſdam tertij paris & quinti paris temporali exporrectos muſculos videbis, ſi modò vnū organū ab alio ſenſim ſeparare non piguerit. Ad hæc linguæ muſculi adinuenientur, in quorum adminiſtratione neruorum in linguam excurrentiū propagines, ac venæ ſimul & arteriæ ſeſe offerent. Muſculi etiam inferioris maxillæ reconditi hîc paruo negocio occurent, is videlicet, qui in ore delitescens, cum temporali & maſſetere maxillam ſurſum ducit, & is qui à proceſſu ſtylum referenti enatus, ad ſummum mentum inferiori maxillæ implantatur. Præterea tonſillæ aliæq. glandes vaſorum diſtributionibus in faucibus præfectæ, tibi hanc adminiſtrationē molienti pulchrè occurrēt. Laryngis autē muſculi ſunt aggrediendi, ipſorúmq. nerui dum diſſecātur non perfunctoriè veniunt animaduertendi. Ablato itaq. nunc vnà cū lingua oſſe, υ imaginē referente, laryngéq. ac ſtomachi initio inferiorē maxillā à ſuperiori prorſus liberabis, nō neglectis interim peculiaribus hîc repoſitis cartilaginibus, quas perinde ac cartilagines clauicularum cū pectoris oſſe articulos intercedentes, ad ſceleti conſtructionem aſſeruare nihil prohibet. Atq. ita etiam pari ratione os, υ imaginem referens, & laryngis naſiqūe alarū cartilagines ad eundē vſum aliquò repones. Nunc palati tunicam, & eam quæ nares ſuccingit, ab oſſe ſedulò in hoc abrades, vt mutuū earū tunicarū diſcas nexum. Si verò quū caput dorſūmq. mouētes muſculos aggrediebaris, primū dorſum agentium par ex ſententia non ſpectaueris, id modò ablatis his quæ fauces occupabant factu eſt facilimum, adeò vt & capitis dorſiq; motibus præfectos muſculos tantiſper integros aſſeruare nihil prohibeat, quouſque inferiorem maxillam, eaque quæ faucibus continentur, ſectionis ſerie ademeris.

B. *Administratio* seu sectio partium capitis

*Exteriorum*

*Palpebrarum.* Optimè cultellis paruis, quibus in aptandis calamis vtimur & hamulis negocium perfeceris. Cutem enim omni industria à carnea mẽbrana ad tarsum vsque in vtraque palpebra oportet adimere, ac nequaquam perfunctoriè cutis cum carnea membrana connexũ intueri, adipisq. hic absentiam, vt pars leuior, musculoq. sequacior redderetur perpendere, id namque vtiliter affectuum gratia quos ἐλεπάθεις Græci vocant, & alios qui in palpebras non infrequẽtes procumbunt, fluxus perdisces.

*Buccarum*, oris seu labrorum. Horum musculorum administrationem à latis ac ex carnea cõstantibus membrana musculis opportunissimè auspicaberis, & primùm acutiori nouacula in cute rectam sectionem, à summo mento, mediaq; inferioris labri sede (vbi cutis in ruborem desinit) ad pectus vsque secundum colli longitudinem duces, ita quidem ad amussim, vt sola cutis ad subiectum vsque musculum carneámve membranam diuidatur. Deinde alia ducenda est sectio ad vtriusque labri extremum secundum ruboris finem, sic vt orbiculari linea os vniuersum obducatur. His alia per nasi longitudinem addetur sectio, & si priùs frontis musculorum compagem & palpebræ musculos aggressus fueris, nulla præter has (nisi sub aure ad medium vsque occipitij) in facie sectio est ducenda. Cæterùm à fine sectionis ad pectoris vsq. os ductæ transuersa vna sub clauiculis, & summo humero & scapularum spina; ad dorsum vsq. perficietur. licebit & his transuersam ex faucibus, seu ex gutturis regione vsque ad spinam adiicere. His tentatis sectionibus hamulo cutis leuabitur, ac in altero latere acutiori nouacula cutis à subiecto membraneo musculo, omni industria liberabitur. Quod nullibi feceris molestiùs, quàm vbi laqueus ceruicem compresserit. hic enim laquei occasione, cutis membraneo musculo pertinacissimè connata reperitur, & etiam cutis instar cornu adeò inibi mox indurescit, vt vix nouaculam admittat. Quanquam musculorum sectioni corpus opportunius adhibetur, ex quo venæ priùs sectæ vniuersum sanguinem in aquam calentem effuderint, quandoquidem nũc non toties, venæ sanguine inanitæ dum musculos diuidis venient colligandæ, atqua adeò frequenter spongiis abstringẽdæ. Ex altero autem cadaueris latere, vnà cum cute musculum latum tenuemque auferes, atque vtrinq. musculi naturam, & fibras neruosq. ac munia intuebere. Fibrarũ autem huius musculi seriem nequaquam oscitabundus in tota humiliore inferioris maxillæ sede præteribis, quin priùs eas strumarum vel vt vulgo dicimus scrophularum gratia diligenter examinaueris. quo in eo abscessus genere quum vsus expetet, fœliciùs ac magis industriè tumentes glandulas exsece. Vbi hæc igitur sedulò obseruaueris, eius lateris musculum, quem subditis corporibus adempta cute affixum reliquisti, omni ex parte adimes, atque administrationem ad proprios labrorum musculos conuertes, qui in conspectum veniunt, quam primùm adipem qui his præcipuè in buccarum regione incumbit, permiscetur. vnà cum lato, qui ex carnea cõstituitur membrana, musculo ademeris. Liberabis itaq. ab inferiori maxilla primùm duorum qui inferiori labro elargiuntur capita, sensim ea ad insertionem vsq. vt fibras examines deducens. Cæterùm posteaquam inferiores liberati fuerint à malis, duos quoque superiores dissecabis, atque illis ad superius vsque labrum deductis quatuor musculorum functiones, capita huc illuc trahens spectabis.

*Nasi.* Postremo musculo alæ nasi & superiori labro communi à malis derasо, ac ad alam vsque & labrum deducto, eius quoq. vsum contemplabere. In præsentia autem sufficerit adhuc sermoni adiecisse tunicam illam, quæ narium amplitudinem ambit aliquousque, cultello & subditis partibus abradendum esse, vt commodè tenuem membraneumque musculum intro alam mouentem intueari. His omnibus resectis secundus alterius lateris musculus externa ipsius superficie longè spectatissimus est, vt tamen ipsius naturam quoque examussi obserues, vnde cunque vnguibus hamulisque est diuellendus, ac postmodum à maxillis & dentium ginguiuis derasus, à tunica oris cauitatem obtinente venit liberandus. Et quo huius musculi rarior magisque admiranda est constructio, fibrarumq. mirabilis implexus, eo studiosiùs illum in multas particulas non mediocri delectatione discerpes, atq. ad buccarum motum, non autem maxillæ inferioris, illum auxiliari speculaberis.

*Interiorum : & vel*

*Caluariæ.* Caluariam leuiter iuxta dictam orbicularem lineam diuides, ita vt nihil eorum, quæ cerebrum ambiunt, violes: id quod serra tenui & recta ex duriore ferro administrabis. Nã ex infirmiori fabricata, multis ictib. parum admodum proficitur. Hic sedulò experieris specillo demisso, num ad os penetraueris. Diuisa iam in orbem caluaria, iuxta lineam in cute ductam, auferetur, diligentia adhibita, ne quid interaneum excidat: quod cauebis, si retusa cultri parte indita, caluariam liberes.

*Membranarum.* Liberata atque ablata caluaria statim duæ membranæ, quas menyngas vocant, occurrunt: harũ crassa distat à cerebro plurimùm: quanto interuallo, condisces, si in singulis tribus partibus, in quas totum cerebrum secatur, paruo facto foramine, exiguæ cuiusdam tubæ initium, aurificum folliculo persimilis, per quem ipsi dum ignem accẽdunt, aerem inflare solent, indideris, eoque parti diuisæ impositо, menyngem orbiculatim constrictam inflaueris, regionem ei subditam haud modico impleri aere conspicies. Siquidem hæc menynx crassa caluariã succingit. quum cerebrum verò attollitur, & submittitur, accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius est ratione. Hac menynge specillo indito per mediũ super illud diuisa, aut in totum ablata, altera in conspectum venit, penitùs cerebro coniuncta, quæ pia dicitur mater. Hanc vnguibus, aut cultello diuelles, ac deinde sensim à cerebro, ipsiusque anfractibus eam digitis detrahes.

*Cerebri.*
*Neruorum.*
*Oculorum.*
} Vide in sequentibus signum *

* Admi-

*Cerebri.* Abrasis vel auulsis membranis, magnam cerebri portionem scalpello auferes, dum ad regionem calli naturam quodammodo referentem peruenias: postquam ventriculi in vtraque parte singuli occurrunt, per totum cerebrum dispersi. In his cernes plexus secundarum modo efformatos. Porrò ventriculos leuiter tuis distendens digitis, ne plexum perrumpas, intuebris venas quidem ex sublimi regione ad lenum, quod torcular dicitur, descendentes in ramorum seriem diffundi: arterias autem à subiecta parte humili emergentes, similiter, & has in ramos propagari, ac reticulum secundis simile, constituere. Inter hos ventriculos septum quoddam existit, adeò tenue, vt cum in clara luce consectionem administres, splendor ipsius pelluceat similiter lapidibus specularibus, quos minutim secantes ostiis imponunt. Quare hæc pars admodum eleuanda non est, ne diuellatur: quanquam manifestò ipsam videre nisi eleuatam non licet. Siquidem priusquam in totum extendatur, laxa est, & rugosa, neque relucere, neque continuitatem suam potest ostendere. Sursum autem tracta eatenus, vt tota sit tensa, non tamen iam diuulsa, clarissimè apparebit. Hinc tertius ventriculus apparet, qui est tanquam meatus, in quem anteriores cerebri ventriculi coeunt. Vt autem huius meatus ductum euidenter contuearis, tenue specillum, curuumque per anteriores ventriculos demitto, leuiter ad cerebrum propellens. Huic meatui incumbit fornix, & conarium iuxta ortum: & nates, quæ ex vtraque parte meatus: circumiacet: & vermiformis, seu vermicularis excrescentia, quæ cerebri meatui superiacet. Hoc inuento vermiculari processu, cum duobus suis extremis, altero in priore parte, altero in posteriore: paulatim auferes permulta ex corporibus quæ incumbunt, vt sola relinquantur ea, quæ iuxta meatum duplex habent vtrinque extremum, dictis vermibus figura simile. Hinc quartum cerebri ventriculum considerato, quod facilè abs te fieri poterit, si sub radice duræ membranæ partis dextram & sinistram cerebri partem interuenientis stylum detruseris. Quo tamen eos videas exactiùs, acutioris cultelli mucrone longis ductis sectionibus omnes sunt aperiendi: & deinde cultello tota duræ membranæ pars cerebello superius obducta, orbiculari sectionem secundum os ducta venit præsecanda, aut sectione secundum longitudinem ducta, diuidenda, ac retrorsum reflectenda. Deinde etiam repositò capite, & cerebello in pronum posito, ipsius intuebris sinum, & partes, quibus dorsali medullæ connascebatur, &c.

* *Administratio* partium capitis interiorum.

*Neruorum* cerebri. Inspectis cerebelli partibus, neruorum paria in uestigētur, quod fiet manu inter cerebrum & frontis os inserta, cerebrum sensim attolletur, vt primùm à plerisque vocatum cerebri māmillarem processum, & deinde olfactus organa seruientes videas processus, qui è suis sinibus stylo quopiam aut digito veniunt euellendi, & vnà cum cerebro sursum in posteriora flectendi, in quo opere caput nō inutiliter in occiput reclinabitur. ita enim reuolutum eorum processum ortum pulchrè ostēdet. Atque hic in conspectum venient.

*Primò*, neruorum par primum, oculis dicatum, & sub illis peluis (13. fig. S. 4. fig. C.) cerebri pituitæ expurgandæ parata: mox & arteriarum in duræ membranæ amplitudinem ingressus occurret 13. fig. N, O.

*Deinde* secundum par, quod fiet, si visorios neruos priùs diuiseris & diligenter resecueris, tunc capite in sinistrum latus reclinato, & cerebri parte, quæ adhuc reliqua est, in suum locum vtcunque reposita, cerebrum postea in sinistrum latus deorsumque reflectes. 14. fig. G. 15. fig. G. G.

*Tertiò*, minor tertij (14. figur. H) paris radix, qua diuulsa cerebrum adhuc magis in sinistrum deflectes, & mox tertij (14. fig. I.) & quarti (14. fig. K) paris exortum intueberis: insuper & quinti (14. fig. I, M) paris originem, quam simiter diuidere competit: vt neruulum intuearis, qui iuxta quinti paris radicem principium obtinens, temporali musculo, & in ore delitescenti maxillamque attollenti, offertur.

*Quartò*, sextum (14. fig. N) par, & septimū (14. fig. O) si variis ipsorum, quibus ortum ducunt, propaginibus animū adhibueris.

*Oculorum.* Primùm itaque palpebrarum, & deinde oculi musculos, vt iam suprà ostensum est, inquires: in quo opere neruorum quoque & venarum arteriarumque per oculorum sedem ductuum habenda est ratio, secundi dico neruorum cerebri paris & minoris radicis tertij paris: quorum ramulos facilè adinuenies, si eos in pinguedine, oculi musculis obducta perquisiueris: & præcipuè si ossa reseruare nolens integra serra frontis os superiorem oculi constituens sedem instar trianguli priùs execueris, & deinde primùm neruos illos, & postea extracto oculo ipsius musculos indagueris. alias enim oculus cum musculis illæso osse esset eruendus acutiori cultro in oculi circuitu proximè ad os ductis sectionibus, vsque ad nerui visorij è ealuariæ amplitudine, qua cerebrum continetur egressum. Vtcunque verò oculum euulseris, conduxerit semper adhærescentem membranam quàm licebit vicinissimé ab osse dirimere, imò etiam eius portionem, qua internam palpebrarum efformat sedem, oculo appensam seruare, vt interdum adhuc intactis oculi musculis cultello accutiori ad iridem vsque ab oculo ac si cutem à corpore auferres auellere, & deinde vnde ortum duxit considerare possis. Aliquando verò ipsam non nisi ablatis oculi musculis aggrediaris, perpendens semper hanc totam anteriorem oculi sedem, præter corneam tunicam, seu pellucentem duræ tunicæ partem amplectitillos verò totam posteriorem, præter portiunculam ab ingrediente visorio neruo occupatam.

*Reliqua* vide in sequentibus sub signo **.

*Auditus.* *Linguæ.* } Vide in sequentibus signum ñ.

** *Administratio* reliquorum ad oculum pertinentium.

*Cæterùm* oculo & musculis & adhærescente membrana libero, visorium contẽplaberis neruum, primùm venas & arterias, secundum ipsum excerebro in duram vsq; tunicam exporrectas: deinde portionem visorij nerui longa sectione diuides, & cultelli mucrone duræ cerebri membranæ & tenuis membranę portionis neruum inuestientes, & postmodum nerui substantiam inquires, vt velut trium præcipuarum oculi tunicarum initia ostendas, & deinde visorium neruum ab oculo diuides, vt nihil præter duram, ceu exactissima quæpiam sphæra appareat. Spheram hanc summis digitis siniſtræ manus ita apprehendas, vt pollex quidem pupillam, reliqui autem eam sedem in quam visorius neruus implantatur, comprehendant: dein dextra manu acutiori nouacula sectionem quàm poteris longissimam in dura oculi tunica transuersim duces, vt citra compressionem omnes oculi humores excidere possint. Hi enim hac ducta sectione, oculoq; in dextram manum assumpto, in manus siniſtræ volam ita sunt demittendi, vt crystallinus vitreo elatiorem locum habeat: negocium enim cõfuderis, si vitreus super super crystallinum reuoluatur. Atq; id ne fiat vitabis, si quum in volam ex oculo humores prolabi finis, oculũ non admodum à vola eleuatum tenueris, & posterior oculi pars, qua visorius neruus inseritur, volam magis respexerit. Susceptis ad hunc modum humoribus, & reposita illa oculi parte ex qua humores prolapsi sunt, manum leuiter modicéve inuertes, vt aqueus è vola siniſtræ manus profluat, solusque vtreus cum crystallino reseruetur. Mox considerabis tunicã palpebrarum pilis quàm similimam, quæ orbiculatim crystallino humori connata anteriorem vitrei humoris sedem innestit, integitque. Tuniculam hanç cultelli mucrone à crystallino humore primùm diuelles, & deinde à vitreo subleuatam supra chartam extendes. Crystallinum humorem digitis ex vitreo quàm maximè compressum eximes & vitreo in suum locum in charta reposito, illæsum crystallinum humorem scripturæ alicui primùm impones, & deinde cultelli mucrone ipsius lateri modicè indito scripturæ, nunc altiùs, nunc demissiùs accommodabis, qui omnia specilli instar longé quàm sint maiora reddat, consideraturus. Porrò ipsius tunicam, quàm tenuissimæ in cepis pelliculæ modo tenuem ac pellucidam, sed duriorem esse diximus, ex ipsius primùm lateribus cultelli mucrone dirimere conuenit, & deinde vnguibus ab humore auulsam, in suum in charta locum reponere. Vt verò crystallini humoris discas duriciem, poteris illum inter digitos premendo confringere, & postmodum carthæ adhibere. Cæterùm vt resadhuc reliquas comtempleris tunicas, oculi partem ex qua humores deciderunt, super siniſtrum pollicem euertes: & ilicò quæ ex visorij nerui substantia dissoluitur, tunica sese offert, aut extensa adhuc aut vt plurimùm solent, instar muci collecta. quapropter stylo rursus venit extendenda, & quantam habeat amplitudinem, cuiusque coloris & substantiæ sit inquirendum. Deinde rursus erit colligenda, ac denique à suo principio vbi duntaxat firmatur absecta, in chartam reponenda. Iam interna vueæ tunicæ sedes vndiquaque est conspicua: in qua primùm ipsius intueberis colores, deinde hamulo à dura ipsam diuellens venarum ex dura in illam transitum, & nigricantem ipsius colorem perpendes: quum verò ad iridem diuellendo pertigeris, ipsius hic contemplaberis ad corneam firmissimum connexum & pupillam: cuiusque coloris vuea sit, qua à cornea abscedit, atque è corneæ regione consistit. Diuulsam hoc modo vueam, & à suo exortu vbi firmissimè corneæ duræve commititur dissectam, in chartam repones, & solam iam duram cum pellucida ipsius instar cornu partem, quam carneam vocamus, contemplaberis, ipsius examinans crassitiem & eam partem pellucidam. Postquam & hanc in suum ordinem in charta locaueris, memorię omnia commendaturus, velut ab oculi centro ad extimam vsque superficiem, & hinc rursus ad centrum singula enumerabis, & postea nisi molestum fuerit siniſtrum aggredieris, à quo adhærentem membranam, & musculos vt in dextro administrabis, verùm in durum quæ vueam simul penetret sectionem, nullã duces, sed quàm minimè compresso oculo nouaculæ mucrone sensim sectionem in dura molieris, non quæ primo iniectu eam diuidat, sed quæ sæpius iterata ad vueam vsque pertingat. sectioni deinceps tenuem, sed retusum stylum inseres, ac sensim vueam à dura dirimes, vt iam commodè forpicula duræ tunicæ sectionem, quæ orbiculatim oculum ambiat, illæsa interim vuea perficere queas, vt venarum ex dura in vueam transitum, & vuea postmodum dissecta humorum situm paulo meliùs contempleris.

Ω. *Administratio* partiũ capitis interiorum

*Auditus* organi. Absoluta oculi Anatome, auditus organum, si ossa reseruanda minus duxeris, erit aggredien dum. & primùm auris natura euadit conspicua, si à cartilaginea, qua conformatur substantia, cutis vtrinque separetur. Ad auditorij nerui processus difficiliùs adinuenit, serra tamen maxima ossis portione, quæ supra meatum habetur, & deinde cultro fortiori reliquo osse ad meatum vsque execto membrana in quã neruus degenerat, & huius organi officula euadunt conspicua. Si enim serra meatum tetigeris, omnia vitiabis, & cultro etiam subinde nihil promouebis, quòd in augusto & anfractuoso meatu, mollis tenuisq; neruus facilè cum ossibus diuellatur contundaturq;. Quæ omnia tamen mihi percommodè succedunt, si serra totam ossis partem, quæ auditus organum continet, à reliqua caluaria libero, & deinde transuersim validiori cultro, os vniuersum impetu disseco. Conuenit autem ita sectionem moliri, vt ea ossis sedes, quæ neruum cerebro procedentem primum excipit, ab illo separetur, cui auris connascitur. Rursus si ossa haud reseruanda putas, suaserim vt frontis os quæ supercilia spectat, passim effingeres, sinum illum quem continet accuratè examinaturus. idem quoque in osse cuneum imitante moliendum est, vt ipsius quoque antra crebrò apparentia, & quæ illis continetur materia, in conspicuo sint.

*Linguæ*. Diducta igitur vtraque maxilla, & oris tunica, cutis modo à subditis organis, quàm licet exquisitissimè cultello vndecunque detracta, omnium primi secabuntur obliqui, quorum principium à processibus stylum imitantibus pendet, quod iam ab oblongis illis officulis venit liberandum. Iam hos ad linguæ radicem studiosè secutus, eam carneam molem, quam nono loco recensui, ab inferiori maxilla liberabis, atque quàm poteris, accuratissimè ipsius inscriptiones, & ipsi immixtum adipem, deinde illius etiam exortus & implantationis latitudinem spectabis. atque hæc perfeceris promptissimè, si modò ad dentium incisoriorum radicem, & sub mento vicissim sectionem tentaueris. Mox post hos aggredieris, qui ab internæ maxillæ sedis lateribus enascuntur, & linguam ad latera mouent. Post hos autem, aliorum duorum obliquorum, ab ossis hyoidis lateribus originem ducentium principia liberabis. Postremò autem illi ab hyoide osse auferentur, quos primos recensuimus, quique maximam linguæ radicis partem constituere videbuntur. In huiusmodi administratione, exiguum cultellum liberandis musculorum capitibus operi accommodabis, ad reliquam verò separationem buxeum cultellum, quòd mucosi admodum sint musculi, adhibere nihil prohibet, Cæterùm linguæ reliquum corpus ad hunc modum aggredi consulo, ante omnia id ambiens crassior membrana, toti communis ori deradetur. Deinde & illa membrana, quæ musculis omnibus est communis, quamque frustra separare contenderes, relicta sectio ad linguæ medium super id quod diximus ligamentum, & secundum linguæ longitudinem ducetur, non superficialis tãùm, sed quæ ad medium vsque linguæ penetret, aut etiam vniuersam diuidat. Mox hamulis & cultellis, fibrarum corporis linguæ naturam sedulò inquires, ac qui fibræ ligamento committantur, eæque inuicem varient, & commisceantur perspicies, num scilicet eo, quo dictum est modo, aut dissimili sese habeant.

C. *Admi-*

*Primùm* cutem cum adipe & membrana carnosa adimes: atq. id perfeceris commodissimè, si ab externa brachij sede, secundum radij ductum, & pollicis exteriora sectionem duxeris, quæ cutem membranamque carnosam diuidat. Deinde ad cuiusque digiti latus alia ducenda est sectio, quæ depilem (vt sic dicam) manus cutem ab exteriori dirimat, vt illa cũ brachij & cubiti cute auelli queat, ea quæ internam summæ manus sedem integit adhuc relicta. Neque in cute adimenda nunc alio indiges artificio, quàm quo lanij boues excoriant. Quum tamen ad radicem brachialis in interna manus sede perũentum fuerit, transuersa sectione cutem nunc liberatam ab illa, quę in vola adhuc reliqua est resecabis. hæc namque latescentis tendinis nomine asseruanda venit. Priusquam verò tendinem illum aggrediaris, accuratè perpendito totam cubiti sedem paulò minùs toto liuescentẽ, ob membranam quæ musculis proximè adnata illos inuicem committit, atque ne ipsi sua sede declinent, amplectitur. In conspectum enim cubitum occupantes musculi iam veniunt, sed ita commissi, vt solum lineas quæ ipsos dirimant, intuearis: quum tamen mutuò prorsus disiuncti apparebunt, si leues duntaxat sectiones secundum dictas modo lineas duxeris. Huius membranæ naturam eò obseruabis diligentiùs, quò magis perfunctorie, imò nihil prorsus Anatomici illius meminerint. Cæterùm vt latescentem videas tendinem, animum accommoda cubiti internæ sedi, in cuius longitudine ipsius musculus & tendo, quum adhuc gracilis est, exporrigitur. Cultello itaque à brachialis radice sectionem lineam ad tendinis & musculi latus vtrinque versus internum humeri tuberculum molieris, & postmodum iuxta brachiale tẽdinem à sublatis organis liberabis: & cultello transuersim ipsi subiecto & sinistræ manus digitis tendine eleuato, vniuersum musculum ad ipsius vsque caput separabis. Deinceps acutiori nouacula cutem manus adhuc reliquam à vola & digitis abscecare conator, à brachiali sectiones semper transuersas molitus, eadem omnino ratione, qua cutem à carnea membrana diuidere iamdudum assueuisti. Quum verò id tentas, duriusculus sese offeret adeps, cutem & tendinem illum intercedens, qui tantò diligentiùs quoque animaduertendus est, quantò tendinem magis à cute dirimit: & tendinem non toti cuti proximè adnatum, sed duntaxat fibrosis nexibus membranæ carnosæ modo, & adipis interuentu pertinacissimè commissum ostendit. Examinata cute musculi caput ab humero liberatum à brachiali pendêre fines latescentem tendinem, à subditis quoque aut nouacula, aut paruo, sed acutiori cultello auulsurus. Porrò si hic musculus in interna cubiti sede sese non offerat, atq. duorum musculorum qui brachiale flectunt, capitibus ad humeri interius tuberculum, nullum musculum incumbere videris, præsentem musculum deesse coniicito: quod sanè non infrequenter tibi occursurum scio. Non quòd negligentia illum præteriturus sis, verùm quòd prorsus deerit eius vicem tunc supplente inferiori, interdum etiam superiori brachiale flectentium musculo, aut transuersi in brachiali ligamenti portione, quam pari modo, vt latum tendinem indagabis. Iam itaque omnia cute libera sunt, vnde etiam & quosdam extremæ manus musculos citra aliam sectionẽ aggredi possis, eum videlicet qui pollicem à reliquis digitis remotissimè abducit: & deinde duos primùm ipsius internodium flectentes, sic & musculum cuius beneficio paruus digitus à reliquis maximè abducitur, exteriorem primùm eius digiti os flectentium dissecare liceret. At opportuniùs feceris, si donec omnes summæ manus musculos adimere possis, hos seruaueris, atque adinternam cubiti sedem te rursus contuleris, in qua primùm administrandi veniunt duo brachiale flectentes, quos rectissimè primùm ab ipsorum tendinibus, iuxta brachialis radicem aggredieris. Si enim hos ab subditis musculis aliquantisper auulsos eleuaueris, ac deinde transuersis sectionibus, illos ad internum vsque humeri tuberculum à subditis liberaueris, vniuersam ipsorum ferè naturam mediocri negocio spectabis. Inferioris namque capite abscecto & musculo ab vlna liberato, vt is duntaxat ab insertione dependat, ipsum vt visum fuerit aut adimes, aut adhuc appensum fines. Superioris autem tendo à brachiali non est absecandus, verùm aut musculus suo liberatus capite in latus est reponẽdus, aut tendo nonnihil ante brachiale venit resecandus, vt in sectionis serie eius tendinis insertio reddatur conspicua. Mox primus digitus mouentium sese totus offert, quem vel solis digitis à subdito dirimes, quemadmodum etiam omnes, quorum latera non committit neruosa illa membrana, quæ communis ligamenti munere fungitur. Vbi itaque ipsius capite adhuc ad exortum commisso, quatuor ipsius ante brachiale carnosas portiones inspexeris, validus cultellus in transuersum ligamentum recta est iniciendus, vt huius acie antrorsum ducta, id ligamentum diuidatur. Dein eadem ratione secundum indicis longitudinem transuersum internæ ipsius sedis ligamentum diuides, mentem acommodans, ne hac prorepentes tendines lædas: quod optimè caueris, dummodo cultelli dorsum semper tendines respiciat, ipsęque cultellus rectus sit. Eandem sectionem in tribus reliquis digitis moliri in presentia posses, nisi sensim magis magisque horum ligamentorum naturam aut discere, aut alios ostendere propositum esset. In indice itaque duntaxat, aut alio quouis digito hac ducta sectione primi musculi digitos mouentium caput liberato, & illo apprehenso, & ad te sursum tracto, id ex brachialis sinu tantisper reponito, quousque quatuor ipsius tendines ad quatuor digitos porrigi conspexeris. & deinde priusquam illius tendinis insertionem obseruaueris, qui indici exporrigitur. Hac enim inspecta, & musculo rursus in suam sedem reposito, eius caput trahendum venit, vt ipsius innotescat munus, intuearisque qua ratione primo indicis articulo in flexum secundi tendo ille adniti nolit, vti sanè reliqui transuersis adhuc ligamentis inuoluti innitũtur, proximéve attenduntur. Nunc ligamentis trium reliquorum digitorum, ac cuiuscunque tendinis insertione & perforatione, qua subditum transmittunt tendinem, notatis musculum à manu in anteriora reflexum mensæ exporriges, aut si in sinu manum habueris, propendere à digitis fines, ac eum qui tertium quatuor digitorum internodium flectit, suo capite liberabis, quod nonnihil occulitur sub musculo superiorem radij partem in pronum ducente. Priusquam tamen id ab ulna abradas, conducet ex brachialis sinu quatuor ipsius tendines attollere, & animum adhibere, qui citra omnem operam musculos hos tendines producens ab illo diuellatur, qui ipsius superiori lateri accumbens, tertij pollicis ossis flexionis autor habetur adeò vt vtrumque musculi vnius loco in homine habere nequeas. Liberatio itaque secundi musculi capite, & ipsius quoque exortu, quem ab vlnæ ligamento assumit (quod inter radium & vlnam, vbi inuicem hæc ossa dehiscunt, obuium est) vniuersum musculum ex brachialis sinu repones, eius mucosam perpendens membranam, & tendinum ipsius seriem.

*Reliqua* vide in sequentibus signo **

*Venarum.* Vide in sequentibus signum A.

*Ambulandi.* vide in sequentibus signum B.

C. *Administratio, seu sectio artuum*

*Comprehendendi, ceu Manus: & vel*

*Musculorum*

*Cauendum*

*Reliqua* ad musculorum manus admini strationem pertinentia.

*Cauendum* tamen est ne quum eos attollere studes, gracilem musculum singulis tendinibus exporrectũ viol es: hic enim quum tenui committitur, atq; etiam primo digiti ossi inseritur, ad tertium vique articulum secundi musculi tendines oscitanter eleuare prohibet. Quum itaque hos tendines primi musculi tendinibus traiici, atque in tertium os inseri videris, vtrumque musculum in suum locum reponito, examinatu rus, num secundi musculi tendines primum digitorum os flectant solu, aut simul cum. ipsis primi musculi tendines & eius generis reliqua. Primo musculo à digitis resecto, secundum in brachiali sinu transuersum diuides, vt ipsius tendines adhuc in vola reseruentur, gracilium musculorum causa, quatuor digitos pollici adducentium. Modò tertium musculum pollici subseruientem à radio liberalis & ad tertium pollicis internodium duces, ipsius tamen transuerso ligamento, vt in reliquis digitis, prius diuiso. Hunc vbi abstuleris, musculi brachiale flectentium superioris insertionem speculare, quam in radicem postbrachialis ossis indicem sustinentis molitur. Atque nunc tibi interna cubiti sede adhuc duo tantùm musculi supersunt, radium in pronum mouentes, qui quàm citra aliam operam conspicui sint, donec & horum op positos videas, opportuniùs seruabũtur. In præsenti itaque ad externam cubiti sedem accedas, in ea potissimùm obseruaturus transuersa ligamenta, quæ ac si vnum essent sese offerẽt, verùm dum tendinib. quos ligamenta continent mentem accommodabis, ac seorsum vnumquodque, vt in interna digitorum sede præcipimus administraueris, vt minimum sex numero occurrent, quæ antequam musculos separes diuidere possis, nisi priùs in cubito cuiusque musculi tendinem separare statueris. At commodius erit aut simul omnia ante musculos, aut priusquam vnumquodque saltem ante suum musculum aggredi. Primus autem esse potest qui postbachiali ante paruum digitum inserius id extendit, cuius tendo ex suo sinu eleuabitur, & deinde acuto cultello aut nouacula totus musculus ab vlna liberabitur, accuratè interim ab illo, qui superiori ipsius lateri committitur, quique parui digiti extensioni potissimùm famulatur, diuisus. Vbi itaque huius caput ab externo humeri tuberculo dissecueris, illum postmodum à postbrachiali liberabis, nisi appensum ipsi asseruare lubeat, quò tandem brachiale extendentium & flectentium musculorum munus conspicari valeas. Post hunc is ex sinu attolletur, qui minimos digitos à cæteris deberet abducere, cuius tendines aut tendo potius ad digitos ducendus non est, nisi ab externo humeri tuberculo is cum subsequenti iam in enarratione musculo (qui digitos mouentium decimus septimus numerabatur) libera tus fuerit. Illum autem diligenter ex suo quem nos ipsi tribuimus sinu attolles, atque ab illis, qui superiori ipsius lateri exporriguntur, diuulsum ab humero quoque resecabis, nũc sedulò animaduertens, num in tres aut quatuor ducatur, tendines, & quibúsnam digitis illi inserantur, quæque ipsorum ad digitorum radices sit commixtio. Idem in illo, qui paruum digitum præcipuè extendit, molieris, neutrum ab ipsis digitis absecans, nisi & modo subsequentem ad insertionem vsque deduxeris. Occurrent enim nunc tria illa, quæ vlna producit principia, quorum inferius, & brachiali propinquius obseruandum venit, à quo musculus, pronascitur, qui indicem & medium à pollice abducit. Huius itaque principij portionem quæ illum musculum constituit, ab vlna diuides, atque ex suo peculiari sinu eleuatum & sensim à brachiali & postbrachiali quibus fibroso nexu hæret liberatum, ad digitos vsque deduces ad amussim nunc trium illorum musculorum tendines, & insertionem perpendens, quam multò accuratiùs intueberis, quàm ego illam (quum varia sit) describere possim. Cæterùm illis à digitorum internodiis ad vngium vsque radicem resectis, qui pollicem euertunt aggredieris. ab vlna itaque reliqua tertij principij parte resecta, musculus pollicem uersus indicem euertens, ad ipsius insertionem ducetur, similiter secundi principij musculi, qui bicornem transcendunt tendinem, ad pollicem & brachiale vsque auellentur, atq. vnà cum reliquis à digitis reiicientur. Qui bicorni tendine brachiale extendit, modo prorsus est conspicuus, nisi quòd nonnihil sub musculo longiori radium mouentium occultatur. hic itaque suo exortu liberatus, ad postbrachiale ducetur, & ipsius examinata sectione, etiam cum cæteris abiici poterit. Supersunt adhuc in externa cubiti sede duo radium in supinum agentes, qui citra sectionem etiam vt & interiores radij duces sunt conspicui, longissimi tantùm capite excepto, quòd penitùs nonnihil inter posteriorem cubitum flectentium musculum & extendentium exteriorem latitant, non tamen adeò impensè, vt non liceat ipsius capite ab humero resecto, illum ad insertionem vsque cum reliquis radium mouentibus musculis perducere. Si itaque nunc ligamentum in cubiti longitudine inter ossa positum animaduerteris, extremæ manus musculos ordine aggredi tempestiuum fuerit, ex quibus quatuor statim graciles euadunt conspicui, quos Natura tendinibus tertium digitorum os flectentibus exporrexit. Deinceps ille liberatur, qui pollicem ab indice maximè remouet, mox duo primùm pollicis internodium flectentes. Deinde tres secundũ pollicis os flectentes, quos eò diligentiùs obseruare oportet, quò magis antehac dissectionis professorib. incogniti fuerint. Hos subsequetur, qui pollicem indici proximè accommodat, dein qui paruum validissimè abducit, vt tantùm octo adhuc sint reliqui, quorum ope prima quatuor digitorum internodia flectimus. Iam digitorum articulos diuides, ligamenti & articuli speciem obseruans, & attentissimè perpendens officulorum vsum, quæ à sesaminis similitudine nomen mutuantur. Reperies enim interiori secundi pollicis articuli regione duo reliquis in manu insigniora, in hoc ibidem fabricata, vt quum in articulatione illum articulum Natura fieri voluerit, is tamen firmus esset & ad flexionem in acutissimum angulum pertinax, & obliquorum etiam motuum obscurissimè particeps. Deinde tantò minora eius classis ossa in primis reliquorum internodiis videbis, quantò in acutum magis hoc articulos Natura flecti voluit, & ipsos obliquioribus motibus quàm secundum pollicis internodium donare visum fuit. Insuper primùm pollicis articulum diuides, eiusmodi ossibus destitutum, & laxum admodum. Idem quoque in postbrachialis & brachialis ossibus experieris, at longè diligentissimè brachialis ad cubitum articulo animum accommodabis, quòd hic cartilago examinanda veniat, vlnam à brachiali dirimens. Quinetiam perpende obsecro, stylum imitantem processum non procerius extra sinum, quo brachiale excipitur, prominere quàm radij appendicis mucronem. Dein expendito, parem ligamenti huius articuli in vtroque latere formam esse, vt vnà mecum omnibus quoque similem vsum ascribas, ne quum Naturam celebrare instituis, illi inartificiosissimam constructionem, cum Galeno imponas. Recta nunc summa manu, priorem cubitum flectentium musculum suis principiis liberato, quorum exterius ex suo sinu eleuandum est, & ligamento articuli humeri ipsum continente recta sectione dissecto id à scapulæ collo adimetur, interius valido quoque cultello ab interiori scapulæ processu diuidetur, & vtroq. principio deorsum reflexo huius musculi carnosa insertio in hos humeri animaduertetur: qua dissecta ad radium vsque sola manu ab subdito musculo iste prior auelletur. Vbi verò huius insertionem intuitus fueris, is appensus seruabitur, & posterior ab humero derosus ad ipsius quoque insertionem ducetur. Posteriores eadem ratione aggredieris, primùm illum qui ab humeri ceruice pronascitur liberans, ac dein illo cui scapula initium præbet, vt postmodum hoc deorsum tracto, secundum animaduertas ipsi innatum, ac sub illo ab humero prodeuntem. Quando itaque hi ad insertionem producti sunt, neque vllam fibrarum insertionem animaduerteris, cubiti articulum subinde flectito & reflectito, examinaturus num vel tantillum quidem extra rectum tramitem dimoueri queat. quod quum in articulo solis ligamentis hærenti. & iam propemodum luxato obseruas, quid fieri in nobis arbitrabere, articulo tot musculis adhuc vestito? Vt tamen hæc omnia exactiùs rimeris, ossa inuicem seiungenda sunt, non solùm humeri cum vlna articuli gratia, verùm & radij cum humero, & radij rursus cum vlna.

# De Administratione venarum, arteriarum, & neruorum manus.

A. *Administratio* venarum, arteriarum & neruorum manus.

*Primùm* itaq; à summo humero ad pollicis vsq; unguem in cute sectionem adeò leniter duces, vt cornosam membranam non vulneres: deinde sectionis labris inuicem diremptis, omni studio laboriscq; patientia cutem à carnea membrana ita auferes, vt adipem omnem membranæ adhærere sinas, studioseq; expendas, ne venam quampiam aut neruulum cuti connexum sinas. & si fortè aliquem ramũ cuti exporrectum negligentia diuiseris, atque cũ cute aliquousque à carnea membrana seiunxeris, illũ à cute sedulo reseca, & carneæ membranæ, ita atq; prorepebat, obtendito, ac dein cutem, quemadmodũ cœpisti, adimito, nullibi cutis aliquid, neque in brachio, neque in cubito, neque in manu extrema relinquens. Iam venulas & neruulos obseruabis, duræ membranæ qua brachium attollentem integit musculum oblatos: dein primum neruum brachij, qui carnosæ membranæ aliquousque in externa brachij sede exporrigitur, dein ramulum tertij nerui inter musculum brachium attollentem, & eum qui brachium pectori adducit, in carneam membranam hic in anteriori brachij sede disseminatum. In posteriori autem brachij sede & inferiori regione externi lateris brachij neruorum surculos expendes carneæ membranæ à quarto neruo brachium ingrediente deriuatos, simul cum ramo quem externæ cubiti sedi obliquè offert. Mox sexti brachium petentis nerui, seriem vniuersam expendes: ea enim tota carnæ membranæ duntaxat exporrigitur. Iam humerariæ secundum internum latus musculi brachium attollentis, egressum spectabis, & ramulos quos hinc inde donec cubiti attingat articulum dispensat. Ad cubiti autem articulum ramum obseruabis obliquè deorsum ad communis venæ constitutionem, ab humeraria diffusum: dein eum, qui secundum radium in posteriora cubiti ad paruum vsque fertur digitum, axillaris venæ ramum sibi ascisens. Ramũ verò quem humeraria rariùs ad articuli cubiti profundiora mittit, si modo ad fuerit, etiam citra sectionem expendes, axillaris venæ portioni animum ccommodans, quæ sub media longitudine brachij carneam membranam subit. Hanc enim ramum ad communis venæ constitutionem promere cernes: dein alios ipsius ramos secundum vlnam, seu inferiorem cubiti regionem ad brachiale ferri spectabis, & etiam animaduertes huius portionis soboles per interiorem cubiti sedem variè admodũmq. implicite ad brachiale vsque & manus volam excurrentes. Præterea communis venæ seriem vniuersam quoq. intueberis, ad secundi brachiũ petentis nerui propagines animum dirigens, quæ ab illo producuntur, simulatque in cubiti articulo carneam membranam ex alto adit: ad hæc ramum quarti nerui etiam spectabis, qui externæ cubiti sedi ad brachiale vsque spargitur. Neruos autem digitos implicantes, aliquo pacto etiam modo cernis, verùm magis conduxerit, eos tum primum expendere, quum radices ipsorum ad digitos vsque perduxeris. Postquam itaq. hæc omnia non resecta adhuc carnea membrana diligenter non sine magno vsu spectaueris, carneam membranam vnà cum ipsi annexis venis & neruis à succumbentibus musculis auferes, ac mox musculum, cuius beneficio brachium pectori adducitur, ad ipsius vsque insectionem ab illis quibus adnascitur partibus, liberabis. idem & in illo molieris, qui brachium attollit, & qui scapulam mouentium primus & secundus habentur, dein clauiculam à summo humero resecabis, & musculum auferes à pectoris osse & clauicula mãmillari capitis processui insertum, & eum qui à scapula ossi v imitanti implantatur, & eum quoque qui à prima pronatus costa, transuersis processibus ceruicis vertebrarum inseritur. Cæterùm, quum hos adimis musculos parum curandum est, num illos auferas illæsos, parúmq. vulneratos. hic enim non musculorum, sed vasorum natura venit discenda: & perpetuò cauendum est, ne vas non autem musculus vitietur. Si itaque ad hunc modum accuratè hos musculos ademeris, in ceruicis vertebrarum latere neruorum radices seriésq. eleganter occurrent, qui ab illis prosiliunt vertebris: atque ita etiam plexum neruorum in brachium excurrentium obseruabis, à quo seriatim cuiusque nerui digestionem persequeris. Ac primus occurrit qui musculo brachium attollenti præcipuè offertur: deinde secundus & tertius. quorum seriem commodiùs spectabis, si capita musculi cubitum flectentium anteriori illine vnde prodeunt, liberaueris, atque à subdito illi musculo ad insectionem vsque ipsius detraxeris. Mox enim ita præter secundi & tertij nerui ad brachiũ ingressum, etiam quarti & quinti & sexti nerui, & dein arteriæ & axillaris & humerariæ venarum ingressum adinuenies, sensímq. singulorum seriem sequeris, quæ in secundo neruo obseruatu est prompta, & tertij quoque nerui series ad cubiti vsque articulum in propatulo est vti etiam & quinti nerui & sexti. Quartus autem neruus qua secundum brachij os versus externum illius tuberculum retorquetur, non occurrit, nisi obliquè secundum nerui ductum musculos cubiti extensionis autores dissecueris, neruſq. progressum ita vitatis musculis persequutus fueris. Vbi autem hunc ad externum cubiti articuli latus vsque deduxeris, ramósq., quos hactenus in progressu edidit, examinaueris, musculis ab externo humeri tuberculo principium ducentibus à sua origine liberatis, ramos quarti nerui expendes, qui illis musculis offeruntur, & eam sequeris propaginem, quæ tandem externæ pollicis regioni, vt & indicis quoque & medij surculos exhibet. hanc enim leni negotio reperies, si musculo attendens bifido tendine brachiale extendenti. Iam quarti nerui propago similiter inquirenda est, quæ vlnæ exporrecta, ad brachiale vsque excurrit, & musculis ab externa vlnæ sede initium ducentibus surculos depromit. Vt verò reliquum tertij quintíq. nerui, & dein reconditæ axillaris venæ portionis & manus arteriæ in cubito extremáque manu progressũ videas, musculorum ab interno humeri tuberculo originem sumentium capita veniunt liberanda, ita enim in anteriori cubiti articuli sede venæ & arteriæ, & tertij nerui incubitum ingressus occurret: & eleuato secundos quatuor digitorũ articulos flectente musculo, ipsorum ad brachiale vsque progressum etiam obseruabis, vna cum quinti nerui (qui secundum posteriora interioris humeri tuberculi in cubitum fertur) portione vlnæ exporrecta, atq. sub medio longitudinis vlnæ ramum diducente, qui in cubiti exteriora reflexus externa sedi parui digiti & anularis & medij surculos offert: quem leui negotio, quum in superficie propemodum ducatur, adinuenies. reliquum verò quinti nerui & tertij progressum reperies, si transuersum in interna brachialis sede repositum ligamentum diuiseris, ac dein exiguo cultello venæ arteriæ, & eorum neruorum seriem ad extremos vsque digitos perduxeris.

# De Administratione musculorum,

## tibiam mouentium.

*Tibiam* mouentium. Ab ilium ossis summo ad medium vsq. tibiæ longa ducetur sectio, cutem, adipẽ, & carneam membranam diuidens, absq. omni enim arte cutis cum carnea membrana laniorũ artificio ad mediam vsq. tibiæ longitudinem attollenda est. Mox secundum femoris longitudinem in interna ipsius parte obseruabitur, sexti musculi membrana seu tendo, quem cutis modo à subiectis liberare cõuenit. eius igitur parte quæ anteriorem femoris sedem ambit, ad externum femoris latus deducta, eam quoq. quæ posteriorem sedem integit, similiter versus externũ latus dirimere necessum est, quo manu transuersim inter ipsius tendinem & septimum musculum interiecta, & sursum deorsũmq. mota, tendinis insertionem & musculi quoq. originem intuearis. Vbi originis locum inueneris, nouacula, aut cultello, hanc ab ilium ossis spina abscecabis, & illam digitis attollens, ad tibiã vsq. totum musculum auelles, accuratè tendinis istius ampliſſimi naturam & carnosam huius musculi partem inspiciens, & musculũ à sua insertione pendentem relinquens, quo postea ipsius functio rectiùs innotescat. Post hunc primi musculi caput, ab anteriori summaq. ossis ilium parte cultello liberabis, & ipsius capite digitis apprehenso, absq. negotio ad insertionem vsque à subditis diuelles. Mox nouacula à pubis ossi qua id alterius lateris pubis ossi cartilaginis interuentu committebatur, secundi musculi initium dirimes, & illo similiter digitis apprehenso, musculum vniuersum ad insertionẽ vsq. perduces. Iam nonum aggredi liceret, verum commodiùs feceris, si uerso crure illos, qui à coxẽdies osse oriuntur, priùs administraueris. Quod vt rectè succedat, necesse est insignẽ musculũ, qui alteram natem constituit, auferre, quia spina ossis coccygis & posteriori parte ossis illum spinæ enatus, magno femoris processiu potissimum inseritur, femur, vti suo loco audies, moturus. Nouacula igitur huius musculi carneum principiũ ab illis vnde procedit ossiũ sedibus est abradendum, vt subditis musculis quoq. eleuatum, in latus commodè reflecti possit. Aliàs enim ex coxendicis ossis appendice, pronati musculi sese suis capitibus non ostenderent, quæ sua exortus serie iam veniũt ditimenda. Cæterùm vt exactiùs voti compos fias digitis in posteriori femoris sede, adhibita quoq. si voles retusiori nouacula, musculos inuicem seiunges, vt capitum mutuo incumbentium crassitiem leuiori cura coniectari liceat. Quod vbi præstiteris, vtrunq. à coxendicis osse abscecabis, & tertij capite in manum sumpto ad ipsius insertionem à subditis detrahes. Quũ verò quarti etiam musculi caput similiter diuellis, sedulò attendẽdum est illi carnosæ parti, quæ à femore pro nata, quartum auget. Hæc enim cultello à femoris osse liberanda est, priusquam totus musculus ad insertionem perduci possit. Iam quintus Galeni musculus erat dissecandus, verùm noster ipsi incumbens sese adeò manifestè offert, vt admodum naturæ artificiũ admiraturus sis, quæ illũ sinum tam affabrè exculpsit, vt tertius musculus in illo repositus vnà cũ hoc, ac si vnus ambo essent, à Galeno auulsus fuerit, quapropter huius quoq. capite ab ossis coxendicis appendice liberato, totus musculus ad suam quoq. insertionem detrahetur. In præsentia quintus Galeni musculus se ad amussim in lateribus, & posteriori sede ostendit. Verùm quia femoris motibus subministrat, opportuniùs in femur agentiũ musculorum sectione administrabitur. Quanquam nihil etiam prohibeat ipsius capite nerueo à coxendicis appendice liberato illud deorsum trahere, transuersisq; sectionib. ab illo, qui ipsi in anteriori sede adnascitur musculo, diuidere. Vt simul & huius, & carnosæ illius partis insertionẽ ortúmq; intuearis. Verso nunc crure, noni musculi principium altiùs nonnihil inter quosdam femoris motores reconditum ab ossis coxendicis tuberculo separabis: quod vbi digitis attraxeris, ad patellam vsq. citra sectionem adimetur, & liuida ipsius substantia, quæ sinui octaui est septimi musculi insidet, vnà cum ipso sinu spectandã sese exhibebit. Hoc ad patellam relicto, septimi musculi exortũ ab osse sedulò derades, & musculi principio sensim in exteriora reflexo, ab octauo musculo illum ad patellam vsque liberabis. Octauum verò operosiùs à femore deradere conuenit, quum vndiq. ferè ossi adnascatur: vbi tamè ad patellam vsq. abrasus, atq. vnà cum septimo & nono à femoris osse reflexus erit, operepretium feceris, si singulorum musculorum motum expenderis, quod pari ratione atq. in aliis musculis præstiturus es, illorum scilicet capitibus ad sedes vnde pronascuntur attractis. Verùm hic tibiæ motus propter frequentia in genu & femore vulnera tibi tantus esse debet, vt pede à tibia abscecto, & tibiæ carnibus quam possis examussim citra horũ musculorum læsionem ademptis, ipsos aggredi debeas. Neq. sanè pedem cum tibiæ carnibus ademptum esse sat est, imò nihil æquè conducet, atq. omnem carnem coxendicis articulo incumbentem vnà auferre, ne femoris motus tibi cum aliis anatomicis in hoc opere illudat. Nudo enim articulo semper vnà intuebere num femoris caput vel tantillum in suo sinu mutetur. Et quo minus præter rectã flectionem extensionemq. tibiam immoto femore, aliam nullam moliri conspicaberis, expende quanto minus id in nobis tibia præstet, quum tot carnibus vndiq; femur circumuestitur. Porrò extendentium tendinum permixtio nouacula inquirenda venit: vt scilicet intuearis, quis musculorum insigniorem commixti tendinis portionem obtulerit. Quinetiam attendendum erit cuiusmodi patellæ in illo tendine nexus sit: ac demum qui nullius ligamenti beneficio, imò nullius prorsus corporis interuentum patella femori innitatur.

*Femur* mouentium. Vide in sequentibus, sub signo ☉.

*Pedem* mouentium. Vide in sequentibus sub signo ☽.

*Venarum*, arteriarum & neruorum. Vide in sequentibus signum ♂.

*Musculorum* — *Administratio* seu sectio cruris: & vel

De Admini-

# De Administratione musculorum,

## femur mouentium.

*Eorum*, qui femoris motibus præsunt musculorum administrationem, ab extendentibus meritò in illo crure, in quo tibiæ motores aggressus es, exordieris. Assumpta itaq. ex minus fragili ferro nouacula, quæ ossis impetum aliquando sustinere possit, primi musculi caput (si modò dum mouentes tibiam musculos dissecares, illud non abstuleris) ab osse coccyge & ilium ossis dorso transuersis sectionibus niteris abradere, quousq. in secundum musculum incidas. Quando autem vniuersi musculi principium ab osse derasum erit, licebit hoc reflectere, & solis manibus (nisi nouacula quoq. vti voles) à subditis partibus ad magnum vsq. femoris processum liberare. Quod vbi præstiteris ipsius longam intueberis insertionem, procul etiam sub magni femoris processus radice descendentem. Hæc enim non vulgariter venit perpendenda, vti neq. huius musculi forma substantia, fibrarum ductus, & manus vel absessuum duntaxat nomine, quos crebrò in ipso, & præcipuè iuxta magnum processum in illius tendine indicimus. Secundus dein pariter ab ilium osse nouacula dirimendus est, mente adhibita, ne tertij quoq. principium vnà adimatur, exortus enim continuitas, quæ linea duntaxat interstingitur, vtrunq. musculum vnà facilè auferri finit. Vbi itaq. sensim reflexo secundi musculi initio, & transuersis semper secundum ilium ossis dorsum factis sectionibus ad tertij musculi principium deueneris, secundus iam totus venit reflectendus & manibus attractus ad insertionem vsque à tertio diuellendus. Tertius quoq. eadem ratione ab ossis ilium dorso post secundum abradetur: atq. hoc ad ipsius etiam insertionem de ducto, quartus ab ossis sacri lateribus cultello auertur, & manibus apprehensus, ad magnum vsq. femoris processum à ligamento, cui innititur ex coxendicis articulo dirimetur. Facilima enim horum postquā primum administraueris, est aggressio, qua obita, licebit singulorum motibus examinatis, omnes quatuor abiicere. Quintum post hos musculum à coxendicis ossis infima sede, & pubis osse acutiori nouacula simul totum callidè abrades, & ad suam in femur insertionem illum perducens eam accuratè obseruato, non neglectis ipsius inscriptionibus, seu delineamentis, fibrarúmq. ductus differentia. Animum etiam dum hunc præscindis accommoda, ne simul quoq. octauum musculum tanquam quinti partem incautus auferas. Quinto itaq. à femore resciso, acutiori cultello à lateribus corporum vndecimæ, & duodecimæ thoracis vertebrarum, & trium primarum lumborum, sexti musculi caput venit liberandum, & capite eius apprehenso, totus musculus ad paruum vsq. femoris processum à subditis est dirimendus: quod si voles, solius manus ope perfeceris, nisi fortè & hunc musculum, quum dorsum mouentes administrares, iamdudum inspexeris. Postquam verò ipsius tendinum, & quo semper pubis os fertur, sinum indagaueris, septimus opportunè aggredietur. Hunc itaq. nouacula transuersis ductis sectionibus, ab interna ossis ilium sede ad coxendicis vsq. os quà descendit erades, & musculo manibus eleuato, ad minorem vsq. femoris processum, ipsius insertionem consideraturus, detrahes: non præterita interim, sinus sui quò deducitur, inspectione. Mox octauum transuersa linea à pubis osse abscetum vsq. ad insertionem, quæ similiter suo principio lata est, diuelles: obseruans interea, ne nonum quoq. imprudens adimas. Duo qui adhuc supersunt musculi, quoniam pubis ossa dum vesicæ & sedis spectares musculos dirempta sunt, atq. iam vnum tantùm crus, in quo tibiam mouentes musculi administrabas, ad manum habes facilè secabuntur. Nonum itaq. & decimum à pubis osse & coxendicis abrades, & ipsorū connexum & in maioris femoris processus, sinum ac implantationem examinabis, nequaquam perfunctoriè prætériens decimi reflexum, & quæ ad huius latera vndiq. nascitur musculosam substantiam cum decimo musculo ad insertionem vsque exporrectam. Quum hos femur circumuertentes resecueris, membrana se spectandam offert, totum pubis ossis foramen comprehendens, & hoc loco sibi vtrinq. incumbentes musculos dirimens. Similiter etiam ab acuto coxendicis ossis processu, in quinti sacri ossis latus durum ligamentum produci contueberis, cui quartus femur mouentium musculus innitebatur, quodque hæc ossa firmiùs committit. Deinde aliud iamdudum sese obtulit ab eodem sacri ossis latere, cui nuper dictum inseritur, enatum, atque in posteriorem, illiq. elatiorem coxendicis ossis appendicis sedem insertum.

κ. *Administratio* musculorum femur mouentium

*Tempestiuum* itaq. erit, à musculo quatuor digitorum secundum internodium, flectente ligamentum illud abradere. Deinde sedulò à calcis osse musculus ille liberabitur, qui paruū digitum in externum latus abducit, & statim ille, qui pollicem in internum latus à cæteris digitis amouet, vt musculus quatuor digitorū secundū articulum flectens sese offerat, isq. à calcis osse liberari queat, ac postmodum ad digitorum radices duci. In tendinū verò ipsius administratione pari modo vt in manu fieri præcepimus, cultello exiguo transuersum digitorum ligamentum secundum ipsius longitudinem diuides, ac deinde qualiter subditos tendines transmittant, atq. in secūdos articulos interantur spectabis, sectionem rursus ad tibiæ posteriora conferens. Iam enim in poplite latitans musculus adeò pulchrè occurrit, vt ipsius naturā non minùs atq. ego illam describere possim intueri valeas, & non oscitanter animaduertere integrum sit, num vel minimū tibiæ flexioni opitulari queat. Hæc intuitans illum à genu orticulo liberabis: & nisi articulum ad ligamentorū inspectionem seruare propositū sit, nihil prohibet à tibia femur liberare, quo commodiùs tibiam & pedem postmodum pertractes. Absecto igitur aut relicto, vt lubet, femore, musculū secundum pollicis flectens internodium, suo principio liberatum à subditis ad calcem vsque detrahes. Deinde & illum quoque similiter auelles, qui tertium quatuor digitorum os flectit. Vt iam vtroque ad suos sinus deducto, transuersa ipsorū ligamenta longa sectione diuidere, ac postmodum ipsorū Xliteræ instar in cubitum examinare liceat. Ille enim è vestigio obuius est, quum ex suis finibus detractos tendines, à pedis planta deorsum reflectis: neq. ita duntaxat in cubitus ille conspicitur, imò etiam portiūcula se offert à musculi pollicem flectentis tendine illi admixta tendini, qui tertium indicis internodiū flexurus est. Quinetiam hac administratione occurrūt musculi quatuor digitos pollici adducentes, quos à calcis osse liberatos, atq. ad insertionem perductos, vnà cū tendinibus, quibus illi porriguntur, adimere conuenit, vt carnea moles primos digitorū articulos flectens, inspiciatur: quam ex tuo arbitratu, aut prorsus à pedij ossib. abrades, aut illis connexam sines. Iam musculus, qui adhuc in posteriori tibiæ sede reliquus est, quíq. pedis motib. famulatur, à fibula & tibiæ osse, & horum membraneo ligamento ad posteriorē vsq. interni malleoli sedem liberabitur, ac peculiari ipsius transuerso ligamento longa sectione diuiso, ad insertionē vsque musculus ille ducetur. Cæterùm iam opportunum est, & anteriores tibiæ musculos aggredi, atque hic omniū primum transuersum ligamentū sectione per longum facta diuidere conuenit. In quo opere magna tendinum congeries sese exhibebit, quorū (vt singulos ordine intuearis) primum tendinem attolles, pedem mouentium sexti. Huius musculi caput aliorum musculorum modo, ab exortu liberatū ad insertiorem vsque ducendum est, quod mediocri fit negotio, si vtrinque musculi latera ab ipsi connatis cultello aut nouaculo diuiseris. Post hunc totus sese ostendit quatuor digitos extendens, musculus: vbi hic à tibia liberatus ad insertionē ductus erit is aggredietur, qui pollicem extendit, quem similiter à tibia liberatū ad insertionem ducere expedit. Supersunt in tibia duo pedis motibus famulantes musculi, qui fibulæ exporrigitur. Horū sectio à ligamentis transuersi inter calcem & fibulam positi, dissectione inchoabitur, & deinde tendinibus eleuatis, vniuersum musculorū corpus à fibula dirimetur, vt postmodum ipsorum insertionem liquidò videas ac demū musculos, qui superiorem pedis sedem occupant, suis principiis liberatos, ad insertionem perducas, atque ita vniuersæ musculorum fabricæ, summam manum imponas.

λ. *Administratio* musculorū, pedem mouentium.

# De Administratione, venarum, arteriarum, & neruorum cruris.

*Administratio* venarum, arteriarum, & neruorum cruris:

*Cæterùm* priusquam cruris neruos & vasa inquires, etiam diligenter obseruabis neruorũ ex lateribus thoracis vertebrarum prosilientium distributionem, quam tunc demũ oportunè inuenies, quum sedulò illorũ distributione perlecta musculorum dissectionem spectissimam habes, qua hic non minùs indiges, quàm ante musculorum administrationem absolutissima ossium cognitione. Quum itaq. ad lumborum vertebras vsque deuentum erit, ab inguine ad pedis vsque pollicem similiter atq. in manu sectionem duces: cutem ad carneam vsq. membranam diuidens: vt dein vniuersam cruris & pedis cutem illæsa carnea membrana, & venis, & arteriis, & neruis inter hanc, & cutem excurrentibus ad carneam membranam relictis cõ modè (licet laboriosè) auferas, ac mox quatuor neruorum crus petentium radices exortũsq. inuenias, quos reperies neruos è lumborum vertebris, & sacro osse prosilientes, secundũ ipsorum seriem subsequendo. Deductis autẽ ad crus quatuor neruis, primi nerui sobolem obseruabis, carneæ membranæ in externa femoris sede exporrectam. dein secũdi nerui sobolem in anteriori femoris sede ad carneam mẽbranam diffusum. atque hic venam obseruabis per femoris & tibiæ interiora ad pedis vsq. summum simul cum illius rami sobole exporrectam. Tertij nerui sobolem carneæ membranæ oblatã inuenies, si inguini animũ adhibueris. Vt autem quarti nerui ramum, in carneam membranam diffusum, inuenias, primũ femur mouentium musculũ ab ilium osse & sacro coccygeq; ad insertionem vsque liberabis, mòxque quarti nerui truncum, cúmq. ramum spectabis. Quo inuento etiam ramũ quarti nerui in carneam membranam iuxta poplitem, femorisque humiliora diffusum absque sectione inquires, & dein quarti nerui ramos tibiæ cuti multifariam simul cũ venis depromptos, in carnea membrana perueſtigabis. & mox ad inguina reuersus, primi nerui seriem in musculis occultatam cultello per musculos quæres, quod & in secũdo & tertio facies, quanquam cum tertio etiam arteriæ & venæ propagines inueniendæ sint, quæ per pubis ossis foramen in femur delabuntur. Venam autem & arteriam insigniores femur petentes dissectis vitiatisque musculis sensim adinuenies, & ipsarum obseruatis ramis progressum eorundem sequeris, quà secundũ femoris os retorquentur, ac poplitem vnà cũ quarto neruo adeunt. Atq. vbi tria hæc venam scilicet arteriam & neruum repereris, qui in poplite diuidantur perueſtigabis, & musculis ligamentisq. variè dissectis, vniuersam ipsorum seriem discres: quod sanè feceris facilè, quanquam laboriosè, si modò horũ distributione sedulò prælecta, & meæ de humani corporis fabrica Epitomes tabulis ob oculos positis, exactam ossium musculorúmque cognitionem habueris. Est enim in hominis partibus accuratè discendis, diligens ordinis habenda ratio.

# De Spiritibus, in genere & specie.

*Spiritus* differẽtię in

- *Genere*, sumuntur à
  - *Causis*
    - *Internis*: materia scilicet & forma. Sic spiritus est substantia aerea, animata, ex tenuissima quaque sanguinis parte producta.
    - *Externis*: scilicet fine seu vsu. Sic spiritus vitam, &c. præstat.
  - *Accidentibus*: nempe
    - *Qualitate*: Sic Spiritus est
      - *Dilucidus.*
      - *Clarus.*
      - *Tenuis.*
      - *Subtilis.*
    - *Quantitate*. Sic spiritus est triplex, &c.
    - *Loco*. Sic spiritus, in corde, cerebro & hepate continetur.
- *Specie*, est triplex:
  - *Animalis*, in ventriculis cerebri cõtinetur, & per neruos in vniuersũ diffunditur corpus, mouendi sentiendíq; facultatem præbens. Ex vitali sursũ per arterias elato generatur, perfectius cocto & elaborato. In quem vsum reticularem plexũ, quasi varium quendam labyrinthũ, iuxta cerebrũ, natura fabricauit. Vbi enim hæc ipsa accuratè materiam elaborari vult, diutinam ei moram in concoctoriis instrumentis machinatur.
  - *Vitalis*, in corde generatur, ex inspiratione, & sanguinis vapore, qui per arterias ad cuncta corporis membra contendens, vitæ ac insiti nobis caloris causa existit.
  - *Naturalis*, in hepate fit, & ab eo per venas in totũ mittitur corpus. Ipse enim virtutẽ naturalẽ cõstituens, eius actiones benè formar, ac perficit. Generatur autẽ ex puriore, qui in hepate fit, sanguine, cui nullus cæterorum humorum commiscetur.

De Tempe-

# De Temperamentorum differentiis, in genere.






B. *Temperatura*


B.
Temperatura partium corporis humani, aut
Tẽperata, ad
Pondus, in cuius mistura est æqualis quatuor elementorum mensura & portio, nec vlla qualitas alteri contrariæ præpollet, sed in ipsarum quatuor medio exquisitè posita est: vt est, Cutis interna, & summi digiti manus, hominis ad iustitiam temperati.
Iustitiam, in qua elementorum 4. mistio ferè inæqualis, sed omnib. partium corporis sic temperatarũ actionib. obeundis idonea. Vnde superantis nomine, partium corporis humanis aliæ
Calidæ: videlicet
Sanguis, spiritus, cor.
Iecur, caro, musculi.
Splen, renes, arteriæ, venæ.
Frigidæ: nempe
Pituita, ossa.
Cartilagines, ligamenta, membranæ.
Nerui, cerebrum. adeps, pinguedo.
Humidæ: vt
Pituita, sanguis, pinguedo.
Adeps, cerebrum.
Caro mammillarum & testium.
Pulmo, iecur, splen musculi.
Siccæ: scilicet
Pili, ossa, cartilagines.
Ligamenta, membranæ, arteriæ.
Venæ, nerui, cor.
Intemperata
Aequalis (vt in gãgrena) & aut
Sana
Sola
Simplex
Calida, frigida.
Humida.
Sicca.
Composita: videlicet
Calida et
Humida.
Sicca.
Frigida &
Humida,
Sicca.
Cum materia
Sanguinis bilis
Atræ bilis.
Pituitæ,
Morbosa
Sola
Simplex: vt
Calida, frigida.
Humida.
Sicca.
Composita: vt
Calida & sicca.
Calida & humida.
Frigida & humida.
Frigida & sicca.
Cum materiæ affluxu
Sanguinis, bilis.
Pituitæ.
Melancholiæ.
Inæqualis (vt in tumoribus præter naturam) atque vel
Sana
Sola
Simplex
Calida, frigida.
Humida.
Sicca.
Composita
Calida et
Humida.
Sicca.
Frigida &
Sicca.
Humida.
Cum materiæ affluxu
Sanguinis, bilis.
Atræ bilis.
Pituitæ.
Morbosa.
Sola
Cum materiæ affluxu.
C.
Temperamentorum differentiæ in specie sumũtur quoque ab accidentibus videlicet
Loco: quorum alia
Temperata: vt loca
Sub æquatoris circulo.
Montana, quæ ad Orientem & Septentrionem à montibus sunt discoperta, & ad Occidentem & Meridiem cooperta.
Intemperata: & vel qualitate
Vna
Calida: vt loca
Profunda, cum radios solares plus recipiant.
A solaribus radiis perlustrata.
Meridionalia, &c.
Frigida: vt loca
Alta seu montana, cùm minùs radios solares comprehendant.
A radijs solaribus non perlustrata.
Septentrionalia, &c.
Humida: vt loca
Paludosa, limosa.
Lutosa, marina.
Occidentalia.
Sicca vt
Arenosa.
Petrosa.
Orientalia.
Duabus
Calida & sicca: vt loca Orientalia.
Calida & humida: vt Meridionalia.
Frigida & humida: vt
Lutosa, cœnosa.
Limosa, palustria.
Marina, Occidentalia, &c.
Frigida & sicca: vt
Plana campestria, libera.
Petrosa. arenosa.
Montana, alta, septentrionalia.
Tempore. Vide in sequentibus signum C.


C. Temperamẽtorũ differẽtiæ in ſpecie, ſumuntur quoque ab accidentibus uidelicet tẽpore
Anni: variè nãque corpora noſtra mutantur, vnde diuerſis affectibus premũtur. Sunt autẽ tẽpora anni aut
Temperata
Aequaliter: vt
Ver, quod temperatiſſimum & ſalubertimũ eſt. Nam in eo ſicut in hyeme, non plus valet frigidum quàm calidum, neque ſicut in æſtate minùs ſiccitatis humiditatisque in eo ſpectes, neque ſicut in æſtate prævalente ſicco, neque ſicut in hyeme exuperante humido. Ideóque ſalubertimũ & minimè morbis, qui mortẽ afferunt, obnoxium: cuius principium eſt in eo, quòd hyemem ſequitur æqui noctium. Pueris enim infantibus, adoleſcẽtibúſque tẽpus hoc omnino cõferens, quo humana corpora laxari ac rarefieri incipiunt. Eius enim natura eſt, vt ſi aliquod corpus ſanum excipiatur, illud & ſaluberrimum ſeruet, & nihil ei de natura propria renouet. Verùm vbi plena corpora euaſerint, id totum, quod profundo corpori vitioſorum humorum ineſt, à principalibus partibus ad cutem transfert, & ad alias corporis partes. Quamobrem ſæpius non ex ſui natura cauſare, ſed palam facere hos affectus videtur: ſcilicet
Furores.
Atrabilarios morbos.
Comitiales.
Profluuia ſangui
Anginas. (nis,
Grauedines.
Tuſſes.
Lepras.
Impetigines.
Vitiligines.
Puſtulas vlceroſas
Tubercula.
Articulorum dolores.
Raucedines, &c.
Inæqualiter: vt
Autumnus, qui ſiccitate humiditatem vincit, qua ratione meritò ſiccus appellatur. In calore verò & frigore mixtum quoddam ex ambobus ſtatuatur. Nam eodem die in ipſa anni tempeſtate modò calor, modò frigus nos afficit. cuius principium eſt, oriente arcturo. Ipſe namque autumnus omnibus ætatibus, naturis, regionibuſque malus exiſtit, quanquam calidis & humidis minùs morbos acutiſſimos gignit, atque mortiferos. Nam ſubſequitur tẽpus æſtiuum, in quo vires corporum debilitate ſunt & multi humores aſſati, qui cum plus æſtate difflarentur, ab ambientis autumni aeris frigiditate truduntur, & ad interiora compelluntur. Quamobrem hos execrabiles affectus ſæpius excitat: videlicet
Lienes.
Aquã intercutẽ.
Tabes.
Stillicidia vrinæ.
Coxẽdicũ dolores.
Anginas, ileos.
Comitiales.
Furores.
Atrãm bilem.
Quartanam.
Febres erraticas.
Diſenteriam.
Diarrhœam.
Intemperata
Calida et ſicca: vt
Aeſtas. In ea namq; cũ humor mutetur à ſicco, & frigidum à calido, calidi & ſicci temperamenti eſt: cuius principium eſt in ipſo Pleiadum ortu. Senibus certè vtiliſſima eſt, quo tempore in cibis pauca, & frequenter apponi debent. Hæc enim celeres parit morbos, propterea quod in corporibus humores funduntur inutiles, & per totum corpus feruntur, atque difflantur. Sæpius autem ſuapte caliditate humores adurit, & hoc excitat affectus: videlicet
Vomitus, vlcera oris.
Aluiprofluuia.
Lippitudines.
Aurium dolores.
Genitalium putredines.
Puſtulas in ſumma cute.
Aegritudines oẽs calidas.
Febres
Continuas.
Ardentes.
Tertianas.
Frigida & humida vt
Hyems. Siquidẽ cum in ea ſuperet frigiditas caliditatem, & humiditas ſiccitatem, frigidi & humidi temperamenti dicitur: cuius principium Pleiadũ occaſu euenit. Hoc tẽpus conſiſtentibus corporibus aptiſſimum eſt. In eo autẽ ventriculus calidiſſimus, ex caloris retroceſſione exiſtit, quapropter rarò & plurimum cibi aſſumere concedendum, maximè idem prolongat morbos ab ipſo genitos, qui ſunt
Morbi laterales.
Pulmonis inflãmationes.
Raucedines, tuſſes.
Pectoris dolores.
Lumborum & capitis dolores.
Vertigines.
Apoplexia, &c.
Aetatis, à quo tẽperaturarum differentiæ ſummuntur. Si quidẽ ætatum alia
Calida & humida
Temperata
Minus. Pueritia, quæ eſt à quarto anno vſque ad Septimum. Sub hac ætate magna ex parte afficiuntur
Gingiuarum pruritu.
Febribus diuturnis.
Conuulſionibus, alui profluuiis.
Vermibus.
Epilepſia.
Magis. Pubertas, quæ ſequitur pueritiam extenditúrque ad 18. annum. Hi vt plurimum infeſtantur.
Calculo, aſthmate.
Tonſillarum inflammationibus.
Vermibus rotundis.
Strumis, tuberculis.
Sanguinis profluuio.
Intemperata. Infantia, quæ eſt à die ortus vſque ad annum quartum. Obnoxij ſunt.
Vlceribus oris, tuſſi, vigiliis.
Pauoribus, vmbilici inflammationibus.
Aurium fluxionibus.
Comitiali morbo.
Vermibus.
Sicca. Adoleſcentia, quæ ſequitur pubertatẽ, & extenditur vſq; ad annũ vigeſimumquintum. Hi magna ex parte laborant
Morbo comitiali ex accidente.
Tabe, febribus acutis.
Pleuritide, igni ſacro.
Herpete, &c.
Frigida & ſicca
Temperata. Iuuentus ſeu ætas conſiſtentiæ vigoris, quæ ſequitur adoleſcentiam. A vigeſimoquinto vſq; au 35. annũ extenditur. Hi frequentet laborare ſolent.
Morbis melancholis.
Aſthmate, pleuritide.
Pulmonis inflammatione.
Lethargo, phrenitide, ardore.
Diuturno profluuio, cholera.
Inteſtinorum difficultate & leuitate.
Hæmorrhoidibus.
Intemperata
Minus: prima ſenectus, à trigeſimo quinto, vſque ad 49. annum extenditur.
Magis: vt ſenectus ſecunda, à quinquageſimo in ſexageſimum annum procedit.
Maximè: vt ſenectus tertia, de crepita à ſexageſimo vſque ad finem vitæ extenditur.
His ſi ægrotare contingat præcipuè laborãt.
Branchis, coryzis.
Deſtillationibus.
Articularibus morbis.
Spirandi difficultate.
Vrinæ ſtillicidiis, & difficultatib.
Vertigine, malo habitu, apoplexia.
Pruritu totius corporis.
Humiditate oculorum & nariũ.
Obtuſione viſus.
Auditus grauitate, &c.

De Facul-

# De facultatibus animalibus, in ſpecie.

*Facultas* eſt cauſa quædã effectrix: vel eſt cauſa actionis: & eſt vel

- *Volũtaria*, ſeu animalis, quæ in cerebro ſuum habet domicilium: atq; hæc vel
  - *Maximè* principes
    - *Separabilis* à corpore
      - *Anima* rationalis, Mens, Intelligentia, quæ diuina eſt quædam ſubſtãtia, incorporea, ſplendida, ætherea, ſimplex, impatibilis, immortalis atque perpetua, humano corpori infuſa, & ab eo per mortem & corporis diſſolutionem ſeparabilis, ad cuius productionem corporis diſpoſitionis omnino nõ coagũt, quãuis præcedere ſit neceſſariũ, & ſine ipſis corporibus informare, & ei adherere ànima nequeat, Hæc à prima hominis generatione corpori immergitur, & multo humori infunditur, à quo vires offendũtur, caligant, & obtenebrantur, non aliter quàm à lignorum viridium multitudine flamma ignis. Quò fit, vt infantes ſint nullius rationis participes. Verùm procedente tempore humore diminuto, & toto corpore aridiore redito ſeſe oſtendit, viresq; ſuas in publicum profert, vt flamma, quæ ſenſim lignorum humorem excutiens, ſe ipſam accendit, auget ac patefacit, quæ antea ferè extincta iacebat. A ſummo opifice nobis hæc data eſt, ad beatitudinem conſequendam, nempe intellectus, diuina animi poteſtas, qua homines Deo ſimiles ſunt, & Deo copulari auent. Hæc multum excellit Ratione (quæ eſt vis totius mentis & pars optima) & Memoria, vt quæ rerũ Senſibus & Rationis beneficio intellectarum fidelis ſit cuſtos. Cæterùm principium etiam à Mente ducunt prudentia & Sapientia.
      - *Voluntas*, quæ eſt libera quadam animæ facultas, id tantùm quod bonum eſt amans, & proſequendum eligens, vt ſit in excultis rerum vſu, & cognitione ingenijs de rebus huius vitæ bonis, & malis, veris & falſis, delectus, deliberatio, conſilium.
    - *Inſeparabilis*, & inhęrens corpori, & cũ beſtiis quodammodo cõmunis & vel
      - *Propria*
        - *Imaginatio*, phantaſia Hæc rerum formas oblatas protinus recipit à ſpeciebus externis: atque in anteriori cerebri ventriculo ſedem habet.
        - *Cogitatio*, æſtimatio, ratio. Hęc cõplexa examinat, format. & ratiocinando diſcurrit: vt vtilia ab vtilibus, cõmoda ab incommodis ſegregat. Formas meliùs diſponit, ſeruat, & futura etiam tuetur. Sed beſtiæ paululum futurum ſentient. Sedem in medio cerebri ventre habet.
        - *Memoria* quæ iudicata reponit, & rerum præteritarũ formas abſentes retinet. Sed beſtiæ præterita parum admodum ſentiunt. In poſtremo cerebri ventriculo reſidet.
      - *Communis*: *Somnus*. *Vigilia*. *Inſomnium*. } De quibus in tertia parte huius libri.
  - *Minùs* principes: & vel
    - *Sẽſitiua*
      - *Propria*: ſunt quinque,
        - *Viſus* à priore cerebri parte per neruorũ opticũ in oculum proficiſcitur: cuius
          - *Organũ*, Oculus, atq; huius partes
            - *Principales*, Humor criſtallinus.
            - *Miniſtrãtes*: *Humor* vitreus. *Spiritus* viſorius. *Nervus* opticus. *Membranæ*.
          - *Obiectum*. Color & Lux. Vide in ſequentibus ſub ſigno A.
        - *Auditus* à cerebro per neruum mittitur in internam auditorij meatus partem, quæ aereæ naturæ eſt, hic verò à ſono mouetur: cuius
          - *Organum* Meatus internus, vbi neruus dilatatur, Auditorius neruus. Partes omnes in meatus aufractu exiſtentes.
          - *Obiectum*. Sonus, de quo vide in ſequentibus ſub ſigno B.
        - *Odoratus*: cuius
          - *Organum*, eſt cerebri pars illa, quæ ſingularis naribus vnà reſpondet, à cerebro explanata, longa & caua, ad quam odores perduci atteſtãtur. Vel ſunt cerebri ventriculi anteriores.
          - *Obiectum*, Odor. Vide in ſequent. ſub ſigno C.
        - *Guſtus*:
          - *Organum*, Lingua & palatus, quæ à cerebro animalem facultatem per neruos quartæ coniugationis ſuſcipiunt.
          - *Obiectum*, Sapor de quo in ſequent. ſub ſigno D.
        - *Tactus*: cuius
          - *Organum*, Neruus eſt, cui tribuit natura tangendi facultatem à cerebro diſtributam. Sunt hi nerui aliis molliores & humidiores.
          - *Obiectum*, Qualitates primæ & ſecundæ, de quibus vide in ſequentibus ſub ſigno E.
      - *Communis*: *Dolor*. *Delectatio*. } De his in ſequentibus ſub ſigno F.
    - *Motiua* ſeu Motrix facultas, quæ motum ſeu facultatem mouendi vniuerſo corpori per neruos à cerebro & ſpinali medulla ortos, præſtat.
- *Minùs* voluntaria. Vide in ſequentibus ſub ſigno G.

A.

*Obiectum* visus Color, Lux & Lumen est. Est autem Lumen spiritalis quædam substantia, quæ sese per mediũ aerem, aut aquam, aut per corpora perspicua effundit. Color autem est extremitas corporis perspicui, in corpore terminato: id est, color est qualitas in extremitate corporis terminati siue opaci, quæ perspicuum tangit. Huius generatio apud Philosophos diuersa. Quidam enim lucem coloris, & omnium visibilium obiectũ esse sentiũt, nec colorem aliud quàm diuersam lucis terminationem in perspicuo aut opaco credunt. Sicut videre est de coloribus iridis, halonis, & pennarum in collo pauonis aut columbæ. Alij verò colorem generari aiunt ex multiformi admistione opaci cũ transparenti, cuius per se actus est, lumen productum à luce, tanquam primo colorum obiecto. Lucis autem concursum necessarium ex eo arguunt, quòd in eclipsi solis omnes colores solita priuantur venustate. Nonnulli verò colores iridis & halonis reales esse negant, nec permistione corporũ colorem fieri posse, ex eius simplicitate arguunt: sed ipsum qualitatem simplicem ex actione, qualitatum primarum in corporibus derelinqui asseuerant. Itaque ad generationem colorum extremorum, qualitatum primarum, actionem & lucis diuersam in alteratis terminationem concurrere probabile est, & hoc quidem in extremis. Medij autem colores ex diuersa extremorum permixtione fortasse fieri habent. Sunt autem colores

- *Extremi*
  - Albus.
  - Niger.
- *Medij*
  - Ruber.
  - Flauus.
  - Purpureus.
  - Cœruleus.
  - Viridis.

B.

*Obiectum* auditus, in corporibus

- *Animatis* & quidem
  - *Pulmonem* habentibus. Vox est. Hæc fit ab aere in pulmonibus attracto & contento, violentiùs expulso, Vel vox est, ictus aeris attracti inspiratione ad gurgulionem. fit is certa quadam proportione impulsus & ictus, quæ expirantis imaginationi respondet. Vel vox est animantis sonus, qui de instrumenti ex meatibus & officicina inspirandi attollitur: ortum habens hinc, quòd spiritus redditus percutit aerem in arteria contentum, aut ipsam arteriam. Cæterùm vox vel est
    - *Magna* & grauis, quæ fit à viribus validis multum aerem mouentibus quem non valent celeriter expellere.
    - *Parua* & acuta: quæ fit pauco aere moto, quod euenit viribus valentibus, atque angustis existentibus meatibus.
    - *Acuta* & magna, fit à viribus validis multum aerem mouentibus, qui ad vires collatus non est multus, sed potest ab ipsis vehementiùs propelli.
    - *Acuta*, si is paucus fuerit aer, ad vires collatus.
    - *Parua*, si simpliciter fuerit paruus aer.
    - *Grauis*, si vires inualidæ fuerint, ac multum mouent aerem.
    - *Aspera*, fit multo aere per ampliores meatus tardiùs moto.
    - *Leuis* fit pauco aere per angustiores meatus tardiùs moto.
  - *Non* habentibus pulmonem
- *Inanimatis*

*Sonus* est: cuius generatio fit corporibus durioribus concussis inuicem. Nam in corporum duorum collisione aer vehementiùs impellitur. In mollibus verò corporibus, quæ in contactu nullum ferè aerem intermedium concutiant, aut nullus sonitus editur, aut is paruus erit, & qui sensum effugiat. Sonus est accidens, non quidem prima qualitas, sed a primis orta: vel est secunda qualitas.

C.

*Obiectum* odoratus Odor, qui nihil aliud est quàm fumosa exhaltatio. Cuius causa efficiens est ignis vel calor, subiectum verò seu medium, aer vel aqua. Odor namq; per aerem vel per aquam diffunditur. Sunt autem odorum alij temperati, alij intemperati. Intemperati vel calidi vel frigidi, &c.

D.

*Obiectum* tactus, sunt Qualitates

- *Primæ*
  - *Calidum*, frigidum.
  - *Humidum*, siccum.
- *Secundæ*
  - *Molle*, quod cedit carni: vel quod cedit, & non secedit in ambitum.
  - *Durum*, est cui caro cedit: vel est quod per summa in sese non refugit.
  - *Asperum*, quod est inæquale. *Lene*, quod est æquale.
  - *Graue*, est quod deprimitur. *Leue*, est quod subleuatur.
  - *Dolor*, cuius causæ
    - *Comprimentia*, distrahentia, contundentia.
    - *Secantia*, disrumpentia.
    - *Exedentia*, erodentia.

E.

*Obiectum* gustus, Sapor, qui est qualitas quædam secunda ex primorũ elementorum concursu & actione nata, gustus de potentia in actũ moti ua. Horum alij

- *Temperati*
  - *Dulcis*, est omnium temperatissimus. Hic solus nutrit, fitq; ab humore aqueo & tẽperato calore.
  - *Pinguis*, qui dulci cognatus est. Fit ab humido aereo & tẽperato calore. Huius vis est
    - *Humectare.*
    - *Mollire.*
    - *Laxare, etc.*
- *Intemperati* & vel
  - *Frigidi*
    - *Insipidus*, cuius natura frigida est & humida, & in vniuersum aquea & tenuis, quoniam huius substantia minimè elaborata est à calore.
    - *Acidus*, adhuc frigidior est, sed tenuis substanuę, vt sapor limonum. Huius natura est
      - *Infrigidare*, extenuare.
      - *Crassa* incidere, obstructiones resecare.
      - *Sordida* mundare, putredines emẽdare.
      - *Vomitum* compellere, seniũ accelerare.
      - *Melancholicis* obesse.
    - *Austerus*, frigidus est, sed crassarũ partiũ, vt pira, cotonea. Habet naturam ex frigida & terrena, & aquea substantia.
      - *Infrigidat*, astringit.
      - *Crassa* concipit, sanguinem minuit.
      - *Aluum* sistit, fluxiones reprimit.
      - *Ventriculum* confortat, macie afficit.
      - *Melancholicum* succum generat.
    - *Acerbus*, ex terrena & frigida substantia constat. Differt ab austero, quòd austerus magis aqueus, acerbus verò magis terrenus existit:
      - *Vehementius* refrigerat atque exiccat.
      - *Vehementius* astringit, & fluxiones sistit.
      - *Ventriculũ* astringit corroboratq́ue.
      - *Atram* bilem generat.
  - *Calidi*
    - *Sasus*, fit à terrena & calida substantia mixta:
      - *Calefacit*, exiccat, subtiliat.
      - *Aggregat*, obstruit.
      - *Bilem* generat.
    - *Amarus*, fit à maiore calore, & magis terrena substantia, alitioni ineptus:
      - *Obstructiones* aperit.
      - *Mundificat*, abstergit, incidit:
      - *Extenuat*, exasperat, tineas interimit.
      - *Sanguinem* adurit, bilem rubeam gignit,
    - *Acris*, omnium calidissimus est, ex tenui & humida substantia generatur:
      - *Incidit*, subtiliat, corrodit.
      - *Inflammat*, attrahit, resoluit.
      - *Ventriculo*, *Visceribus*, *Oculis* — Obest.

F.
*Facultas* sensitiua minus princeps, communis, est Dolor & Delectatio. Dolor quidem pathos est, præter naturam violenter & affatim incidens. Vel est tristis sensus. Delectatio verò est reditus ad naturalem habitum affatim: vel est blandus sensus: vel est sẽsus gratus rei affatim mutantis. Sunt hæc

- *Maximè* propriè, videlicet Tactus. Hic enim
  - *Dolet* à
    - *Rumpentibus*, erodentibus.
    - *Secantibus*, distrahentibus.
    - *Contundentibus*, comprimentibus, &c.
  - *Delectatur*, cum tactus ad naturalem statum redit affatim, quod fit à medijs, & à contrariis, non in extremo.
- *Minus* propriè, nempe
  - *Visus*. Hic namque
    - *Dolore* afficitur, vel ab
      - *Intensiori* albedine, *Splendidissima* luce, } *Displicendo* & disgregando visum.
      - *Nigredine*, immodicè aggregando.
    - *Delectatur*, in dispositione
      - *Naturali*, à colore cœruleo & viridi.
      - *Præternaturali* hempe qui diutius passi sunt ab
        - *Albedine*, à nigro delectantur
        - *Nigro*, ab albedine.
  - *Auditus*, q
    - *Offenditur* à
      - *Voce*
        - *Aspera*, graui.
        - *Maxima*, strepenti.
        - *Inæquali.*
      - *Tonitru* vehementi.
    - *Delectatur*
      - *Consonantiis.*
      - *Melodiis.*
      - *Commensuratis* vocum concentibus,
  - *Olfactus.*
    - *Offenditur* ab odoribus vehementiùs immutantibus ingratis.
    - *Delectatur* ab odoribus temperatis & gratis vehementiùs immutantibus.
  - *Gustus*
    - *Delectatur* à saporibus & quidem
      - *Moderatis*: nempe *Dulcibus*, *Pinguibus* } Qui nõ declinãt à naturali habitu.
      - *Immoderatis*, vbi prauè affectus fuerit sensus. Nam qui abundant pituita, delectantur
        - *Austeris.*
        - *Carbonibus.*
        - *Gipso*, &c.

G.
*Minus* voluntaria facultas duplex est, vitalis, & naturalis, quę etsi per vniuersum corpus sint dispersæ, propriũ tamen Medici his locũ assignarunt, ita vt altera habeatur in

- *Cordis*, exquo duæ oriuntur facultates (quæ etiã cum bestiis communes) videlicet
  - *Vitalis*, Græcis ζωτικὴ dicta, sanguinem à caua vena delatum in corde susceptũ calefacit & extenuat, atque ex ipso ad vaporis cuiusdã speciem spiritum generat vitalem, qui simul cum sanguine prædicto pertenui in vniuersum corpus per arterias transfunditur celerrimo quodã impulsionis motu, cordis & arteriarũ cõpressione à pulsibus facta. Hęc in corde residet, atq; ab eo distribuitur, ipsis tantũ arteriis, à quibus deinde calor, sanguis & spiritus mẽbris refundũtur, ac mẽbra à potentia in actũ transeunt, & munera sua obire possunt: qua absente, omnino eius partis naturales actiones pereunt, caloris debita mensura pereunte. Cæterùm oritur à vitali facultate alia quædam facultas, Pulsatilis dicta, à vitali in hoc differens, quòd hæc scilicet vitalis cũ spiritus, tum caloris efficax sit, atque in solo corde sita: illa verò arteriis & cordi simul communis est. Est autem pulsus, Græcis à saliendo σφυγμὸς dictus, peculiaris mouendi primùm cordis, deinde arteriarum ratio, à vitali facultate prouenies, eáque duplex: prima cor arteriasq; in omnem partem distendit, vnde Græcè διαστολὴ vocatur: altera vndiq; sũmittit, Græcis συστολὴ nominatur. Eleuantur autem arteriæ, vt sese suaque ipsarum spiracula aperiant, caloris natiuũ refrigerandi ventilandique gracia, & acrem nos ambientem vndique, ad spiritus generãdos, tenuemque sanguinis portionem ad se trahant. Submittuntur verò, vt fuliginosa halituosaq; recrementa ex humorum spirituumque vstione generata, in cutem alháque partes expellant. Horum differentias ac causas require in sequenti schemate sub signo **
  - *Moralis*, seu irascibilis facultas, à qua animi passiones nascuntur, quæ cum ratione
    - *Reguntur*, pariunt has, virtutes, videlicet
      - *Fortitudinem.*
      - *Animi* magnitudinem.
      - *Tolerantiam.*
      - *Animi* æquitatem.
    - *Non* perinde vtuntur, fit vt nonnunquam graues cieantur affectus, sanguine & spiritu vehemẽtiùs commoto, & vel impulsu quodam
      - *Boni*
        - *Præsentis*: vt
          - *Voluptas.*
          - *Amor.*
          - *Delectatio.*
          - *Lætitia.*
        - *Futuri*: vt
          - *Cupiditas.*
          - *Spes.*
          - *Libido.*
      - *Mali*
        - *Præsentis*: vt est
          - *Dolor.*
          - *Molestia.*
          - *Tristitia.*
          - *Inuidia.*
          - *Odium.*
        - *Futuri*: vt
          - *Metus.*
          - *Timor.*
          - *Desperatio.*
          - *Formido.*

      De quib. vide in tertia parte primi libri sub finem.
- *Hepatis*. Vide in sequentibus sub signo I.

** *Pulsuum*




*Sunt & alii pulsus nimirum frigidus, calidus, plenus, vacuus, tenuis, grossus, leuis, grauis. Verùm cum huiusmodi ad Medicum non pertineant, eos omisimus.*


E.
Differẽtiæ pulsuum in specie sumũtur à causis : vel
Principibus ac cõmunibus, atque primarijs
Simplicibus, nempe,
Instrumẽto, id est corde & arteria, quæ affecta est morbo vel
Facultate, seu virtute, quæ si fuerit
Valida, vehementem efficit pulsum.
Imbecilla
Maximè, pulsus euadit
Formicans.
Vermicularis.
Minùs, fit pulsus
Languidus.
Myurus.
Inæqualis.
Similari, seu intemperie
Calida
Maxima, fit Dicrotus pulsus.
Minore, efficitur pulsus
Velox.
Magnus.
Frequens.
Frigida, pulsus
Parvus.
Tardus.
Rarus.
Humida, pulsus mollis.
Sicca, pulsus durus.
Instrumẽtali, & vel à
Compressione
Humorum diffusorum in ea loca, in quibus arteriæ mouentur, fit pulsus
Parvus.
Tardus.
Läguidus.
Inflämationis
Abscessus.
Scirrhi.
fiũt pulsus
Inæquales.
Caprizãtes
Obstructione
Humorum crassorum ac viscosorum, fit pulsus
Inæqualis.
Intermittens.
Intercedens.
Caprizans.
Sanguinis, pulsus inæqualis.
Tensione, fit pulsus conuulsiuus.
Vsu, seu necessitate, seu calore
Increscente, fit pulsus magnus.
Decrescente, fit pulsus parvus.
Compositis. Vide in sequentibus sub signo F.
Primarijs
Adiuuantibus, sine quib. nihil fieri potest, quamuis ipsę nullum effectum præstent: & sunt quinque
Crassities corporis
Mediocris, & locus circa arteriam ärctus, fit pulsus altus.
Multa, fit pulsus
Turgidus.
Humilis.
Gracilitas corporis
Multa, fit pulsus
Gracilis.
Longus.
Brevis.
Pauca, fit pulsus minùs gracilis & minùs longus & brevis.
Locus arteriæ
Ärctus, efficitur pulsus latus.
Amplus, fit pulsus latus.
Grauitas eorum quæ arteriæ incumbunt, &c.
Formæ proprietas, nam gibba arteriæ figura efficit pulsum turgidum.
Secundarijs. Vide in sequentibus sub signo G.


F.
Cõpositæ cauſæ pulſuum, fiũt ex trib. prædictis ſimplicibus cauſis. Harũ namq; triũ cauſarum aliquando cõ currunt
Omnes tres: videlicet Faculſas
Duæ, videlicet
Faculſas; aut
Valida, cum
Inſtrumento
Molli, efficitur pulſus
Vehemens &
Mollis.
Duro, fit pulſus
Vehemens &
Durus.
Calore
Creſcente
Maximè, fit pulſus
Maximus.
Celerrimus.
Creberrimus.
Minus, cuadit pulſus
Magnus, Celer.
Creber.
Vehemens.
Decreſcente
Valde, pulſus Vehemens.
Minus, pulſus
Moderatus in magnitudine.
Tardior.
Rarior.
Imbecillis, cũ
Calore
Creſcente, pulſus
Parvus, Tardus.
Creberrimus.
Imbecillis.
Decreſcente
Maximè, pulſus
Minimus.
Intermittens.
Deficiens.
Minus, pulſus
Parvus, Tardus.
Frequens.
Languidus.
Inſtrumento
Molli, pulſus
Languidus.
Mollis.
Duro, pulſus Languidus & Durus.
Inſtrumentum
Molle, cum Calore
Increſcente, pulſus
Magnus, Celer.
Moderatus in frequentia.
Mollis.
Decreſcente, pulſus
Moderatus in magnitudine,
Tardus.
Rarus.
Durum, cum Calore
Increſcente, pulſus fit
Maior.
Celerior.
Durus.
Decreſcente, fit pulſus
Minor.
Tardior.
Frequentior.
Valida, cum
Calore
Auctu, & inſtrumento
Molli, fit pulſus
Magnus.
Veloxe.
Mediocris in frequentia.
Duro, pulſus
Maior, Celerior.
Frequentior,
Vibratus.
Diminuto, & Inſtrumento
Duro, fit pulſus
Minor.
Veloxe.
Moderatus in frequentia.
Molli
Moderatus in magnitudine.
Tardior.
Rarior.
Compreſſione, vel obſtructione, fit pulſus Recurrens ſeu Capriz ans, Inæqualis.
Imbecilla, cum Calore
Auctu, & Inſtrumẽto,
Molli
Minor.
Celerior.
Frequentior.
Duro, pulſus
Parvus, Tardus.
Creber.
Serratilis.
Diminuto & Inſtrumẽto
Molli, pulſus
Minor.
Tardior.
Moderatus in frequentia.
Duro, pulſus
Parvus.
Durus.
Frequens.

G. Pul-


G.
Pulsuum differentię sumũtur etiam à causis secundarijs: videlicet rebus
Naturalibus à
Temperamento
Calido, eoq; à temperato declinante
Modicè, efficitur pulsus maior.
Longiùs, fiunt pulsus
Maiores.
Velociores &
Frequentiores.
Longissimè, fiunt pulsus multò
Maiores
Velociores &
Frequentiores.
Sicco, pulsus—Maiores & multò rariores.
Sexu
Masculino. Nam propter temperamentum calidius & siccius, & facultatem ualidiorem, arteriarũ amplitudinẽ, & exercitia maiora habent pulsus
Maiores & Vehemẽtiores,
Fœminino. Sic propter frigidius & humidius temperamentum, facultatem imbecilliorem, arteriarum angustiam, vitamq; ociosiorem pulsus obtinent
Minores,
Tardiores &
Mitiores.
Aetate
Puerili, quibus sunt pulsus
Magni.
Celerrimi.
Creberrimi.
Iuuenili, pulsus—Maximi, Vehementissimi.
Senili, pulsus
Minimi.
Tardissimi.
Rarissimi.
Imbecillisimi.
Rhytmi inæquales.
Non naturalibus. Sic
Aer:
Intemperatus
Calidus, pulsus efficit
Paruos.
Celeres.
Frequentes & Languidos.
Frigidus, pulsus
Paruos
Tardos
Raros
Languidos
efficit.
Temperatus, pulsus—Moderatos & vehementes parit.
Tempus anni
Ver, efficit pulsus moderatos & vehementes,
Aestas, pulsus parit paruos, celeres, frequentes & languidos.
Hyems, efficit pulsus paruos, tardos, raros & langũdos.
Autumnus, generat pulsus diuersos & languidos.
Regio
Temperata efficit pulsus similes aeri temperato.
Intemperata
Calida. pulsus, quales aeris calidi.
Frigida, pulsus, quales aeris frigidi.
Cibus
Copiosus facultatem grauans, pulsus efficit inæquales, immoderatos.
Moderatus, efficit pulsus magnos & celeres, crebros & frequentes.
Potus
Vini, pulsus celeriores, maiores, quàm vehementiores & frequentiores.
Cerevisiæ, pulsus minùs magnos & celeres, vehementes paulò pòst.
Inedia, pulsus efficit
Primò paruos, celeres, crebos & languidos,
Deinde paulatim minores, tardiores & languidiores.
Postea minimos, tardissimos, celerrimos & languidissimos:
Nonissimè caprizantes.
Somnus
Incipiens, pulsus efficit minores, rariores & languidiores.
Post alimenti concoctionem, maiores, tardiores, rariores & vehementiores.
Longus, pulsus efficit imbecilles, paruos.
Vigilia efficit pulsus magnos, celeres.
Exercitium
Nimium, pulsus efficit
Paruos.
Languidos.
Celeres & Frequentes.
Modicum, pulsus magnos, vehementes, celeres, frequentes.
Balneum
Calidum
Moderatum, pulsus magnos, celeres, crebros, imbecilles.
Immoderatum, pulsus tardos, nimium creberrimos, & languidos formicantes.
Frigidũ, pulsus paruos, tardos, raros, imbecilliores, aut magnos vehemẽtes & moderatos.
Concubitus
Moderatus, magnos, vehementes.
Immoderatus, paruos, celeres, crebros, languidos parit.
Animi affectus
Lætitia, pulsum efficit magnum, tardum, rarum & moderatum.
Ira, pulsus magnos, altos, vehementes, celeres, crebros.
Tristitia, pulsus paruos, tardos, raros & languidos efficit.
Timor
Recens, celeres, inordinatos, inæquales parit.
Inueteratus, quales tristitiæ.
Amor, pulsus efficit inæquales, nominis expertes, inordinatos.
Præter naturam. Vide in sequentibus sub signo H.




CAETERORVM *morborum ac ſymptomatum pulſus ad horum imitationem facilè dignoſci poſſunt.*

I. *Ab Hepa-*

I. *Ab hepate* duæ quoque oriuntur facultates

- *Naturalis*, quę cũ ſtirpib. etiam communis eſt. Sũt autem naturales facultates vel
  - *Primarię* & principes: videlicet
    - *Generatrix*, in ſemine reperitur, & edito iam partu ea langueſcit, ſtatimque aboletur. Hæc partes ſingulas, ipſumque adeò fœtum perficit: cuius duæ ſunt partes:
      - *Alteratrix*, quæ generatim calido, frigido, humido, ſicco, primis & elementaribus ſuis facultatibus ſemẽ & ſanguinẽ menſtruum ſubiectã homini generando ſubſtantiã immutat in qualitatibus tactorijs, guſtatorijs, olfactorijs, viſorijs, quibus eſt opus, vt ex ea os, neruus, vena, & reliquarum partium quælibet fiat: particularim verò agit in eã ſubſtantiam facultate oſſifica, neruifica, venifica &c, ex miſtis quatuor, primis naſcentibus, qua particulares naturæ facultates alteratrices cuiuſque partis ſimilaris ſubſtantiam qualis eſt, effecerunt: totq; ſunt in animali & planta, quot partes eius ſimilares deprehenduntur.
      - *Formatrix*: hæc artificioſè & ſumma arte, alicuiuſq; gratia materiã, quę alteratur, effingit, vt congruentem figuram, ſitum, compoſitionẽ, cauitates, ſoliditates, & cætera id genus habeat ad oſſis, nerui, &c. conſtitutionem, actioni partis futuræ ac vſui idoneam, vt nihil ſit obtuſum, nihil ſuperfluum, aut quod aliter meliũs ſe habere poſſit. Hæc edito iam partu langueſcit & deficit.
    - *Nutrix*, ſeu altrix, quæ alimentum adductum in corporis eſſentiam conuertit, eiq; aſſimilat. Nã cum quod in nutrimẽti ſpecie affluit omnibus corporis quod nutritur partibus ſolidis apponitur, affigitur, aſſimilatur. Succus enim omnẽ animalis partẽ nutriturus, vbi à vaſis excidit, ceu ros quidam per totam partem nutriendam diſpergitur, mox apponitur ſeu adiungitur: deinde ſiccitatem ſufficientem ac lentorem à calore natiuo adeptus, agglutinatur, affigitur, accreſcit, coaleſcit, cohæret, vnitur. à prima generatione ad finem vſque vitæ dominatur.
    - *Auctrix*, quæ corpus in omnẽ partem diſtendit & dilatat. à partu vſq; ad ætatem florentẽ dominatur.
  - *Secũdariæ*, miniſtræ, ſeu auxiliares, quarũ aliæ famulantur facultati *Nutrici*: & ſunt quatuor, videlicet
    - *Attractrix*, conuenientis parti cuilibet qualitatis & ſucci ad partis nutritionẽ (quod omnium partium commune eſt, alimentum ſibi nutriendis familiare trahentium, nunc etiam per villos rectos, vt in ventriculo: nunc à ſolo partis temperamento, vt in reliquis propè partibus) vel ad partis delectationem & voluptatem, qua fini vteri os ſemen viri trahit, veſica bilem flauam ex hepate ſecernit & trahit: lien humorem melancholicum trahit ad ſui nutritionẽ. Renes vrinam ex vena caua à ſanguine ſecernunt & trahunt. Tractrice ventriculi per villos ſuos rectos & gulæ, non ipſius fit deglutitio contractione cum Eraſiſtrato. Tractrice hepatis, fit chyli ex ventriculo & inteſtinis per venas meſeraicas in hepar ipſum diſtributio. Tractrice partium ſingularum, fit ſanguinis ex hepate & caua, per venę huius ramos in ſingulas partes digeſtio. Tractrice medicamenta purgantia, proprias ſibi qualitates, ſeu humorẽ ſibi familiarem ex corpore noſtro trahunt.
    - *Retentrix*, attractæ familiaris cuiq; qualitatis quoadusq; abſoluta erit coctio, ſi alimentum eſt: vel ſi excrementum eſt, donec qualitate diſtendens, aut qualitate acri & mordaci vel vtraq; ſimul, partem moleſtet, vt inteſtina, veſicam vtramq;, &c. partus autem retinetur in vtero, donec ipſum mole, pondere, morſu, à ſudore vel vrina fœtus ruptis membranis offenſus, vel cauſis alijs vrgentibus excernere cogitur.
    - *Coctrix*, ſeu alteratrix, retentæ in parte ſubſtantiæ, quæ parti quãto qualitatibus eſt vicinior, & maiorem habet cum ea cognationem, tanto citiùs alterando parti ipſi aſſimilatur, vt caro ex ſanguine mox efficitur: quæ minore tardiùs, & per omnes medias qualitates priùs mutetur oportet, vt ex ſanguine calido, humido, rubro, non poteſt vno ſtatim impetu fieri os frigidum, durum, album: ſed multis in medio alterationibus & mutationibus eſt opus. Alteratione, hac nutritoria partibus iam factis, quod affluit ſimile efficitur, ob id aſſimilatio etiam dicitur: alteratione verò generatoria, quæ partes priùs nõ erant, poſtea factæ ſunt.
    - *Expultrix*, eorum quę peruinci, percoqui, perfectè alterati, & cum nutriendo ſimilitudinem recipere non potuerunt, vbi partem, quæ ipſa vel coquendo, vel trahẽdo ſecreuit, ſeu onere alieno grauant, & quantitate diſtendẽtia, vel qualitate acri moleſtantia, vel vtraq; offendunt: ea iuuatur maximè villis tranſuerſis, quibus partibus hi ſunt, vt ventriculo, inteſtinis, vtero, vtriq; veſicæ, venis & arterijs. Expulſio tractioni contraria ſæpe fit per eoſdem meatus, vt vomitus, deglutio per gulam: ſemen, fœtus per collum vteri: diſtributio alimenti, attractio medicamentorum purgantium, & ſucci in nobis abundãtis ſpontanea in ventrem expulſio per venas meſeraicas. Cæterùm quæ expulſoria excernuntur excrementa, varia ſunt. Primæ enim concoctionis ſunt ſtercus: ſecundæ, vrina: tertiæ, ſudores, ſordes ſeu ſtrigmenta, & quæ per inſenſibilem tranſpirationem exhalant. Item cerebri excremẽtum, mucus, qui per nares & palatum excernitur: pulmonis, ſputum, &c. de quibus in quarta parte primi libri.
  - *Generatrici*, cui ſubſeruiunt facultates duæ: nempe
    - Nutrix. — *Hæ* nõ modò fœtui iã generato, in vtero ſeruiũt, ſed iã inde à cõcepto ſemine. Ipſum enim per nutritionem omnino augeri oportet, vt tot ac tantis animalis partib. cõſtituẽdis ſufficiat. Nutritur autem primum ſemẽ maſculum fœminino, deinde autẽ portione tenui & halituoſa ſanguinis menſtrui.
    - Autrix.
  - *Auctrici*: ſunt duæ
    - Alteratrix ſeu Coctrix
    - Nutrix.

    } De quibus iam dictum.
- *Moralis* ſeu appetitoria facultas, quæ cum
  - *Rationi* paret, fit
    - Temperantia, Continentia, Verecundia.
    - Decoris
    - Modi
    - Ordinis

    } *Obſeruatio.*
  - *Agitur* minùs moderatè, & turbatur, fit vel
    - *Amor* nimius vel
      - *Cibi* & potus.
      - *Veneris.*
    - *Odium* ſeu faſtidium nimium
      - *Cibi* & potus.
      - *Veneris.*

# De actionibus seu functionibus, in specie.




# LIBRI I. PARS II. DE ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ̃, HOC EST, DE SALVBRITATE ET INSALVBRITATE.

## De Sanitatis natura & accidentibus.

ABSOLVTA *prima Medicinæ parte, nempe Physiologia, ad alteram videlicet* ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗΝ, *venire tempestiuum est, quæ de Sanitate & Morbis tractat.*




De Mor-

# De Morborum natura & accidentibus.



- *A Morbus* instrumentalis
  - *Simplex*, quadruplicem habet differentiam. Nascitur enim quãdo vel à naturali habitu decedit
    - *Conformatio*, eiusque morbi vel sunt
      - *Aduentitij*, quando vel
        - *Figura* vitiatur, vt
          - *Similitas* à natura ictu & casu.
          - *Vacitas.*
          - *Varitas.*
          - *Luxatio* membrorum.
          - *Mala* curatio fractorum ossium.
          - *Callus* eminentior innatus articulis.
          - *Cordis*, pulmonis, & reliquarum partium vitiosa figura, à qua etiam meatus aliquis vt plurimum vitiatur.
        - *Magnitudo* & multitudo caruitatum
          - *Nimis* patentium.
          - *Clausarum*: id quod multis modis fit, vel
            - *Obstructione.*
            - *Meatibus* coalescentibus.
            - *Inflammatione.*
            - *Crassis*, lentis, viscidis humoribus.
            - *Exiccatione* partis.
        - *Partes* leues fiunt asperæ factæ, vt fauces asperæ factæ, generatur tussis.
        - *Partes* asperæ fiunt leues, vt ossa quæ carnes retinent.
      - *Natiui*, qui in vtero matris contrahuntur, à prima conformatione peccante.
    - *Numerus* in eo vel
      - *Abundantia*
        - *Naturalia*, quæ sunt vel
          - *Causæ* morborum, vt
            - *Manus* sex digitorum.
            - *Tubercula*
            - *Varices*
            - } *Quæ* meatus obstrahunt.
          - *Morbi*, vt pterygion in oculo. Nam cùm pupillam totam obscurauerit, actionem impedit.
        - *Prorsus* non naturalia, vel
          - *Causæ* morbi
            - *Lapis* in vesica.
            - *Lumbrici.*
            - *Grando* in oculo.
          - *Morbi*
            - *Suffusio.*
            - *Lepra.*
            - *Vitiligines.*
            - *Atheromata, Steatomata.*
            - *Melicerides, Acrochordones.*
      - *Defectus*
        - *A prima* generatione quædam
          - *Radicitùs* perierunt.
          - *Veluti* ex dimidio mutilata sunt.
        - *Postquam* animal in lucem editum est, vt amissio
          - *Digitorum*
            - Manuum.
            - Pedum.
          - *Cruris*
          - *Cubiti.*
          - *Venarum* varicosarum.
          - *Glandularũ* induratarũ
          - *Dentium.*
          - *Gurgulionis.*
          - *Aurium. Narium.*
          - } *Harum* quædam
            - *Vnam* tantùm fũctionem obtinent, & cum hæ læduntur, sunt causæ morborum.
            - *Duas* functiones obtinẽt, quæ cùm læduntur, duplicem habẽt rationem, nempe causæ & morbi.
    - *Magnitudo*, quando partes
      - *A prima* generatione
        - *Increscunt*, vt quando lingua ad totam magnitudinem increscit, vt ad nullam partem oris sese flectere possit.
        - *Minuuntur* quando lingua adeò exigua est, vt non omnes eius partes attingat.
      - *Post* ortum animalis
        - *Increscit*, vt
          - *Priapismus*,
          - *Caro* supercrescens in vlceribus.
          - *Auctio* testiculorum, mammarum,
          - *Struma* immoderatiùs aucta.
          - *Oculorum* anguli aucti, &c.
        - *Minuuntur*, vt
          - *Oculorum* anguli diminuti.
          - *Atrophia*, id est, cibi defectus.
          - *Tabes.*
    - *Compositio*, in
      - *Positu*
        - *Luxatio*
        - *Cõmotio*
        - } Articulorum.
        - *Epiplocele*, quando omentum in scrotum deuoluitur.
        - *Entrocele*, quando intestinum in scrotum deuoluitur.
      - *Consensu* inter sese vicinarum partium, quę à naturali habitu descedunt, vt
        - *Si* ligamentum vel laxum, vel nimium intentum vel abruptũ fuerit, vt impediat in ea parte motum articulis debitum.
        - *Immodica* vincula
          - Linguæ.
          - Pudendorum.
        - *Partes* omnes, quæ ob vlcus præter naturam vt
          - Labia.
          - Palpebræ.
          - Digiti.
          - Sedes.
  - *Compositus*
    - *Proprius* eidem instrumento, vt in oculo suffusio cum pterygio, in lingua magnitudo nimia & asperitas.
    - *Accidens* eidem, vt ceratoidis erosio, prolapsus rhagoidis, & pupillæ contortio. Hi tres affectus sunt oculi morbi per accidens, & non proprij. In opthalmia, phlegmone, cohærentis tunicæ morbus proprius est, oculi verò per accidens.
    - *Proprius* ac accidens simul, vt luxatio cum phlegmone.

POTEST *etiam morbus instrumentalis componi cum vnitatis solutione, quemadmodum in tumoribus præter naturam.*

B. *Symptoma*, est affectus morbum sequens. Horũ alia sunt

- *Functionum noxę*
  - *Animalium.* Vide in sequentibus signum. C.
  - *Vitalium*, pulsus: Abolitus / Debilis / Deprauatus. } *De* his in quarta theoricæ parte.
  - *Naturalium*
    - *Attractio*
      - *Abolita*, vt in ventriculo, cùm is omnino nihil attrahit.
      - *Debilis*, quando vix & difficulter & multo tempore attrahit.
      - *Deprauata*, vt cùm ventriculus inter trahendũ quasi palpitat, aut tremit, aut concutitur, aut conuellitur.
    - *Retentio*
      - *Abolita*, cùm ventriculus cibos, coctionis tempore omnino non comprehendit, vt in lienteria.
      - *Debilis*, cũ ventriculus cibũ nõ probè amplectitur, & tum fiunt fluctuationes.
      - *Deprauata*, cũ ventriculus saltu quodã, aut conuulsione, &c. cibos amplectitur.
    - *Alteratio*
      - *Abolita*, vt cùm in ventriculo cibus talis permanet, qualis est sumptus.
      - *Debilis*, vt tarda in ventriculo concoctio.
      - *Deprauata*, vt cùm cibus in ventriculo in alienam qualitatem permutatur.
    - *Expulsio*
      - *Abolita*, cùm excrementa omnino non excernuntur.
      - *Debilis*, cùm tardè excrementa vel omnino non excernuntur.
      - *Deprauata*, cùm vel properat ad deiectionem ante perfectam cõcoctionẽ, vel tardat vel cessat post concoctionem absolutam.

- *Affectus* corporis nostri: quorum alia pertinent ad
  - *Visum*, & sunt colores præter naturam, vel in
    - *Toto* corpore, vt in morbo: Regio, Hepatico. / Splenitico. / Aquæ inter cutem.
    - *Parte*
      - *Vna*, vt: *Sola* lingua decolorata. / *Pars* alia ob abscessus vel: Nigri / cat / Liuet } A carbone, herpete, &c.
      - *Pluribus*, vt partes aliquæ morbis frigidis, aliquæ calidis laborãtes, etiã variè decolorantur.
  - *Auditum*, vt
    - *Voces* clangosæ, turbidæ, vel tremulæ, &c. ob oris morbos, faucium, tracheæ arterię, pulmonum, thoracis.
    - *Soni*, strepitus, stridores murmurilla in aliis animalis partibus, ob instrumentorum angustiam, vel motum errabundum, aut copiam spiritus inflantis.
  - *Olfactum*, & sunt præcipuè vel in
    - *Respiratione*, vt fœtor per guttur.
    - *Transpiratione*, fœtor per cutis poros.
    - } *Huc* etiã referuntur: Aurium / Narium / Axillarum } *Fœtores*, & omniũ partiũ, quæ ob affectum aliquem putrescunt.
    - *Ructus*: Fumosus, Acidus. / Virosus. / Piscium fœtorem referens.
  - *Gustum*
    - *Sudor*: Dulcis. / Amarus. / Salsus, &c.
    - *Sanguis*, qui per hos reiicitur: Dulcis. / Salsus. / Amarus, &c.
    - *Reiectio* ex pulmone
    - *Vomitus*
    - } *Et* habent saporem vel: Acidum, Salsum. / Amarum, Dulcem. / Austerum.
  - *Tactum*, pellis cutisve: Dura, Intenta. / Laxa, Arida. / Rugosa.

- *Quæ* immodicas excretiones vel retentiones sequuntur, vel à naturali habitu recedunt
  - *Tota* substantia, vt hæmorhogia nata ex
    - *Apertione* osculorũ vasis, à sanguinis copia, vel vasis inbecillitate.
    - *Transudatione* per venas, ob tunicam rarefactam, vel ob gracilium vasorum adapertionem.
    - *Erosione*, ab humoribus erodentibus.
    - *Ruptura.*
    - *Vulnere.*
    - *Contusione.*
    - *Imbecillitate* retentricis facultatis.
    - *Immodica* expultricis facultate, &c.
  - *Qualitate*: vt: Colores / Sapores / Odores } *Excrementorum* præter naturam ex morbo nati.
  - *Quantitate*: vt excretio vel retentio immodica
    - *Vomitus.*
    - *Sudoris.*
    - *Vrinæ*: vt in: Diabete, Ischuria. / Dysuria. / Stranguria.
    - *Stercoris*: vt in: Lienteria, Dysenteria. / Voluulo. / Colica, &c.
    - *Mensium* vel suppressorum, vel largiùs fluentium.
    - *Gonorrœa*, &c.

C. Symptomata

C. *Symptomata* functionum noxæ animaliũ, sunt aut

- *Sensibilium*
  - *Visus*
    - *Abolitus*, cæcitas.
    - *Debilis*, amblyopia.
    - *Deprauatus*, hallucinatio.
  - *Auditus*
    - *Abolitus*, surditas.
    - *Debilis*, grauis auditio.
    - *Deprauatus*, obauditio.
  - *Odoratus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
  - *Gustus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
  - *Tactus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
    - Dolor.
  - *Primi* sensus instrumenti & communis omnium.
    - Vigilia.
    - Veternus.
- *Motricum*, motus
  - *Abolitus*, in
    - *Parte* vna, paralysis, id est resolutio
      - *Neruorum*
        - *Respiratoriorum*, apnæa
        - *Vocalium*, aphonia
        - *Linguæ*, sermonis vitium
        - } Dicitur.
      - *Musculorum*
        - *Coli*
        - *Vesicæ*
        - } *Inuita* vrina } Dicitur.
        - *Sedis*, stercoris deiectio
    - *Toto* corpore
      - *Tantùm*, paralysis.
      - *Cùm* principum facultatum resolutione, apoplexia.
  - *Debilis*, stupor.
  - *Deprauatus*
    - *Conuulsio*, est inuoluntaria retractio musculorum & neruorum, ad suam originem, vel in
      - *Vna* parte
        - *Musculis*
        - *Ventriculo*, vt singultus.
        - *Pene* regido, quodammodo conuulsiones sunt.
      - *Toto* corpore
        - *Tantùm*
          - Tetanos.
          - Episthonos.
          - Emprosthonos.
        - *Cum* læsione principum facultatũ, vt epilepsia.
    - *Tremor*, est motus præter voluntatem partium, quo sursum & deorsum vicibus permutatis ferantur.
    - *Horror*, inæqualis totius corporis concussio & turbatio.
    - *Rigor*, est motus, qualis in horrore, sed maior.
    - *Sternutamentum*, efflatio est vehemens, qua nares, vẽtriculi anteriores cerebri, ossa ethmoidea repurgantur.
    - *Tussis*, vehementissima quædam efflatio est, qua plurimus simul, celerrimeque foras actus spiritus, attrahat propellatque suo impetu, quæ vias suas obstruunt.
    - *Pandiculatio*, est motus & distentio omnium membrorum ad difflationem vaporũ ex eis.
    - *Oscitatio*, expultricis virtutis motus, ad discutiendum spiritus flatuosos maxillæ inferioris.
- *Principum*
  - *Imaginatio*
    - *Abolita*, vt caros, catalepsis, &c.
    - *Debilis*, coma, lethargus
    - *Deprauata*, delirium.
  - *Cogitatio*
    - *Abolita*, dementia, stultitia.
    - *Debilis*, fatuitas, stultitia.
    - *Deprauata*, delirium.
  - *Memoria*
    - *Abolita*, obliuio.
    - *Debilis*, torpor.
    - *Deprauata*, delirium.

# LIBRI I. PARS III.

## DE ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΚΗ, HOC EST: DE CAVSIS EFFICIENTIBVS.

*FINITA secunda Medicinæ parte, nempe Pathologia, ad tertiam, videlicet* ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΚΗΝ, *quæ causarum efficientium rationem obtinet, perueniendum est.*



# De Aere, in genere.



A.
*Aeris* varietas oritur ratione ventorũ, eorúmque vel

- *Orientalium*. Hinc aer efficitur calidior & ſiccior, temperatè tamen.
- *Occidentalium*: fit aer frigidior & humidior.
- *Meridionalium*: efficitur calidus & humidus: qui
  - *Senſus* grauat.
  - *Fortitudinem* laxat,
  - *Poros* aperit.
  - *Humores* agitat.
  - *Recidiuationem* facit.
  - *Epilepſiam* commouet.
  - *Somnum* inducit.
  - *Febres* putridas generat.
- *Septentrionalium*: fit aer frigidus & ſiccus: qui
  - *Indurat.*
  - *Prohibet.*
  - *Corroborat.*
  - *Vrinam* prouocat.
  - *Poros* claudit.
  - *Concoctionem* auget.
  - *Ventrem* ſtringit.
  - *Aerem* peſtilentem ſanat.
  - *Coſtarum* ægritudines efficit,
  - *Pleritidem* generat.
  - *Nerucum* dolores, *Tuſſim*, *Peripneumoniam* } *inducit.*

ANNOTATIO EX CARDANO LIB. I. CAP. VIII.

## De varietate rerum.

*Ex Vento Auſter omnibus grauis eſſe videtur, hominibus morbos parit: autumno primùm ea parte folia arboribus decidunt: ædificia collabuntur, atque ruunt: ſemina gurgulione ac verme exeduntur: fructus putreſcunt. Porrò venti validi omnia quaſſant, fructus, ſemina, plantas, ædificia, etiam arces, montes quoque, homines.*

B.
A locis inferioribus aeris quoque differentiæ ſumuntur: videlicet ab

- *Vrbibus*, vel villis. Nam ſi fuerint
  - *Maritimæ*, tales inhabitantes
    - Aerem humidiorem ſentiunt.
    - *Molliores* ſunt.
    - *Minùs* ad labores valentes, tum ob nimiam ambientis humiditatem, tum ob frequentiorem piſcium eſum.
    - *Minùs* ſanitati ſeruandæ ſunt opportuni.
  - *Mediterraneæ*. Vide in ſequentibus ſignum*
- *Domicilijs*, quorum alia magis cõmoda ſunt
  - *Habitationi*: & hæc aut
    - *Profunda* ſeu inferiora, quorum pauimentũ eſt terra: ſaluti inimica ſunt, maximè ſi non perflentur.
    - *Alta*, & ſublata à terra, tabulata: ſalubria ſunt: quorum
      - *Aeſtiua*, habeant
        - *Situm*, ſeu feneſtras verſus Septentrionem: ſit hæc domus pars ſublimior, vt à Boreæ incurſu tueatur.
        - *Spatium*, & quidem in
          - *Lonitudine*, 18
          - *Amplitudine*, 18
          - *Altitudine*, 20
          } Pedum.
      - *Hyemalia*: hæc habeant
        - *Situm*, ſeu feneſtras verſus Meridiẽ: ſitq; humilior hæc domus pars, vt è Sole hyemali luſtretur.
        - *Spatiũ*
          - *Latitudinis*, 18
          - *Longitudinis*, 20
          - *Altitudinis*, 18
          } Pedum.
  - *Exercitationi*. Sic Aulæ ſint
    - *Longæ*, 40
    - *Latæ*, 18
    - *Altæ*, 22
    } Pedes.




## ANNOTATIO EX CARDANO LIB. I. CAP. VIII.

### De varietate rerum.

*AEREM qualis sit, cùm volueris explorare, spongiam bene siccam ac mundam sub diuo per noctem sereno cœlo exponito: mane, si siccã inueneris, aer quoque talis est: si madidã, nimbosus: si molliter vdã, humidus ac roridus. Si verò panem sic recentem exposueris, à corrupto situ contrahit, à sicco siccescit, ab humido in suo statu manet. Corrumpuntur & carnes facilè, vbi pestilens sit aer, & colorem mutant à rubro caro, ab albo autem adeps. Crassi aũt aeris marfiunt, tametsi humidus sit, ac nubilosus. Vesicas ẽt vacuas exquisitissimè tentabis, cuius sint ponderis, easdem statim ad extremum inflatas, & differentiã obserua. Cuius enim regionis maius fuerit atscrimen aut temporis, eius aer crassior est: atq; eò crassior, quò magis iuxta ꝑportionem fuerit. Oportet autem experimentum sumi sereno aere, eodémq; anni tempore tenuissimis & amplissimis vesicis, libraq; exquisitissima. Aliàs verò boni maliq; aeris argumentum ex habitu animalium, tum visceribus eorum, maximè iecore, docui,*

C. *Aeris* differentiæ sumũtur etiam à tempore

- *Anni*
  - *Totius.* Nam si totus annus fuerit
    - *Calidus*, fient
      - *Febres* acutæ
      - *Maniæ*
      - *Apostemata* acuta
      - } In corporibus biliosis.
    - *Frigidus*, orientur
      - *Morbi* comitiales.
      - *Apoplexiæ*, Paralyses.
      - *Stupores*, Tremores, Spasmi.
    - *Humidus*, fient
      - *Febres* contumaces.
      - *Alui* profluuia.
      - *Putredines*, Apoplexiæ, Anginæ.
      - *Morbi* comitiales.
    - *Siccus*, generabuntur
      - *Tabes*, Lippitudines.
      - *Articulorum* dolores, Vrinæ stillicidia.
      - *Intestinorum* difficultates.
  - *Partiũ:* & vel *Secundum* naturam: atque sic
    - *Ver* temperatũ est, calidũ & humidũ quibusdã, calori naturali similis: salubernimum. Est à principio mẽsis Martij, aut ab æquinoctio vsque ad Solstitium. Hoc tempore oriuntur
      - *Lepræ.*
      - *Vitiligines.*
      - *Impetigines.*
      - *Pustulæ* vlcerosæ.
      - *Articulorũ* dolores.
    - *Aestas*, calida est & ficca. Est à Solstitio æstiuo vsque ad æquinoctium autumnale, siue ab initio Iunij in finem Augusti. Hoc tempore sæpe generantur
      - *Morbi* biliosi & acuti.
      - *Febres* ardentes.
      - *Tertianæ* exquisitæ.
      - *Choleræ*, Ophthalmiæ.
      - *Ventris* profluuia.
      - *Aurium* dolores.
      - *Genitalium* putredines.
    - *Autumnus*, est siccus, calore & frigore inæqualis, pernicios̃us, mortiferus. Est ab initio Septembris, aut ab eius æquinoctio, vsque in Solstitium hyemale, aut finem Nouembris. Fiunt hoc tempore frequenter
      - *Morbi* melancholici.
      - *Maniæ*, Melancholiæ.
      - *Lienis* tumores.
      - *Hydropes*, Tabes.
      - *Difficultates* intestinorum.
      - *Asthma*, Anguinæ.
      - *Comitiales.*
      - *Febres* quartanæ.
      - *Febres* erraticæ.
    - *Hyems*, est frigida & humida, pluuiosa. Incipit ab initio Decembris, & vsque in finem Februarij metitur. Hoc tẽpore fiunt sæpe
      - *Morbi* longi.
      - *Laterales* morbi.
      - *Pulmoniæ*, Grauedines.
      - *Raucedines*, Tusses.
      - *Apoplexiæ*, Vertigines.
      - *Laterum* / *Pectoris* } Dolores,
      - *Capitis* / *Lumborum* } Dolores.
  - *Præter* naturã, cũ videlicet
    - *Hyems* calida
    - *Aestas* frigida
    - *Ver* frigidum
    - *Autumnus*
      - *Calidus*
      - *Humidus*

      } Euadit. Inde varij oriuntur morbi, præsertim pernicios̃i & mali indicij. Quod fidum prælagium futuræ pestis est, quæ frequentiùs ex humida aeris constitutione oritur, rarius in siccis, cum putrescit, mixtis putridis vaporibus ex aqua & terra eleuatis.
- *Diei.* Nam
  - *Nox* frigidior est ob Solis recessum.
  - *Dies* calidior ob Solis propinquitatem: cuius etiam
    - *Meridies* calidior est.
    - *Matutinum* tempus frigidius. Nam hora matutina Sol non calefecit aerem sua præsentia.
    - *Vespertinum*, frigidius. Nam nondum ob absentiam refrigeratum est, atque perinde ex noctis partibus prior minùs frigida est posteriore.

ANNOTATIO.

*AEREM cùm sani euitare non possint, sed multis ab eo modis alterentur, mutenturque, eius lapsus per victum emendandus venit. Definito nãque lapsu aeris, atque cognita alteratione, quã in corpus humanum facere potest, facilè erit in cibo aut potu, aut somno aut vigilijs parem obijcere contrariam vim, quæ omnino impediet, & attemperabit aeris actionem, atque potentiam.*

*DE Aeris differentijs in specie, vide inferiùs, in particularium morborum curationibus, &c.*

# De Ciborum differentiis, in genere.

- *Cib⁹* est essentię ficcioris, quæ deperiit, refectio: vel cibus, seu alimētum est, qđ substantiā nostrā augere potest. Horum differētiæ tum in
  - *Genere* substantiæ. Ar q; sic eorū alij
    - *Nutrientes*, sanguinēq; tenuē generantes. Sunt aūt huiusmodi qui facilè digerūtur, leui negocio in sanguinē conuertuntur, facilè à mēbris labuntur, & in vēticulo nō corrūpūtur. Cōuenīūt hi politicis, delicatis, quiescentibus, caloris naturalis imbecillitate affectis, dispositisq; ad nutritiuorum & spiritualiū membrorū, ac cerebri obstructiones, cū magna eorum quātitas parum tribuat alimenti. Ex horum genere sunt
      - *Perdices.*
      - *Phasiani.*
      - *Pulli* gallinacei.
      - *Atagenæ.*
      - *Alæ* auiū omniū.
      - *Pisces* parui.
      - *Cucurbitæ*, &c.
    - *Subtiles*, leues, seu tenues: & vel magis
      - *Alterantes.* Horum enim alij crassa & pituitosa quoque attenuant, subtiliant, vel sua
        - *Acredine* & caliditate
          - *Subtiliando*, quāquā crassi succi existāt, cuiusmodi sunt
            - *Capæ.*
            - *Pastinacæ.*
            - *Raphanus*, &c.
          - *Incidendo*: cuius generis sunt
            - *Sinapi* Nasturtium, Porrum.
            - *Allium*, Eruca, Fœniculus.
            - *Origanum*, Anethum, &c.
        - *Dulcedine* & tenuitate, mūdificando: vt sunt
          - *Aqua* hordei, Amygdalæ.
          - *Ficus* ficcæ, Phistici.
          - *Saccharum*, Mel, &c.
        - *Salsedine*, quæ in ipsis cibis inuenitur, dissoluendo, attenuandóque vt sunt
          - *Pisces* salsi.
          - *Muria.*
          - *Nitrosa* omnia, &c.
        - *Acetositate*, quæ in ipsis alimentis reperitur, incidendo: vt sunt.
          - *Acetum.*
          - *Citrorum* succus.
          - *Vinum* malorum punicorum.
    - *Crassi* ac lenti. Ab his tantùm hominibus ingeri debent, qui exercitatione multa sumnóque ad satietatem vti possunt, eámque sibi vitæ rationem delegerunt, quæ publicis negociis, forensiq; labore minimè impeditur, ac cùm præcipuè eorum vsus frequentior, pari hypochondriorum dextræ nihil vel grauitatis, vel tensionis afferat. Cui autem ætas aut consuetudo obstat, quin exerceri ante cibum possit, eius generis victu omnino abstineat. Crassi equidem cibi magis in hyeme, quàm cæteris anni temporibus comedendi sunt. Nam.
      - Aegrè concoquūtur.
      - *Bonū* in iecore sanguinem generant, si digerantur.
      - *Obstructiones* faciūt, cū non probè concoquantur.
    - *Medij* temperamenti, nulla eximia qualitate præditi. hi merè alimenta dici possunt: nam aluum neque soluunt neque retinent, ventriculo neq; robur neq; languorē inducunt, sudores & vrinas neq; prouocant neque coercent, nullam intemperiem inducunt, sed tale corpus asseruant, quale acceperunt.
  - *Accidentibus*: videlicet
    - *Tempore.* Opportunitas sumendi alimenta est, cum adest inopia: hanc autem in bene valentibus fames docet. Fames autem est appetitus quidam calidi & ficci: situs autem appetitus frigidi & humidi. vel Fames est sensus tristis. In omni namque fame, quæ natura fit, quinq; motus fiunt, quorum primus est, membrorum inanitio, quæ secundum naturam fit, naturali calore agente, ac dissoluente humidum membrorum: hæc verò naturali facultate secundo loco appetunt: deinde tractrice trahunt: tertio loco à venis & iecore & ventriculo: quarto loco sequitur sensus tristis, quo venter sentit fuctionem: quinto sequitur appetitus animalis. Quartum horum, nempe sensus fuctionis fames est. Cum itaque hominem fame tentari necessum sit, ea erit ciborum adhibendorum opportunitas. ante id. n. bene valentibus indicium est, in ventre cibum contineri, aut in venis. coctis atque cibis itaque digestis, & congrua exercitatione præcedente, fames excitatur, & cibi adest opportunitas. Melior autem horarum in accipiendo cibum, est, hora frigiditatis propter aggregationem caloris naturalis, in interioribus corporis. Sed in hora caliditatis, oportet, vt dimittatur acceptio cibi, quia caliditas aeris trahit calorem naturalem ad exteriora, quò fit vt diminuto interiore calore diminuatur & concoctrix facultas. Ideóq; præcipiebant antiqui vt plus alimenti in cœna, quàm in prandio exhibendū esset, cùm calor naturalis frigiditate noctis, magis in interioribus delitescat, & concoctionis in somno meliores fiant in vente, facultasq; concoctrix se intrò recipiat magis &, in altum, & sanguis in somno magis ad interiora refugiat. Verūtamen oportet, ne quis comedat, nisi concoctis prioribus alimētis, & nisi aduenerit prius comedendi desiderium, quod cum ebullierit, non prorogetur hora comedendi. Nam diutius tolerare famem, ventriculum malis replet humoribus. *Reliqua* vide hoc signo *
    - *Ætate.* Nam edulia
      - *Nouella*, meliora & humidiora sunt.
      - *Antiquiora*, ficciora sunt & duriora.
    - *ordine.* Vide in sequentibus, sub signo C.
    - *Præparatione.* Vide in sequentibus, sub signo D.
  - *Specie.* Vide in sequentibus, sub signo E.

GAL. LIB. I. DE ALIMENT. FAC. ET. LIB.

## De dissolutione cont.

FIT *equidem aliquando, vt celeriùs bubulæ carnes, quàm saxatiles pisces à quibusdam in ventriculo concoquantur. quod forsitan mirum nonnullis apparebit: verùm id euenire sciant in hisce tantùm corporibus, quorum ventriculus bile flaua quàm plurima, vel à quapiam praua temperie, vel peculiari constitutione collecta, refertus est. Nam ex huiusmodi affectibus, & crassa concoqui, & tenuia corrumpi non ignorent.*

*Qualitate.* Vide in sequentibus, sub signo A.

*Quantitate.* Vide in seequentibus, sub signo B.

* Quibus

* Quibus omnib. hoc accedit etiam, vt consuetudo non aspernatur: quoniam qui consueuit vti prandio, & dimittit illud, estq; contentus cœna tantùm, magnificat nocumentũ cibi: & qui cõsueuit sumere cibũ aliqua hora determinata, & mutatur ad aliam, præter istam declarabitur sibi hæc permutatio nociua. Nam quæ ex longo tempore cõsueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minùs molestare solent. Cæterùm ciborum diuersitas in vnica mensa in hominum est cõsuetudine, non sine magno detrimẽto salutis. Nam aut miscere legumina carnibus, aut carnes piscibus, malum est. ex alimentis enim quædam sunt pituitosæ, quædam biliosæ, aut alterius naturæ, quædam etiã ex eis citò, quædam tardè coquuntur, ita vt coctum crudo misceatur. Quòd si retineantur amplius, id quod coctum est, corrumpetur, & putrefiet non gubernatum à natura: quòd si venter eadem expellere tentet, crudum cocto mixtũ expelletur, ac per intestina deducetur, aut ad iecur etiam ipsum: inde multi & varij oriuntur morbi. Porrò longa etiam mora in mensa valde perniciosa. Quoniam interim dum postrema alimenta mensæ apponuntur, priora sunt probè cocta, &c.

A. *Ciborum* qualitas sumitur vel à

*Gustu.* Sic nãque ciborũ alij sũt

*Dulces*, qui naturæ plurimùm amicantur. Nam omne dulce, etsi calidum sit, non tamen immodicè calorem nostrum exuperat. Constat enim gratissimam humanæ naturæ esse dulcedinem, cæterisq. saporibus delectabiliorem, & complexioni nutriendæ viciniorem. Nam quicquid nutrit, aut dulce simpliciter est, aut modicè. Quippe cum nutritio sit euacuati refectio, qui humanæ naturæ familiaris extiterit, necesse equidem est, vt id quod nutrit familiare existat. Verùm id, quod in cibis minùs erit dulce, minùs etiam calidum erit: quod verò magis, tantò calidius, quantò videlicet dulcius. Ideóque cibus dulcis

- *Simpliciter & exquisitè*
  - *In* bilẽ facilè exoluitur.
  - *Hepar* obstruit.
  - *Lieni* obest.
  - *Ventriculum* emollit.
  - *Iuuenibus* inimicatur.
- *Moliter*
  - *Gustui* amicatur.
  - *Corpus* impinguat.
  - *Calorem* auget.
  - *Saturat.*
  - *Digerit.*
  - *Mollit* dura.
  - *Mollia* condensat.
  - *Hepati* confert.

*Amari*, qui non nutriunt corpus, præsertim si amari simpliciter fuerint. Nam quæ exactè sunt amara, omnibus animantibus, nedum hominibus esui inepta sunt, cùm sicca & terrestria habeantur. Ideóq. in cibis amara haud commiscenda erunt, cùm potius medicinæ, quàm nutritioni competant. Nam

- *Mundificant*, Abstergunt.
- *Incidunt*, Extenuant.
- *Obstructiones* resecant.
- *Exasperant.*
- *Tineas* interimunt.
- *Sanguinem* adurunt.
- *Bilem* rubeam gignunt.

*Salsi*, qui etsi aliquando appetitus gratia commendentur, amaris tamen propinqui sunt. Terreni enim ambo sunt, & calidi, non obscura tamẽ diuersitate dissidentes, cùm sapor amarus à calore arido potiùs sit & extenuatus, & elaboratus. Nam si quod salsum excalfeceris plurimùm, amarum tibi facilé euadet: vt Mari Syriæ Palæstinæ, quod mortuum vocant, à Solis ardore æstate magis, quàm hyeme compertum est euenire. Cùm igitur sapor salsus parum ab amaro dissentiat, eo parciùs quidem vescendum erit. Nam cibi huiusmodi

- *Corpus* exiccant.
- *Calefaciunt.*
- *Subtiliant.*
- *Aggregant.*
- *Obstruunt.*
- *Bilem* generant.

*Acres*, qui corpus valde excalefaciunt. Bis tamen aut ter in aqua decocti acrimoniæ expoliantur, ne sic quidem vim perdũt extenuandi, verùm facultatem quandam obscurissimam alendi corporis exinde acquirunt: cuius antequam decoquerentur, nihil prorsus obtinebant. Ideóque eorum assiduus vsus euitandus est, præsertim biliosis. Quoniam quidem solis, pituitosum humorem, crudum gluuinosúmq. colligentibus, eiusmodi edulia sunt accõmodata. Nam

- *Corrodunt*, Incidunt.
- *Subtiliant*, Inflammant.
- *Attrahunt*, Resolunnt.
- *Cogitatiuam* facultatem destruunt.
- *Ventriculo*, *Visceribus*, *Oculis* — Obsunt.

*Acidi*, qui frigiditate, siccitatéq. constant, & corporis tenuitate pollent. Quò fit, vt nutrimenti quidem parum, & excrementorum plurimũ acidus victus corporibus contribuat:

- *Incidunt* crassa.
- *Obstructiones* reserant.
- *Sordida* mundant.
- *Biliosis* conferunt febribus.
- *Putredines* abiiciunt.
- *Vomitum* compellunt.
- *Neruis* aduersantur.
- *Infrigidant*, Extenuant.
- *Melancholicis* obsunt.
- *Senium* accelerant.
- *Concoctricem* facultatem attenuant.

*Austeri*, & acerbi, qui cùm parum inter se differant, sub vno & eodem genere componendi sunt. Nam austerum nil aliud esse comperimus, quàm acerbũ exolutum. Ideoq; austerus & acerbus victus cum terrestris & crassi existat temperamenti, necesse est vt parum nutrimenti corporibus subministret. Nã

- *Extenuat*, Infrigidat.
- *Crassa* concipit.
- *Sanguinem* minuit.
- *Macie* afficit.
- *Atrabiliarium* generat succum
- *Aluum* sistit.
- *Ventriculum* confortat.
- *Fluxiones* reprimit.
- *Vlcera* solidat.

*Tactu.* Vide in sequentibus sub signo *.

HIPP. ET GAL. II. APH. XXXVIII. ET AVIC. III. primi doct. secunda, cap. 7.

TANTIS *suauiora edulia viribus pollent, vt nonnunquã deteriora excellentioribus anteferantur, cùm parum deterior potus aut cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus sit præferendus. Quod non ob id solùm faciendum est, vt ægro gratificemur, sed etiam quòd vtiliora ipsi existant. Nam quæcunque cũ voluptate assumuntur, ista ventriculus amplexatur & magis concoquit, sicut illa quæ displicent, refugit. Vnde & nauseæ, & flatus, & fluctuationes subsequuntur, tamen eo esse probæ substantiæ, & partes quidem principales salubres omnes necesse est.*

a. *Ciborum* differentiæ à qualitate sensus tactus sumptæ, variæ sunt. Eorum namq; alij

*Calidi*, tum actu, tum potentia frigiditate affectis corporibus, in frigidis commorantibus locis, & in anni temporibus frigidis, competunt. Ideoque corpora, quæ caliditate plurima referta sunt, ab eiusmodi victus ratione abstineant, præsertimque in anni temporibus & regionibus calidis. Nam cibi tales

- *Corpora* — *Calefaciunt.*; *Siccant.*
- *Sanguinem* comburunt.
- *Elephantiasim*, *Vitiligines*, *Lichenas*, *Calculos*, *Hecticam* febrē — Generant.

*IN sanis enim simili, non contraria qualitate præditi cibi assumendi sunt, vt naturale temperamentum eorum, qui rectè valent, per similia conseruetur. Nam quæ in præsenti tabula conscripta sunt, ad ea hominum temperamenta referuntur, quæ vltra limites naturales, iam collapsa iudicantur.*

*Frigidi* valde tum actu, tum potentia, velut nix, omnino reprobandi sunt. Quoniam etsi ex eis iniuenum corporibus statim non appareat nocumentum, eorum tamen malefica qualitas, paulatim, insensibilitérq; operatur, neque nisi aduentante senectute detegitur. Ideóq; frigidi cibi iis tantùm corporibus competere videntur, quæ exuberante caliditate afficiuntur, atque iis, quæ in calidissimis commorantur regionibus, in anni temporibus calidis: aliter sui frigiditate

- *Ventriculo*, *Nerus*, *Cerebro*, *Articulis*, *Ossibus*, *Dentibus*, *Iecinori*, *Matrici*, *Testibus* — Maximè nocebunt.

*Sicci* tum actu, tum potentia insalubres esse censentur. Quanquam humidis corporibus, humidàsq. incolentibus regiones, & in anni temporibus humidis competere videantur. Nam

- *Succum* sanguinis depascunt.
- *Sanguinem* generant — *Crassum.*; *Frigidum*, si frigidi fuerint.; *Calidiorem*, si calidi fuerint.
- *Corpus* exiccant.
- *Vires* deiiciunt.

*Humidi* tum actu, tum potentia lubrici, glutinosi crassíque, morbosi iudicantur. Quanquam siccis corporibus, in siccis morantibus regionibus, & anni temporibus siccis, competere videantur. Verum cùm putrescibiles & crassi existant,

- *Obstruunt.*
- *Putrescunt.*
- *Febres* generant.

AVIC. PRIMA QVARTI, CAP. XXVI.

CIBI *qui ingerendi sunt, sicut actu calidissimi, ita etiam & tepidi esse non debent. Nam tepida omnia robur ventriculi soluunt. Quamobrem mediocriter calido victu vescendum erit.*

GAL. LIB. I. DE ALIMENT. FAC. CAP. DE LVPINO.

OMNIA *quæ humidioris sunt substantiæ, exiguam corporis alimoniam largiuntur, quòd celeriter in halitus exhauriuntur, ac digeruntur, vt rursus alio non multò pòst sit opus. Contrà dura & terrestria, perdurabile, copiosum, ac vix difflabile alimentum ex se præbent. Quòd si glutinis nonnihil habeant, multò hæc omnia perficient efficaciùs. Constat item hæc non expeditè, promptéque concoqui, ceu vtique nec in sanguinem commutari, nec assimilari solidis animalis partibus: ideóque citò nutrire. Cùm verò perdomita, confectáque fuerint, corporibus haud parum contribuent nutrimenti.*

B. *Alimẽtorum* seu ciborũ quantitas cõcoctricis facultatis viribus cõparari debet. Nam

*Moderata*, videlicet secundum concoctricis facultatis robur, ea est, quæ cũ ingesta est, grauitatẽ nõ afferat, neq. in ventriculo natet, nauseã nõ cõmoueat, neq. caninũ comedendi desideriũ, neq. ingenij pigritia, neq. insomnietas, neq. ipsius sapor in ructib. post tẽpus reperiatur. Huiusmodi nãque

- *Cõcoquitur* benè.
- *Benè* nutrit.
- *Fortificat.*
- *Impinguat.*
- *Sanitatẽ* tuetur.

*Immoderata*, videlicet nimis

*Multa*, etsi alimenta sint optimi, & plurimi succi, frigidos tamẽ morbos excitabit. Est enim repletio immodica tam cibi quàm potus omnino pernicioſa. Quãplurimi nãque homines nimia repletione suffocati interiere. Alimentorum enim abundantia eo pacto naturalem nostri corporis calorem suffocat, quo magna lignorum strues incensum ignem, & olei plus, quàm par sit lucernæ, & lampadis flammam extinguit. Ideóq. eiusmodi immoderatus victus

- *Crudit ates* generat.
- *Ventriculi* dolores procreat.
- *Ructus* commouet, suffocat.
- *Iecur* } Obstruit.
- *Lienem*
- *Compagines* afficit.
- *Calculum* in renibus generat.
- *Melancholicos* morbos generat.
- *Aegritudines* pituitosas procreat.
- *Malos* parit abscessus, Nauseam commouet.
- *Ventriculi* & intestinorum profluuia excitat.
- *Intellectum* & reliquas animales facultates destruit.
- *Colicam* facit, Humores omnes corrumpit.

*Pauca*, etsi alimenta fuerint boni succi & valde nutrientia, & tamẽ quoad cõcoctricis facultatis robur immodica & insufficiens, corpus omnino destruetur. Nã quemadmodum à multo suffocatur, ita etiã à pauco calor natiuus tabescere cogitur. Itaque pauca quantitas ciborum

- *Corpus* arefacit atque extenuat.
- *Vitam* corripit, Vires deiicit.
- *Hecticam* inducit.
- *Macie* afficit.
- *Semen* exiccat.
- *Bilem* tum flauam tum atram procreat.

C. *Cùm*

C.

*Cùm* ciborum diuersitatem uitare hac ętate sit difficile,ac penè impossibile,ordinem in eis obseruare decet,quo vti expediat in diuersorum alimẽtorum vsu, in eadẽ mensa.Huius autem rei rationes inter se pugnantes sunt.Quidam enim voluerunt anteponenda esse alimenta difficiliotis concoctionis,eis quę faciliùs coquuntur: quoniã venter calidior est in fundo,ea parte,qua carnosior & iecori propior:tali igitur ordine alimenta sunt ingerenda, vt equo tempore omnia coquantur, ne crudum cocto misceatur:id verò fiet, vbi quod difficiliùs coquitur antecedat,& imam ventris partẽ quæ calidior est pręoccupet:quod verò facilius coquitur,superiorem & minùs calidam. Quidam contrarium asserunt. Nam ea alimenta primo loco assumenda esse, quę faciliùs coquuntur, vt cocta descendant,& reliqua deinde coquantur. nam si ea antecedant,quę difficiliùs coquuntur,ea quę faciliùs coquuntur interim superata & cocta non descendent,inferioribus nondum coctis:dueq̃. inde sequentur noxę:prima,quòd coctum crudo miscebitur:secunda,quoniam retentum, quod iam coctum est,corrumpitur,non gubernatum à natura.Verùm cum quiuis facilè agnoscat, plus quam duarum horarum tempore,ventrem onus in intestina deponere,quo tempore leuior sensim redditur venter, & alimentũ iam coctũ corrumpi, si diutius quam par sit, retinetur,consentaneum est ea alimenta, quę facilioris concoctionis sunt, pręcedere debere.Sunt itaq̃ue ex alimentorum diuersitate alia

- *Priora*: videlicet
  - *Concoctu* facilia
  - *Liquida*
  - *Lubrica*
  - *Subtilia*
  - *Humida*
  - *Citò* permeantica
  - *Corruptibilia*
  - *Cacochimica*

  *Hæc* enim priùs sumpta celeriter pertranseunt,&aliis commodè præeunt, & quasi viam muniunt. Postremò autem accepta vnà secum alia in corruptionem trahunt, cùm concoctu facilia sint.
- *Posteriora*: videlicet
  - *Concoctu* difficilia.
  - *Crassa*
  - *Astringentia*
  - *Sicca*
  - *Aromatica*:

  *Cùm* longiori tempore concoqui debeant.

AVICENNA III. PRIMI DOCT. SECVNDA, CAP. II.

*Nihil deterius est,quàm diuersa nutrientia similiter adiungere,& in comedendo tempus prorogare, quoniam cùm postremum aduenit nutriens,primus iam incipit digeri cibus.*

D.

*Præparatio* eduliorum vires alimentitias variat:& vel secundum

- *Alterationem* seu coctionem. Nam quæ
  - *Elixantur*
    - *Omnium* sunt meliores.Nam elixatione omnia excrementa deponunt.
    - *Faciliùs* concoquuntur.
    - *Celeriùs* per ventrem descendunt.
    - *Minùs* alunt.
    - *Exteriùs* reddunt humidiora,interius ficciora.
  - *Assantur*
    - *In* veru, vel furno
      - *In* bonitate secundum locum obtinent.
      - *Difficilius* coquuntur,digeruntur,atq; descendunt.
      - *Valde* nutriunt.
      - *Constantius* præbent alimentum.
      - *Succescunt* exterius,interius humescunt.
    - *Super* prunas,vel iuxta prunas
      - *Omnimodò* ficciora reddunt.
      - *Difficulter* coquuntur.
      - *Ventrem* sistunt.
      - *Contrahunt* ignis qamdàm acrimoniam.
  - *Suffocantur* in patinis, vel olla,vel pastillis
    - *Tertium* in bonitate locum habent.
    - *Omnes* prauum succum præstant.
    - *Difficilè* superantur à natura. Quapropter ius tantùm edendum est,quoniam multum præbet alimenti.Caroverò paruum succum præstat,& ori ventris,& cordi nocet.Pisces verò sic suffocati venenosi sunt, & praua inferunt symptomata, & quandoque mortem.
  - *Friguntur* in butyro vel oleo
    - *Postremum* in bonitate locum habent.
    - *Difficulter* concoquuntur.
    - *Dura* redduntur ac ficca.
    - *Nidorem* referunt.
    - *Nauseam* concitant.
  - *Seruantur* sale,aceto & aqua, deinde coquuntur
    - *Prauum* succum præstant.
    - *Caput* grauant.
    - *Facilius* coquuntur.
    - *Facilius* coquuntur.
    - *Appetitum* ventriculi excitant.
    - *Vim* siccandi habent.
    - *Senectutem* celeriùs inducunt.
- *Mistionem*. vide in sequentibus sub signo β.

ANNOTATIO EX AVICENNA III. PRIMI DOCT. II. CAP. VII. & canticorum Par.secunda,textu decimonono.

*Nutrientia quæ temperaturam nacta sunt remotiorem, ne corporibus à quibus ingeruntur officiant. suis contrarijs corrigenda sunt:nam calida cum frigidis,sicca cum humidis, obstruentia cum aperientibus,dulcia cum acetosis,pinguia cum salsis ac acribus commiscери debent.*


β.
Præparatio eduliorum secundum mixtionē nires alimentitias variat. Quibusdam enim eduliis, coqui gustui ac gulæ gratia, addunt sal, oleum mel, saccharum aromata, &c. quæ condimēta appellantur. Sunt itaque ciborum condimenta aut
Succi vt
Liquidi
Pingues: vt oleum
Recens
Maturum, dulce
Humidum est & moderatè calidum.
Hepar impinguat & auget.
Aluum lenit.
Cibi appetentiam prosternit.
Immaturum seu omphacinum
Astringit & frigefacit.
Ventriculum roborat.
Aluum cohibet.
Sanis corporibus aptissimum est.
Antiquum
Maturum
Calidius & potentius existit.
Inflammat.
Gutturi incendium infert.
Ciborum condimentis minimè conuenit.
Immaturum, dum reliquum quippiam seruauerit astrictionis, mistæ permanet facultatis: vbi verò illam prorsus abiecerit, reliquo fit simile.
Accidi: vt
Acetum
Refrigerat, incidit, penetrat, subtiliat atq; exiccat.
Appetitum excitat.
Concoctionem iuuat.
Aquam inter cutem generat affatim bibitum.
Sitim extinguit.
Neruis
Ventriculo frigido
Melancholicis
Fœminis
Vtero
Obest.
Omphacium, succus est vuæ acerbæ seu immaturæ:
Frigidum est & siccum.
Cibi auiditatem excitat.
Ventriculum roborat.
Iecur calidius recreat.
Inflammatis
Abductis
Confert magis quàm acetū.
Cholericis
Sanguineis
Conuenit.
Cibis
Calidis rectè
Frigidis non rectè
Commiscetur.
Mureta seu muriola, est ius, in quo decoquuntur pisces, quo vtuntur ad intinctus, præsertim in mandendo sysimbrio agresti, seu nasturtio aquatico, &c.
Mirè expetitur.
Appetitum comedendi excitat.
Cibus ori gratissimus.
Ventriculum confirmat.
Virentis segetis succus. Segetem nuper pullulantē in mortariis terunt culinæ, quam prementes, succum eliciunt, cui momentum aceti aut omphacini, succiue oxalidos adiiciunt, præterea polline piperis, gingiberis, nucis moschatę, cariophyllorum, aut id genus aliorum condunt. Nostri vitulinam, hædinam, veruecinam, gallinaceam, intingunt.
Gustum mouet.
Appetitum excitat.
Nō pingues: & vel
Dulces. Vide in sequentibus sub signo γ.
Concreti. Vide in sequentibus subsigno δ.
Aromata. Vide in sequentibus sub signo ε.

γ. Succi




GAL. LIB. IV. DE SIM. MED. FAC.

OMNI *sali obscura quædam astringendi vis inest, qua eas, quæ condiuntur carnes constringit, densátque potissimùm vbi durus & minimè fragilis extiterit. Talis est exactissimus quidẽ fossilis ferè omnis, minus autem illo marinus, tum qui multis in locis aquis leniter salsis arescentibus prouenit.*




GAL. VI. DE SIM. MED. FAC.

*VBI totum corpus celeriter calefacere consilium est, ea tũc exhibenda sunt, quæ & celerrimè à caloris nostri contactu incalescant, & promptissimè vndiquaq; ferantur, quod à pipere tũ albo tũ nigro facilè perspicitur. Verùm vbi partem quamuis refrigeratam calefacere studemus, contrà agendũ: nimirũ quæ tardè calescentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Quod gingiber & longum piper agere facilius valent: quoniam hæc plus humiditatis, illa verò plus siccitatis in se continent. Nã sicut ab aridis calamis flamma simul celerrimè accenditur, & vndequaq; dispergitur: eũdem in modum, quæ à siccis potestate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humoribus, ceu ligna sunt viridia, & tardiùs accenditur, & durat diutius.*


F.
Differentiæ alimentorum in specie, sumũtur vel à
Plantis: atq; vel
Partibus earundem: videlicet
Seminibus
Cerealibus: sunt
Triticum.
Hordeum.
Alica.
Zea.
Typha.
Far.
Secale.
Auena.
Milium.
Leguminum: sunt
Fabæ, Pisa.
Phaseoli, Lentes.
Oryza, Cicera, &c.
Foliis seu herbis: vt
Lactuca.
Intibus.
Brassica.
Beta.
Spinachea.
Blitum.
Atriplex.
Portulaca, Malua.
Floribus: vt
Buglossi.
Borraginis.
Genistæ.
Sambuci.
Violarum.
Fructibus
Herbarum: vt
Cucurbitæ.
Melones, Cucumeres.
Pepones, Fraga.
Arborum: vt
Ficus, Vua.
Vuapassa, Mala.
Pira, Cerasa, &c.
Radicibus: vt
Rapæ, Napi
Raphani, Pastinacæ.
Petroselini, &c.
Integris: videlicet
Arboribus.
Fruticibus.
Suffruticibus.
Herbis, &c.
Animalibus: & vel
Integris
Terrestribus
Gressilibus
Domesticis: vt
Vitulus.
Agnus.
Hœdus.
Ouis.
Veruex.
Porcus.
Bos.
Vacca.
Hircus.
Capra, &.
Syluestribus: vt
Aper, Lepus.
Cervus.
Capreolus.
Vulpes, Dama.
Capra syluestris.
Vrsus.
Reptilibus: vt Limaces.
Aereis seu volatilib.
Domesticis: vt
Gallus, Gallina.
Pullus, Capus.
Anas, Anser.
Syluestribus: vt
Phasianus, Perdix.
Franquilinus.
Coturnix, Turtur.
Tetrago, Grus.
Merula, Turdus.
Aquatilibus
Marinis.
Fluuialibus.
Stagnatilibus.
Palustribus.
Partibus eodem. Vide signum
De quibus omnibus ordine in sequentibus.

# De Tritico, in genere.

*Triticum* inter fruges primum locum obtinet, ob id à quibusdam populis id solũ frumentum dicitur: eo potissimùm alũtur homines. Huius differentiæ sũmmuntur à

- *Qualitate.* Sic aliud
  - *Ponderosum.* *Durum.* *Densum.* *Plenum.* *Flauum.* *Nõ* friabile. — *Huiusmodi* primum locum habet & laudabilius est. Quoniam
    - *Calefacit.*
    - *Copiosissimi* est alimenti.
    - *Crassum* ac lentum succũ præstat.
  - *Leue* *Rarum* *Molle* *Vacuũ* *Friabile* — *Illaudabile* & minùs bonum est. Siquidem
    - *Minùs* alit.
    - *Minùs* crassum ac lẽtum succũ præstat
- *Qualitate.* Nam aliud est
  - *Auctu* amplum, multúmque reddens.
  - *Ieiunum* quoddam, parumque ferens.
- *Loco.* Sic aliud est aut
  - *Siculum.* *Aphricum.* *Thracium.* *Assyrium.* *Aegyptium.* — *Inter* hæc quinque genera, locum habet
    - *Primum.*
    - *Secundum*
    - *Tertium.*
    - *Quartum.*
    - *Vltimum.*
  - *Germanicum.* *Gallicum.* *Italicum.* — *Ex* his præfertur Italicum.
  - *Ponticum, &c.* omnium leuissimum est, &c.
- *Tempore.* Nam ex triticis aliud prouenit
  - *Præcocius:* cuiusmodi est in
    - *Eubœa* genus quoddam, quod intra dies quadraginta crassatur atque perficitur.
    - *Achaia.* *Sicilia.* *Thracia.* — *Bimestre.*
  - *Serius:* cuiusmodi est trimestre, vbiq; vulgatissimum & notissimum. Nam mense Martio satum, terno hinc mense planè maturescit, atq; metitur. paucis radicibus paucisque culmis omnino consistit. Tenui solo seri debere agricolationis prudentiores existimant. Nos sæpius crassa ac pingui terra satum, felicissimè prouenisse vidimus.
- *Præparatione*, quæ varia est. Ex tritico namque per variam alterationẽ & mistionem diuersa ciborum genera conficiuntur. Paratur enim aut
  - *Integrũ:* ioque cum aqua, aut — *Coquitur:* fit triticum elixum, quod ad saginandos porcos conducit: & rusticorum potiùs est cibus. Nam
    - *Ventriculum* valde grauat, eiq; languorem infert.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Flatus* generat.
    - *Capiti* dolorem infert.
    - *Oculos* obtenebrat.
    - *Obstruit* suo lentore.
    - *Tineas* in aluo generat.
    - *Crassum* & lentum succum præstat, si superetur.
  - *Maceratur*, & deinde exprimitur eius succus, quo deniq; calore solis siccato, fit Amylum:
    - *Pectoris* & asperæ arteriæ asperiates leuigat.
    - *Exiguum* corpori præbet alimentum.
    - *Non* excalfacit.
    - *Panibus* lotis similem habet facultatem.
    - *Cibus* gratus.
    - *Vtilis* cibus spuendis humoribus qui sunt in thorace.
    - *Commodè* nutrit.
    - *Lentum* succum præstat.

    *Si* cum lacte, aut aqua aut iure carnis & saccharo coquatur
  - *Fractum.* Vide in sequentibus signum **

** Triti-




GAL. I. DE ALIMENT. FAC.

PVRI *panes ampliori fermento saturare, omniumq; maximè subigere par est, nec illicò post fermentum & subactionem coqui debent. Furfuraceis verò paucum fermentũ, leuis elaboratio breuêq; interuallum sufficit. Coquuntur item prolixi puriùs, citiùs furfuracei.* Et eodem loco:

PANES *autem ad concoctionem appositissimi sunt, qui plurimùm fermentati, & approbè elaborati, in clibano igne moderato percoquuntur. Nam profusior ignis primo statim occursu aduens exteriorem superficiem, & in testæ modum indurat, crudis incoctisq; remanentibus interioribus partibus, quò fit vt panis tum ineptus prauus euadat. Qui autem longiore spacio vndiq; æqualiter præassatur, hic & probè in ventriculo concoquitur, atq. ad sequentes functiones accommodissimus euadit.*

# De Seminibus cerealibus.

*HORDEVM* maturiùs ſeritur quàm triticum,& primũ ex omnibus frumentis,erũpit à primo ſatu die plurimùm ſeptimo, magiſq. feſtinat,quã triticum. Exit vno folio,id verò eſt arũdinaceum, vt cæterorum frumentorum, latiuſq. folio tritici,ſcabrũ, nititur permultis prætenuibuſq. fibris, ſiue radicibus. Caulis erectus & humilior, quàm tritico aſperior, ruptuq. facilior, octonis geniculatus articulis. Sed non ante ſuprà dictum geniculorum numerum conceptus eſt ſpicæ. Præterea quando folliculo abſoluta fuerit ſpica, quarto aut quinto die florere aiunt: totidemque diebus ferè floret: deflorefcit autem cum tardiſſimè ſeptem flos autem ei lanugineus, vt omnibus generibus ſpicam. Poſteaquã verò defloruit,craſſatur, perficiturq. cùm plurimúm intra dies quadraginta. Spicatur in verſus.ſpicaq. illi minùs eminet à foliis. Habet in cacumine folium.Sunt autem eius folia ſcabra, granum in ſtipula crinito textu ſpicatur, muniturque uallo ariſtarũ, aliàs duplici,aliàs quadruplici. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Natura.* Sic hordeum aliud
  - *Denſum*, *Ponderoſum*, *Plenum* — *Probum* ac laudabile eſt. Huiuſmodi namq;
    - *Frigidum* eſt & ſiccum, in gradu primo.
    - *Tenuem* ſuccum, & nõ malum generat.
  - *Gracile*, *Rugoſum*, *Laxum*, *Leue* — *Improbum* & illaudabile eſt. Hoc namque minùs alit, & minùs bonum ſuccum generat.
- *Arte.* quatenus ſcilicet ex eo varia ciborum genera pparantur. Paratur enim vel
  - *Integrum*
    - *Vnà* cũ corticibus, idque cũ aquaco quitur, donec grana aut
      - *Intumeſcant* valde: fit aqua hordei; videlicet triginta partibus aquæ,& vna hordei mundi, in olla lento igne coctis.
        - *Febricitantibus* vtilis.
        - *Morbis* ventriculi & iecoris calidis conueniens potus.
        - *Humectat.*
        - *Detergit.*
        - *Pauciſſimum* alimenti præbet.
        - *Bilioſis* } *Accomodata.*
        - *Sanguineis* }
      - *Rumpantur*, fit cremor hordei: videlicet vinginti partibus aquæ vna hordei mundi, tandiu coctis, donec grana nõ ſolũ intumeſcant, ſed etiã rumpantur.
        - *Eſt* cibus & potus.
        - *Morbis* acutioribus accommodatus.
        - *Detergit.*
        - *Humectat.*
        - *Morbis* qui ſeptimo die finiuntur, conuenit.
    - *Mundatum* à corticibus: fit ptiſana hordeacea: videlicet vigintiquinque partibus aquæ & vna hordei. hordeum primùm macerãtes in aqua, & hordeum ipſum à cortice mundamus exteriori, deinde lento igne ebullire permittimus donec aqua & hordeum in vnam conſpirent ſubſtantiam, quæ æqualis, mollis & lenis ſit. Addimus interim ſalis & aceti parum, ſæpe etiam ſaccharum
      - *Valde* nutrit.
      - *Humectat.*
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Frigida* eſt.
      - *Facile* à natura ſuperatur.
      - *Pectori* accommodata.
      - *Hecticis* & languidis in acutis morbis conuenit.
      - *Pectus* lenit.
      - *Sputum* facilem reddit.
      - *Tuſſim* ſedat.
      - *Non* inflat.
  - *In farinam redactum cum aqua, in forma* ꝛ vel
    - *Paſtæ*: fit panis
      - *Sanis* non vtilis, niſi in magna annonæ caritate cõficitur.
      - *Parum* corpori præbet alimentum.
      - *Refrigerat.*
      - *Aegrotantibus* præſertim hecticis confert, cum fermento & ſale confectus.
      - *Vtilis* his, qui iecoris calida intemperie laborant.
    - *Pultis*, fit polenta: videlicet farina hordei depurata & aqua addito ſale, quã deinde lẽto igne paramus, addentes ſaccharũ
      - *Cibus* vtilis extenuatis vi caloris.
      - *Infrigidat.*
      - *Humectat.*

**ALICA** (inquit Plinius) res Romana eſt: hancque palmam frugum indubitanter Italiam contingere: fieri autem plutibus locis, ſicut Veronenſi Piſanoque agro: ſed laudatiſſimam in Campano, eſſe autem Zeam, hoc eſt, ſemen ex qua conficiatur, quæ feliciter prouenit in Campania. Plerique omnes eruditiores alicam Romanam eandem eſſe cum chondro Græcorum putant: feréque omnes medicorum Græcorum interpretes chondrõ, Alicam interpretantur. Huius vires alimẽtitiæ variant, tum quatenus ſumuntur à

- *Natura* ſimplici. Sic
  - *Valenter* alit.
  - *Succum* parit lentum.
  - *Aluum* cohibet.
- *Arte.* varij enim cibi ex ea conficientur. Præparatur enim aut
  - *Integrũ*: & mundatũ, ptiſanæ hordeaceæ modo
    - *Multum* alit.
    - *In* tẽperaturis bilioſis proximũ à ptiſanæ alimento eſt.
  - *In farinam* redactum: cum aqua in forma
    - *Paſtæ*
      - *Aſſandæ* in furno: fit panis
        - *Abundè* nutrit.
        - *Craſſum* & lentum ſuccum præſtat.
        - *Tardiùs* ſubſidet.
        - *Noxius*, quibus
          - *Iecur* facilè obſtruitur.
          - *Renes* ad calculos gignendos apti ſunt.
      - *Frigendæ* butyro vel oleo, fiunt placenæ, ab Italis Frittelli lappellatæ
        - *Craſſi* ſunt ſucci.
        - *Difficilè* coquuntur.
        - *Aegrè* deſcendut.
    - *Pultis* addito mulſo aut ſapa, & ſale, fit polenta.
      - *Craſſum* & lentum generat ſuccum.
      - *Valenter* alit.
      - *Iecur* obſtruit.
      - *Calculos* generat, &c.

ZEA

ZEA apud Romanos ſummo in honore fuit: ex ea præſtãtiſſima atq. ſaluberrima Alica cõficitur. Hæc multis Italiæ locis prouenie bat, lætiſſimè ſed præcipuè in Campania laudatiſſima erat. Quidam non indocti putant Zeam hodie eſſe, quam Itali Speltam vulgò vocitant. Semen tritico perquam ſimile. Maturè ſeri debet, ſolo pingui & læto. Radice eſt multiplici, atq; alta, culmoq. numeroſo conſtat. Granum tunica multiplici integitur, quod & facilimum, & omnibus animalibus gratiſſimum traditur. Multi pro Farre eo vtuntur.

- *Hordeo* valentiùs nutrit.
- *Ori* gratior hordeo exiſtit.
- *Ventriculo* quàm hordeum vtilior eſt.
- *Panis* ex ea factus minùs alit quàm triticeus.

IDEM *de olyra perſuadeas. Nam ſpecies eſt & ipſa Zeæ, verùm minùs nutrit.*

TYPHA tritico perquàm ſimilis eſt: maturè ſeritur, intraq; dies quadraginta cùm plurimùm, poſteaquam defloruerit, craſſatur, perficiturq; : quin & multiplici folliculo includitur, & omnium leuiſſima. nam & in ſimplici culmo aſſurgit, & ſolo proinde tenui continetur, nec ſolum pingue lætumq; deſiderat. In Aſia largè prouenit. Huius quoq; vires variãt. Nam conſiderata ſecundum

- *Naturam* ſuam
  - *Manifeſtè* calefacit.
  - *Multùm* nutrit.
  - *Non* magno negocio conficitur.
- *Præparationis* modum, variè mutatur. Nam parata
  - *Integra*, & cum aqua, addita ſapa, aut defruto ſaleq; (vt triticũ elixum) coquitur
    - *Ventriculum* valde grauat.
    - *Difficulter* concoquitur.
    - *Aegrè* à ventriculo deſcendit.
    - *Nutrit* admodum ſi ſuperetur.
  - *Fracta* ſeu pinſita, aut molita, cum aqua, modico fermento & ſale, in panes
    - *Succum* parit melancholicum.
    - *Panis*
      - *Non* boni odoris.
      - *Niger.*
    - *Ruſticorum* cibus.

PAR inter hyberna frumenta adnumeratur: quod purgari non poteſt niſi toſtum, in vaginulis ſuis ſeruatur ad ſatus, atq; non torretur. Genicula ſena habet: caret autem ariſta. Ex omni genere frumentorum duriſſimum, & cõtra hyemes firmiſſimum: patiturq; frigidiſſimos locos, & minùs ſubactos, vel æſtuoſos, ſitientesq;. Far hordeo ponderoſius, vulgatiſſimum frumentum Romanis extitit. Farris itaque

- *Natura*
  - *Tritico* ferè correſpondet.
  - *Faciliùs* cõcoquitur quã triticũ
  - *Bonum* generat ſuccum.
- *Accidens* ſeu præparatio illius ſeminis facultatem retinet, ex quo conficitur.

HAC *ætate non modò far ipſum naturale ſemicontuſum eſitant, verum ex Zea & Alica confectum mandunt.*

SECALE, ſubalpinis gentibus familiare, fœcundum, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuũ. Naſcitur qualicunq; ſolo, cum centeſimo grano: maximè verò ſolum gracile deſiderat. Pingui autem terra & læta gaudet. rarò ſeritur, niſi ad aliarum frugum vinciendos manipulos. Nam & culmo aqua madefacto & ſtipula vtuntur quidam vtilium vice feſtucandis vitibus. Vulgatiſſimum & commune multis terris & prouincijs hyemalibus frumentum. Stipula & culmo eſt triticeo, graciliore ac proceriore ſpica nõ erecta, ſed inclinante ſemper, quia longior quare ærugine infeſtari non debet. Item ariſtis non minùs horrida, granum quoquegluma veſtitur, quod explicitum ſublongum, & ruſcum apparet, tenue, triſte & ſtrigoſum. Huius vires ſumuntur à

- *Natura* propria Sic
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Flatuoſos* ſpiritus parit.
  - *Glutinoſum* ſuccum generat.
- *Accidentali*, præparatiõe acquirit. Conficiuntur enim ex eius farina
  - *Panes* qui Secalacei vocantur
    - *Ruſticis* & infimæ mediæq; plebi paruarum vibium gratiſſimus cibus.
    - *Potentiorum* & procerum mẽſis abdicatur.
    - *Tritico* mixtus aluum emollit.
    - *Nigri* & ponderoſi ſunt.
    - *Dentibus* lentorem repræſentant.
    - *Stomacho* ingrati.
    - *Ocioſis* ac ſtudioſis inſignem grauitatem afferunt.
    - *Difficilimè* conficiuntur.
    - *Obſtructionibus* viſcera implicant.
    - *Calculos* in renibus gignunt.
    - *Mali*, craſſi, lenti & melãcholici ſunt ſucci.
    - *Ruſticorum* corpora validiora reddũt.
  - *Bellaria* ſeu Liba cũ melle & aromatibus
    - *Craſſum* ac lẽtũ ſuccũ generãt.
    - *Hepar* obſtruũt
    - *Dentibus* nocẽt
    - *Aegrè* co ficiũtur.

AVENA genicula quædam habet,& folio & ſtipula triticum imitatur, & in cacuminibus depeu dentes paruulas veluti locuſtas gerit,in quibus ſemen continetur.Semen continuum & bifidū cernitur, acerbiq; eſt ſaporis. Melius cultis erumpit, & nonnunquam quæ priùs germinis infœcunda eſſet, ſi diligenter colatur, germinat, copioſaq; reddit̃ur:in totúmq.frugale ſolum deſiderat. Seritur menſe Martio, & metitur poſt triticum, ſecale atq. hordeum demeſſum. Spica eſt rara, & molli, flore candicãte, ſemine viſcoſo & multipliciter tunicato,radicéq. multiplici,& numeroſa,&c.Huius vires alimentitiæ ſumuntur ab

- *Actione*, ſeu natura propria
  - *Egregiè* calefacit.
  - *Exiccat.*
  - *Tenuiùs* alit corpus quàm typha.
  - *Equorum* cibus eſt.
  - *Ad* ſaginandos anſeres conducit,&c.
- *Præparatione* accidentali. Paratur enim vel
  - *Integra* mundata à corticibus: atq; coquitur vel in iure carnium, vel in aqua,additis butyro & ſale.Et ſic
    - *Calefacit.*
    - *Exiccat.*
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Ventrem* neq; aſtringit, neque emollit.
    - *Parum* nutrit.
  - *In* farinam redacta cum aqua in forma
    - *Panis*
      - *Mali* eſt ſucci.
      - *Tenuiter* alit.
      - *Difficulter* concoquitur.
      - *Injuuus* eſt,&c.
    - *Pultis*
      - *Craſſioris*,additis butyro,ſale,aut etiam iure carnium: fit apud Germanos cibus dictus *habermuß*.
        - *Non* ingratus.
        - *Saluberrimus.*
        - *Exiccans.*
        - *Calefaciens.*
        - *Flatus* diſſipans.
        - *Ventrem* ſiſtens.
        - *Catarrhoſis.*cõueniens.
      - *Liquidioris*: fit apud nos offa
        - *Siccat* modicè.
        - *Calefacit.*
        - *Parum* nutrit.
        - *Non* inſalubris, & minimè ingratus cibus,præſertim ſi cũ iure carnium coquatur.

MILIVM numeroſa radice,altáque, ac multiplici culmo exurgit. folio eſt arundinaceo,floſque ei ſanguineus, & circa ipſam ſemen floſculũ habet Grit item iubam. Maturatur perficitúrque à flore quadraginta diebus. alij paucioribus volũt.Leuem ſolidámque terram deſiderat.Cæterùm huius quoque vires ſumuntur à

- *Natura* propria
  - *Frigidum* eſt & ſiccum.
  - *Parum* alit.
  - *Mali* eſt ſucci.
  - *Ventrem* ſupprimit.
  - *Magis* alit / *Promptiùs* coquitur / *Minùs* aluum cohibet } *quàm* panicum.
- *Præparatione* accidentali. Siquidem paratũ
  - *Integrũ*: atque vel in
    - *Iure* carnium : fiunt apud nos offæ
      - *Aluum* aſtringit.
      - *Non* boni eſt ſucci.
    - *Lacte*: fit cibus
      - *Non* ingratus.
      - *Aluum* cohibens.
      - *Non* admodum mali ſucci.
      - *Vrinam* cit.
  - *Fractũ*, ſeu pinſitum, cum
    - *Aqua*, & in formã paſtæ ſubactũ fiunt panes qui
      - *Leuiter* alunt.
      - *Refrigerant.*
      - *Omnino* expertes ſunt lentoris atque pinguedinis.
      - *Aridi* & friabiles ſunt.
      - *Aluo* humentiori reſiccandæ admodum idonei.
      - *Minùs* cæteris frugibus nutrit.
      - *Ruſticorum* & pauperum cibus.
      - *Ingrati.*
    - *Lacte* fit, polẽta, quæ
      - *Magis* nutrit, quàm in aqua coctum.
      - *Magis* craſſum & lentum ſuccum generat.
      - *Minùs* mali ſucci eſt.
      - *Aluum* aſtringit.
      - *Vrinam* cit,&c.

PANICVM *ſimile eſt milio, minùs tamen nutrit.*

GAL. X. DE ALIM. FAC.

MILIVM *ad omnia panico eſt præſtantius, ſuauius q; editur, facilè concoquitur, ventrem minùs ſiſtit, magis nutrit.*

De Le-

# De leguminibus.

*Leguminaſunt, ex quibus panes non fiunt, inter quæ* **FABAE** *maxima ſemper fuit authoritas. Atque hæc aut*

- *Viridis ſou recens*
  - *Cruda*
    - *Frigida* eſt & humida.
    - *Flatuoſa* eſt magis.
    - *Humidiorem* & excrementoſiorem ſuccum generat.
    - *Ventriculum* grauat.
    - *Suſpiria* & prauas inducit meditationes.
    - *Crudos*, craſſos & pituitoſos ſuccos generat.
  - *Cocta* cum carnibus bouinis, vel in iure carnium, aut in aqua, butyro & ſale, addito petroſelino
    - *Non* admodum flatuoſa.
    - *Leuius* alit quàm ſicca.
    - *Paucum* ſuccum, ſed inconſtantem præſtat.
    - *Humidius* alimentum præſtat & excrementoſius.
    - *Ocyus* aluum ſubit quàm ſicca.
- *Sicca*: & vel
  - *Integra*
    - *Elixa*
      - *Flatuoſa* admodum eſt.
      - *Fungoſum* generat carnem.
      - *Craſſum* generat ſuccum.
      - *Caput* dolore tentat.
      - *Aegrè* concoquitur.
    - *Toſta*
      - *Minùs* flatuoſa.
      - *Craßiorem* ſuccum præſtat.
      - *Difficiliùs* coquitur.
  - *Fracta* ſeu molita; aut modo
    - *Craſſo*
      - *Freſſa* ab Italis appellatur.
      - *Minus* quàm integra inflat.
      - *Paucum* alimentum, ſed inconſtantem præſtat.
    - *Tenui*. Ex eius namq; farina, butyro & ſale fit puls
      - *Detergit* inteſtina.
      - *Cum* melle facie maculas delet.

**PISVM** in re eſcaria magnam habet gratiam. Eſt omnium maximè fragiliſſimum: quippe æruginẽ vehemẽtiſſimè ſentit: quia multifolium, terrenum, amplum, vagumq; eſt: implet enim locum totum, etiam ſi amplo interuallo poſitum ſit: & frigoribus & gelationibus id obnoxiũ maximè, quia radice imbecilla cohæreat. Seritur verno tempore. Facilem & elutam terram deſiderat, tepidámque, & cœlum frequentis humoris. Cæterùm piſa variè quoque parantur, aut

- *Viridia* & recẽtia
  - *Cum* ſuis ſiliquis ſeu valuulis: videlicet cum aqua, butyro & ſale, addito nonnunquã pane cibario, craſſo modo inciſo
    - *Magis* ſunt flatuoſa.
    - *Non* infimam authoritatem in mẽſis elegantioribus obtinent.
    - *Humidiorem* & excrementoſiorem ſuccum præſtant.
  - *A* ſiliquis ſuis diſpoliatã, cum carnibus aut pullis, vel in iure carnium
    - *Minùs* flatuoſa.
    - *Magis* grata; & minùs dura quã ſicca.
    - *Ocyus* deorſum deſcendunt.
    - *Crudum*, craſſum, pituitoſum & excrementoſum ſuccum generant.
- *Sicca* & adulta
  - *Cum* corticibus: & vel cum
    - *Carne* ſuilla ad ſpiſſitudinem coquitur.
      - *Craſſum* & pituitoſum præſtant ſuccum.
      - *Aegrè* concoquuntur.
      - *Non* æquè vt fabæ inflant.
      - *Ventriculum* aggrauant.
      - *Segnius* quàm fabæ per aluum ſecedunt.
      - *Non* detergunt.
      - *Cibus* non ingratus.
    - *Aquâ*, butyro & ſale: fiũt iuſcula, addito pane
      - *Minùs* nutriunt.
      - *Minùs* inflat.
  - *Sine* corticibus. Cocta enim colo transfunduntur, deinde cum butyro, ſale, modico pipere & croco fit puls liquida, vel ſpiſſa provt placuerit
    - *Minùs* inflant.
    - *Facilius* cõcoquuntur.
    - *Craſſum* ac lentũ ſuccũ præſtant.
    - *Ventriculum* nõ aggrauant.

**PHASIOLVS** adoleſcit eouſq; in hortis, vt rami ſufficiãt operi topiario, ſiliqua fœnigræci longiore toroſioreq. in qua continentur ſemina, renunculis ſimilia, nec colore vno, ſed ex parte rufeſcentia. Seruntur in omni terra ab Idibus Octobris in calendas Nouembris. Hi autem præparantur aut

- *Virides* cum ſuis ſiliquis, & thecis atq; ex oleo & garo manduntur, & interdum vino addito
  - *Aluum* emolliunt.
  - *Facilius* deſcendunt.
  - *Excrementoſiorem* ſuccũ præſtant.
  - *Ad* vomitiones idonei
- *Sicci*, eo modo quo piſa
  - *Minùs* quàm piſa inflant.
  - *Facilius* quàm piſa excernuntur.
  - *Non* leuius piſis nutriunt.
  - *Spiritus* cient.
  - *Aegrè* coquuntur.

**LENS** maximè inter legumina fertilis est: cuius duo genera in Aegypto inueniũtur, alterum rotundius nigriusq; , alterũ sua figura. Seritur mense Nouẽbri solo tenui magis quàm pingui, & cœlo vtiq; sicco, Huius quoque vires alimẽtitię sumuntur à

- *Natura* propria. Nam cũ ex cortice & lente cõstet, habet quidem
  - *Cortex* in
    - *Summa* superficie vim irritandi & perturbãdi ventrem, quod docet eius prima lentium elixatio.
    - *Corpore* corticis vim non paruam astringendi.
  - *Lens* vim
    - *Astringendi* minùs quàm cortex.
    - *Generandi* crassum, terrenum & melancholicum humorẽ.
- *Præparationis* modo. Coquitur enim aut
  - *Cum* suis corticibus: atque aut
    - *Leuiter* & semel tantùm cum aqua, & sale aut garo
      - *Aluum* soluit.
      - *Parũ* aut nihil nutrit
    - *Vehementer* seu bis: in iure carnium, vel aqua, sale, & pauco aceto
      - *Aluum* sistit.
      - *Ventriculũ* & intestina mirè roborat.
      - *Menstrua* sistit.
      - *Lienterijs* } *Medetur* absque aceto.
      - *Dysenterijs* }
      - *Melancholicis* } *Nocet.*
      - *Quartanis* }
      - *Cancris* }
      - *Varicibus* }
  - *Absque* corticibus: & vel cum
    - *Iure* carnium
      - *Magis* nutriunt.
      - *Minùs* astringunt.
      - *Crassum* ac improbum pariunt succum.
      - *Bilem* atram } *Generant.*
      - *Canorum* }
      - *Elephãtiasim* }
      - *Tardè* descendunt,
      - *Oculorum* aciem aridis natura hebetat: humidioribus verò visum tuetur.
    - *Carnibus* optimis, vel suillis sale conditis
      - *Vitia* lentis sic maximè corriguntur.
      - *Cibus* magis conueniens.
      - *Minus* malum succum præstat.

**ORYZA** seritur quibusdam Italię locis: foliis carnosis, porro similibus, sed latioribus, altitudine cubitali, flore purpureo, radiceq; gemmeæ rotunditatis, magna parte temporis residens in aquis, milij modo effundẽs iubam. Huius vires variant tũ ratione

- *Naturæ* suæ: videlicet quatenus sua natura constat. Sic namq;
  - *Terrenam* habet substantiam.
  - *Astringit.*
  - *Crassum* præbet alimentum.
  - *Difficile* concoquitur.
- *Artis*, quatenus scilicet varia ex eaciborũ genera conficiuntur. Paratur enim
  - *Integra*: & vel cum
    - *Iure* carnium, vel cum carnibus pinguibus fiunt iuscula, addito pane
      - *Minus* astringit.
      - *Minus* terrenã habet substantiam.
      - *Leuiter* nutrit.
      - *Boni* est succi.
    - *Lacte*
      - *Vaccina*, atq; ad spissitudinem vsq; cocta, & deinde comesta cum saccharo & cinnamomo
        - *Cibus* valdè gratus.
        - *Magis* astringit, quàm si cum pingui iure elixatur.
        - *Mediocriter* nutrit.
        - *Boni* est succi.
        - *Difficilè* concoquitur.
        - *Difficilè* descendit.
        - *In* postremis mensis exhibetur.
      - *Amygdalarũ* dulciũ, addito saccharo
        - *Melius* nutrit.
        - *Bonum* succum præstat.
        - *Cibus* non ingratus.
        - *Astringit*, &c.
  - *Pinsa* seu molita, cum butyro recenti, vitellis ouorum elixis, atque discerptis cum caseo recenti, & saccharo, validè interim ligneo instrumento subactis: fit cibus albus
    - *Gustui* gratissimus.
    - *Plurimum* alimentũ præstat, sed crassum.
    - *Agrè* concoquitur.

CICER




CICERCVLA, minuti eſt ciceris, inęquales angulos habens, veluti piſum. Seritur mẽſe Ianuario ac Februario, ſolo læto, cœloq. humido
- Craſſam & terrenam habet naturam.
- Flatus generat.
- Non detergit.
- Renes non mundat.
- Aegrè concoquitur.
- Somnia horribilia repræſentat.

LVPINVS
- Duram & terreſtrem ſubſtantiam habet.
- Tardè concoquitur.
- Terrenum ac craſſum præbet alimentum.
- Deſcendit tardè per ventrem.
- Ventrem neque aſtringit, neque laxat.
- Diſcolorem hominem exhilarat.
- Veſcitur à pauciſſimis, & cum oleo, aceto & ſale.

FOENVM GRAECVM
- Iumentorum pabulum eſt.
- Aluum emollit, ex aceto, & garo manſum.
- Caput ferit.
- Ventrem ſubuertit.
- Vim abſterſoriam obtinet.
- Eundem in cibo vſum præbet, quem lupinus.

ERVVM, Græcis ὄροβος vocatur: quod niſi in ſumma aliorum ſeminũ penuria in cibarum hominis venit
- Pecudum pabulum eſt.
- Inſuaue eſt.
- Craſſum ac paruũ alimentũ præbet.
- Boũ ſaginãdorũ eſt cibus. (ſtat.
- Cũ melle paratum craſſos in thorace & pulmone humores expurgat

SEMEN LINI, Græci λίνον vocant.
- Hodie in magno medicinæ vſu eſt.
- Difficilè concoquitur.
- Craſſæ ſubſtantiæ cibus eſt.
- Stomachum lædit.
- Aluum neque mouet neque cohibet.

SEMEN CANABIS
- Flatuoſum eſt.
- Caput implet.
- Caput grauat.
- Difficilè concoquitur.
- Praui eſt ſucci.
- Stomachum lædit.
- Calidum & medicamentoſum eſt.

SESAMVM
- Calidum ordine primo, & humidum ſecundo.
- Pinguis eſt ſubſtantiæ.
- Citò fit oleoſum.
- Stomachum ſubuertit.
- Craſſum præbet alimentum, & quod non facilè coquatur.
- Lac auget.
- Sitim excitat.
- Celeriter implet.
- Halitus grauitatem facit.

VITEX. Græcis λύγος vel ἄγνος appellatur quoniam matronæ in Theſmophoriis Atheniẽſium, caſtitatem cuſtodientes, huius foliis cubitus ſibi ſternunt.
- Refrigerat & ſiccat.
- Compeſcit venereorum impetus.
- Nutrimentum corpori leue præbet.
- Inflationibus egregiè adduerſatur.
- Capiti noxium non eſt, vt canabis.

SEMEN PAPAVERIS
- Refrigerat non inſigniter.
- Fluxiones tenues à capite ſiſtit.
- Alimoniæ aut parum aut nihil effatu dignum ſuggerit.
- Saporem affert, ſi immoderatiùs ſumatur.
- Difficulter concoquitur.
- Somnium conciliat modicè ſumptum.
- Quæ tuſſi ex thorace & pulmone expuuntur, inhibet.

VICIA, Græcis ὄροβος dicitur
- In cibis hominum non idonea.
- Faſtidium in cibatu adfert.
- Difficulter concoquitur.
- Aluum aſtringit
- Improbum ac craſſum ſuccum parit.
- Biſem atram generat.

# De Alimento, quod ab herbis seu plantarum foliis sumitur.

*Quoniam* authoritatem LACTVCAE præcipuam inter olera Græci pariter ac Latini fuisse scripto prodiderũt, ab ea meritò initium sumendũ uenit. est itaq; lactuca aut

- *Domestica*, satiua: cuius alij tria tantùm genera faciunt. Vnum lati caulis: alterum rotundi: tertium Laconicon: cuius folium carduo simile esse. Alij coloris genera complura tradunt: nigras enim esse, albas & rubentes, item purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas. candidas olim cæteris prælatas satis constat. Atræ, à copia lactis soporiferi. Virentes & subfuscas cum exprobatione amaritudinis pessimas appellant nostra secula, candidas verò capite porrectas gulæ ꝓceres nũc probãt, vt suauissimas. Huius vires considerantur tum ratione
  - *Naturæ* suæ
    - *Frigida* est & humida in secundo ordine.
    - *Mediocrem* inter bonũ & malum succũ præstat.
    - *Calorem* & bilem attemperat.
    - *Somnum* inducit.
    - *Ventrem* compescit.
    - *Alvum* neque astringit neque laxat.
  - *Artis*, qua tenus præparatur. Paratur enim aut
    - *Cruda*, cũ oleo, sale & aceto, editúrque in acetariis,
      - *Sitim* sedat.
      - *Ardorem* extinguit.
      - *Per* ventrem celeriùs descendit.
      - *Magis* infrigidat.
      - *Oculos* obtenebrat.
      - *Ebrietatem* arcet, si superingeratur aliis cibis.
    - *Cocta*, seu elixa, vel
      - *Simpliciter*: & à quibusdam sic editur in cœna
        - *Somnum* cõciliat potissimùm senib.
        - *Facilius* concoquitur quàm cruda.
      - *Cum* carnibus pinguibus
        - *Facilè* concoquitur
        - *Bonum* succũ generat.
        - *Facilè* per ventrem descendit.
- *Agrestis*
  - *Refrigerat*
  - *Pranum* succum generat.
  - *Frebricitantibus* vtilis.
  - *Genitale* semen extinguit.

INTYBVS seu Endiuia

- *Satiua*, seu hortensis. Seritur postremis Iunij diebus: aut primis Iulij, item Augusto. Aliter enim satæ ad semen properant. Huius vires tum ratione
  - *Naturæ* proximæ
    - *Frigida* & sicca in secundo ordine.
    - *Subamara* est.
    - *Moderatè* astringit.
    - *Intemperaturis* calidis ipsius hæpatis vtilis.
    - *Bilem* extinguit.
  - *Præparationis*. Nam tempore
    - *Hyberno*, in fictilibus vasis coopeta seruatur: vel terra obruitur, vt eximium candorẽ & suauem teneritudinem acquirat: quæ deinde editur in acetariis cum oleo, sale & aceto
      - *Frigida* est in fine primi.
      - *Gustui* insipida est.
      - *Hepati* est amica.
    - *Æstiuo*, editur cum oleo, sale & aceto in acetariis
      - *Frigida* est in secundo.
      - *Subamara* est.
      - *Bilem* extinguit.
      - *Hepati* magis quàm hyemalis confert.
      - *Lactucæ* facultatibus correspondet,
- *Agrestis*, quæ Cicorium dicitur. Hæc etiam cum oleo, sale & aceto editur in primis mensis: & vel
  - *Cruda*
    - *Refrigerat*.
    - *Appetitum* excitat.
    - *Obstructiones* iecoris aufert.
  - *Cocta*: præsertim cum suis radicibus,
    - Ab iis edi debet, qui ventriculum non adeò robustũ & validum habent.
    - *Apetitum* excitat.
    - *Hepatis* obstructiones aperit.
    - *Bilis* feruorem extinguit,
    - *Refrigerat*,

**BRASSICA** à Latinis veterib priuatũ olus dicitur:à quibusdã quasi Passica dicitur,quòd à scapo minutatim præficetur,& passa fiat Caules etiam appellantur. Seritur toto anno,quoniam & toto secantur,eduntúrque, & præsertim Autumno, vindemiarum tempore. Huius sunt plures species:aut

- *Extensa*
  - *Cruda*
    - *Frigida* est & sicca.
    - *Ebrietatem* arcet.
    - *Vrinam* cit.
    - *Fœtidam* reddit vrinam.
    - *Visum* hebetat.
    - *Vapores* supprimit,ne in caput ascendant.
    - *Vlcera* sanat,imposita.
  - *Cocta*,seu elixa
    - *Semel* tantùm,in iure carnium. Nam prima elixationis aqua, cui oleum & sal additum sit
      - *Ventrem* emollit.
      - *Fœtidam* vrinam reddit.
      - *Menses* mouet cum melle.
    - *Bis* vel ter,prima aqua abiecta
      - *Ventrem* sistit,
      - *Melancholicum* sanguinem generat.
      - *Visum* hebetat.
      - *Animi* mœrorem inducit.
      - *Cordis* angustiam parit.
      - *Dentibus* & gingiuis nocet.
- *Capitata*
  - *Cruda*. Editur namq; in acetariis cũ oleo, sale & aceto
    - *Crapulam* & ebrietatem arcet.
    - *Aegrè* concoquitur.
    - *Ventriculum* inflat.
    - *Appetitum* excitat.
  - *Cocta*:& vel
    - *Recens*,cum carnibus suillis
      - *Crassum* & melancholicum generat succum.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Visum* hebetat.
      - *Somnia* terribilia repræsentat.
    - *Salita*,cum carnibus porcinis
      - *Sitim* inducit.
      - *Inflat.*
      - *Ructus* commouet.
      - *Atram* generat bilem.
      - *Difficulter* concoquitur.
      - *Putridum* generat succum.

**BETAE** tria genera habentur, atrum, album & rubrum. Postremum in vsus medicos tantùm adhibetur.Alba verò præfertur. Huius uires sumuntur à

- *Natura* propria
  - *Calida* est & sicca in primo.
  - *Abstersoriæ* est naturæ.
  - *Aluum* ad excretionem stimulat.
  - *Paucum* alimentum præstat.
- *Præparatio*nis modo. Coquitur enim aut
  - *In* iure carnium:& vel
    - *Leuiter*,vel semel tantùm:quæ iuscula
      - *Detergunt.*
      - *Ventrem* proritant.
      - *Iecur* ab obstructionibus liberant.
      - *Citò* per ventrem descendunt.
      - *Lienosos* iuuant.
      - *Pituitam* è cerebro purgant naribus attracta, & maximè succus eius.
    - *Diutius*, ita vt eius substantia tantùm edatur
      - *Ventrem* comprimit.
      - *Stomacho* noxia.
      - *Parum* alimenti præbet.
      - *Iecori* obstructo prodest,si cum aceto & sinapi edatur.
  - *Cum* faba
    - *Alimentum* corpori præbet,quod ex amborum facultate mistura obtinet & temperaturam.
  - *Cum* carnibus,addito pipere & sale
    - *Ventriculo* minùs noxia.
    - *Ventrem* nonnihil astringit.
    - *Paucum* alimentum præstat.

SPINA

**SPINACHIA**, vt arbitror, à semine spinoso & aculeato dicitur. vbique lætissimè prouenit, maximè tamen locis riguis: vbi vsque in admirationem amplitudinem adipiscitur. Tonsura proficere certum est, hyemesq. vel horridas & inclementes tolerat. Hæc diuerso modo paratur, aut

- *Integra*: & vel
  - *Elixa*, in
    - *Iure* carnium, fiunt iuscula seu offæ cum pane
      - *Refrigerat* atque humectat primo ordine.
      - *Parum* alit.
      - *Aluum* leuiter emollit.
      - Pectori & pulmoni calido confert.
    - *Aqua*, cum pane crassè inciso: deinde reiecta aqua, paratur cum butyro feruenti & sale, & editur
      - *Frigidum* ac humidum paucumq. alimentum præstat.
      - *Aluum* lenit.
      - *Raucitati* & asperæ arteriæ morbis confert.
  - *Assa* in pastillis, cum butyro, ouis, sale & caseo recenti
    - *Magis* nutrit.
    - *Minùs* ventrem mollit.
    - *Succum* non innocentem præstat.
    - *Cibus* non ingratus.
- *Minutim* concisa. Incoquitur primò aqua leniter: deinde cultello minutim concisa, in globulos redigitur, sed priùs manibus, aut asserculis aqua omni, & vligine lenta, quæ inest plurima, exactè expressa. Deinde aut coquitur in olla cum butyro largiori & sale, lento igne, ligulaque identidem uersatur: aut frigitur & sartagine ex butyro & sale
  - *Leuiter* alit.
  - *Succum* innocentiorē quàm Atriplex aut blitum præstat.
  - *Aluum* quibusdam emollit.
  - *Thoracis* vitiis prodest.
  - *Vesicæ* nocet.

**BLITVM**, olus in ac sine sapore aut acrimonia vlla. Paratur ex butyro seu oleo, sale & aceto,

- *Frigidum* & humidum in secundo ordine.
- *Exiguum* corpori præbet alimentum.
- *Aluum* emollit.
- *Stomacho* ingratum.
- *Succum* præstat aquosum, & cucurbitę similem, non tamen adeò frigidum.

**ATRIPLEX**, Græcis ἀτράφαξυς dicitur, vbiq. prouenit. Huius vires sumuntur à

- *Natura*
  - *Primo* ordine refrigerat, secundo verò humectat.
  - *Omnis* qualitatis expers.
- *Præparatione*. Coquitur enim cum
  - *Iure* carnium
    - *Refrigerat* atque humectat.
    - *Aluum* emollit.
    - *Ventriculum* infestat.
    - *Vliginosam* & aquatilem naturam obtinet.
    - *Parum* alit.
    - *Hydropicis*, *Ictericis* } Nocet.
  - *Butyro* ac garo addito aceto
    - *Ventriculum* minùs infestat.
    - *Exiguum* corpori præbet alimentum.
    - *Frigidum* & humidum alimentum præstat.
    - *Similem* naturam blito obtinet.

**PORTVLACA**, exit post cucurbitam, & Ianuario mense seritur, eius sunt genera duo. Vnū quod in vinetis passim prouenit, & ternis quaternisve in terra sessilibus colliculis serpere videtur: quæ si excolatur, folia ampliat. Alterū verò est, quod satiuū appellatur, & vbique in hortis excolitur, & in Autumnum perdurat. Folia huic mirè ampla, carnosaq. & caules ampliores emicant: vtraque gustatu insulsa & fatua sentitur. Editur aut

- *Cruda* in acetariis æstiuo tempore cum aceto, oleo, & sale
  - *Frigefacit*.
  - *Stomachum* corroborat.
  - *Appetitum* excitat.
  - *Visum* hebetat.
  - *Sitim* extinguiut.
  - *Biliosas* vomitiones cohibet.
  - *Inflammationes* extinguit.
  - *Parcissimè* nutrit.
  - *Veneris* desiderium fugat.
- *Cocta* cum gallinaceis pullis, aut lautioribus carnibus æstate
  - *Refrigerat* atque humectat.
  - *Cibus* vtilis his, quibus os ventriculi, atque iecur bile æstuque incandescunt.
  - *Parcissimè* alit.
  - *Venerem* inhibet.
  - *Lentum* succum præstat.
  - *Dentium* stuporem persanat.
  - *Ardores* extinguit.

MALVA
- Humida est.
- A' refrigerandi facultate manifestè abest.
- Lentum succum præstat.
- Facilè subducitur
- Ventrē mollit } Præsertim si largissimè ex oleo & garo sumatur.
- Esui inepta,
- Moderatum calorem præstat.
- Ad clysteria conficienda vtilis.
- Tussim & pectoris asperitates lenit.
- Interaneis & vesicæ vtilis.

SONCHVM aliqui asperam cicerbitam vocant: cuius sunt duo genera, alterū sylueſtre, spinis horridius: alterum tenerius, ac mollius, cibis expetitum.
- Refrigerat.
- Ventriculi erosiones lenit.
- Lac elicit.
- Venenis repugnat.

OXALIS lapathi, seu rumicis genus est: cuius sunt genera duo. vnū quod longioribus est foliis, & sylueſtri in pratis nascenti simile: alterum rotundioribus & accidioribus. Recentiores vtrasque acetosas & acidulas appellant. Ver præsertim & æstatis caloribus carnes, pisces & oua ex earum succo eduntur. Tonderi bis terq; in anno mirè gaudet, lætiusq; sic prouenit.
- Frigida est in primo, & sicca in secundo.
- Cibi auiditatem auget.
- Gratiores escas reddit.
- Sitim extinguit.
- Paucum succum præstat, nec valde malum.
- Ab humorum putredine præseruat cū aceto, tempore æstatis.
- Peste grassante vtilis est.

SOLANVM
- Esui ineptum.
- Praui succi est.
- Valde refrigerat, nimirum ordine secundo.
- Exigui est alimenti.

BVGLOSSVM & Borago cruda cum reliquis herbis in acetarijs eduntur. Item parata cū saccharo, in forma syrupi vel cō ſeruę, aut eum iure carnium. Sunt
- Calida & humida in primo.
- Stomacho vtilia.
- Tristitiam & tremorem cordis remouent.
- Melancholicis conferunt.
- Cordis affectibus prosunt.
- Cor exhilarant.
- Sanguinem purificant.

SION seu Lauer
- Calidum est.
- Medicamentum potiùs quàm alimentum.
- Paucum succum præstat & calidum.
- Renes mundificat ab arenulis & pituita.
- Obstructiones aperit.
- Menses cit.
- Pituitam attenuat.
- Vtilis stomacho.
- Pectori nocet.

APIVM, vulgò petrosilinum
- Calidum est & siccum.
- Vrinam prouocat.
- Est inter cætera olera familiarissimum.
- Ori & stomacho est gratum.
- Flatus dissoluit.
- Hepatis obstructiones aperit.

APIVM *paluſtre, quod à Dioſcor. Eleoſilinum appellatur, & à vulgaribus Apiū, eaſdem poſsidet facultates, quas vulgo Petroſilinū nuncupatū, tū ori inſuauius eſt. quamobrem non comeditur niſi coctum, ſit, ſicut & ſium.*

SMYRNIVM
- Calidius quàm apium est. Calidum & siccū in tertio.
- Vrinas valentius prouocat quàm apium.
- Menses mulieribus mouet.

HIPPOSELINVM
- Ori gratum est atque suaue.
- Apio longè acrius & calidius existit longeque efficacius vrinam mouet.
- Menses mulieribus ciet.
- Obstructiones tum hepatis tum lienis aperit.

ERVCA
- Manifestissimè calfacit.
- Cum lactuca comedenda est. nam ita, feruori par frigus admixtum temperamentum æquat.
- Gentile semen auget.
- Coeundi appetitum excitat.
- Capiti dolorem infert.
- Sanguineis & bilioſis est inimica.

NASTVRTIVM
- Calidum est & siccum.
- Pulmonem mundificat.
- Asthmaticos iuuat.
- Hepar & ventriculum calfacit.
- Venerem excitat.

VRTICA
- Calida est & sicca,
- Tenuibus constat partibus.
- A nemine vt cibus sumi meretur.
- Vt obsonium ac medicamentum aluum deijcit.

GINGIDIVM
- Stomachum admodum iuuat.
- Collapsam appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat.
- Vrinam valenter ciet.
- Viscera obstructione liberat.
- Siccum est in secundo, & non admodum calidum: quoniam amarum & astringens est.

FOENICVLVM
- Calidum est & siccum.
- Lac elicit.
- Vrinam prouocat.
- Visum acuit.
- Aegrè concoquitur.
- In obsonijs vtiliter miscetur.
- Aceto vel aceto & muria asseruatur.

MELIS.

MELISSOPHYLLVM
- Calidum est & siccum.
- Pituitosis ac atra bile affectis confert.
- Suauiter redolet.
- Cor lætificat.
- Nauseam & vomitum sedat.

MENTHA
- Calida est & sicca.
- Constringit ac sistit.
- Tineas in ventre necat.
- Vomitiones, & singultus sedat.
- Ventriculum roborat.
- Appetitum exacuat.

SALVIA
- Calida est & sicca.
- Visum acuit.
- Vrinam prouocat.
- Aluum sistit.
- Ventrem roborat.

OCIMVM
- Mali est succi.
- Stomacho noxium est.
- Aegrè concoquitur.
- Odore cardiacos iuuat.
- Inflat tum ventrē tum etiam aluum.

ANETHVM
- Calidum est & siccum.
- Somnum conciliat.
- Flatus expellit.
- Visum hebetat.
- Aluum & vomitiones sistit.
- Genituram restringit.
- Vrinam cit.

AMARACVM, quam vulgò Maioranam dicunt.
- Calidum est & siccum
- Vrinam prouocat.
- Iecinoris obstructionibus prodest.
- Odorem suauissimum spirat.
- Caput & cerebrum roborat.
- Contumaces flatuositates soluit.
- Visum acuit.

SISYMBRIVM
- Calidum est & siccū, & menthæ modo odoratum.
- Vrinam prouocat.
- Calculos pellit.
- Tineas in aluo necat.
- Singultum sedat & tormina.
- Ventriculum roborat.

SATVREIA
- Calida est sicca.
- Ventriculum frigidum roborat,
- Flatuositates expellit.
- Visum acuit.
- Pectoris excreationes educit.

SERPYLLVM
- Calidum est & siccum.
- Menses & vrinam trahit.
- Tormina sedat.
- Ventriculum roborat.

ROSMARINVM
- Calidum est & siccum.
- Ventriculum roborat.
- Aluum sistit.
- Visum acuit.
- Morbum regium sanat.

RVTAE authoritatem in cibis fuisse, certi authores tradunt: nunc nemo velit attigisse. Nam
- Pictores ea vtebantur in cibis, propter visus claritatem.
- Veneri aduersatur.

CAVCALIDEM credit Ruellius eam esse herbam, quàm Persinum nothum nuncupant
- Calentis est naturæ.
- Cruda ac cocta editur oleris vice.
- Sale condita seruatur.
- Vrinam cit.

CRITHMVM vulgus Cretam marinam appellat. nascitur in locis maritimis, maximè siccis & sabulosis.
- Cibi auiditatem excitat.
- Calculos renum comminuit.
- Vrinam cit.
- Abstergit.
- Morbo regio medetur.
- Obstructiones aperit.
- Colorē corporis gratiorem facit.
- Saporis est odorati & iucundi.
- Editur crudum & coctum.

LAPSANA olus est trium foliorū, quo exercitum Cæsaris durasse in fame, diutinā obsidionem tolerasse, Plinius inter brassicas syluestres retulit. Quibusdam gentibus cibus est familiaris: vt Methonensibus.
- Prauum succum generat.
- Plus alit quàm rumex.
- Stomacho vtilior quā rumex.
- Leuiter aluū mollit cocta in cibo.

OROBANCHE
- Refrigerat ordine primo.
- Leguminibus in coquendo addita, facilius percoquitur.
- Editur cruda & cocta, vt Asparagi.

SILIQVASTRVM
- Calefacit vehementer.
- Iusculis, si modicè additur, gratum saporem cōciliat.
- Tenella folia acetarijs miscentur.
- Saporem & odorem acrem vibrat.
- Non leuē gratiā adfert, si misceatur intinctib.
- Tædia animæ emendat.
- Graueolentos ructus colubet

PIMPINELLA in pratis copiosissimè prouenit
- Calefacit.
- Editur in acetarijs.
- Odorem peponis refert.
- Vrinam pellit.
- Calculos renum comminuit.
- Tabidis vtilissima.

LVPVS SALICTARIVS apud Belgas in maxima est authoritate: ex eo enim potus suos concinnant. eius cauliculi Vere inchoante erumpētes coquuntur, edunturque asparagorum modo ex oleo, aceto & sale.
- Refrigerat.
- Bilis feruorē extīguit.
- Sanguinem purgat.

ERYNGIVM
- Calore est temperatum.
- Editur crudum & coctum,
- Folia gustatu aromaticū quidpiā referunt, quæ cōdita sale in principio mandūtur.
- Crapulam arcet, præsumptum.
- Cordis vitijs mirè opitulatur.
- Radices stomachum roborant.
- Venerem excitant.

EBVLI folia, vel caules cocti
- Pituitam bilemq; detrahunt.
- Radix in vino cocta, & in cibis data, hydropicos adiuuat.

ASPARAGORVM CAVLICVLI
- Vrinam pellunt.
- Lienem minuunt.
- Amici stomacho,
- Leuiter alunt.
- Apponuntur prima mēsa cocti, atq; cum oleo, aceto & sale parati.
- Obstructiones hepatis & aliorum viscerū aperiunt.
- Neque calefaciunt, neque refrigerant.
- Ventrem molliunt.
- Venerem stimulant.

FVMARIA
- In mensis nullos vsus habet, sed in medicina.
- Obstructiones viscerum aperit
- Scabiem emendat,
  } Si cum sero lactis tēperetur.
- Aluum emollit.
- Vrinam pellit.

De Flo-

# De Floribus.

BORRAGINIS seu BVGLOSSI flores eduntur in acetariis cum oleo, aceto & sale: & in vinũ coniiciuntur.
- Animi hilaritatem & voluptatem augent.
- Tristitiam abigunt.
- Atræ bili aduersantur.
- Naturæ sunt calentis & humentis moderatæ.
- Sanguinem purificant.

GENISTÆ flores
- Strumas auferũt, si cum melle rosaceo, aut sorbili ouo deuorentur.
- Induratos lienes resoluunt, præsertim eorum oxymel.
- Prosunt Ischiadicis, podagricis, calculosisque.
- Modus à drachmis duabus ad quinque

SAMBVCI flores in cibos veniunt apud quosdam. Nã culinæ oua in sartagine fricta, floribus aspergunt. quæ eo modo parata, non ingrata sunt. Quinetiam consuetudo inualuit, addere eos flores cadis, in quibus reponitur acetũ, quo retundi vim illam omnium domatricem aliqua ex parte putant. Sambucatum dicunt, quemadmodũ piperatum, cui additur piper.

VIOLÆ purpureæ acetariis interpositæ
- Refrigerant.
- Odorem suauissimum spirant.
- Folia cocta atque comesta, aluum emolliunt.

ROSÆ saccharo cõdiuntur: quibus nonnulli singulis ferè diebus (præsertim æstatis caloribus) vtuntur matutino. Rhodij saccharum appellant.

CROCVM varios & præclaros in esculentis hominum vsus obtinet. Nam
- Suauiores cibos reddit.
- Coloris elegantiam præstat in iusculis sumptum.
- Crapulam arcet.
- Cordi est amicissimum.
- Hilaritatem præstat.
- Caput leniter ferit.
- Calidum ordine secundo.
- Somnum facit.
- Venerem stimulat.

# De fructibus, in genere & specie.

*Fructus* tũ in
- *Genere*
  - *Corpori* non bonum succum præstant.
  - *Parum* succi corpori præbent.
  - *Citò* corrumpuntur.
  - *Febres* interdum generant.
  - *Quarundam* partium morbos nonnunquam efficiunt.
  - *In* malam corruptionem & veneficam interdum naturam transeunt.
  - *Omnibus* literis operam nauantibus, *Quietis*, *Ociosis* → *Maximoperè* obnoxij sunt.
  - *Conferunt* *Iter* agentibus, *Vehementer* exercitatis, *Bile* rubra refertis → *Si* rarò & modicè eis vtuntur.
- *Specie*, vel
  - *Herbarum*: vt
    - Cucurbita.
    - Melones.
    - Pepones.
    - Cucumeres.
    - Mala insana.
    - Anguria.
    - Fraga.
  - *Arborum*: quorum alij
    - *Humidi*, qui tanquam nudi soli exponuntur, qui constant cute & carne.
      - *Molli*: vt
        - Ficus.
        - Caricæ.
        - Vua.
        - Mora.
        - Iuniperi fructus.
        - Myrthi fructus.
        - Mala.
        - Pira.
        - Cotonea.
        - Punica.
        - Citrea.
        - Aranziæ.
        - Limones.
        - Zizipha.
        - Myxa.
        - Capparis.
      - *Molli* quidẽ, sed duro ligno intus cõcluso: vt
        - Cerasa.
        - Pruna.
        - Persica.
        - Mespila.
        - Palmę fructus.
        - Oliuæ.
    - *Sicci*, firmo putamine, tanquam testa & crusta muniti, quorum cortex est
      - *Durus* ligneus: vt
        - Iuglandes.
        - Auellanæ.
        - Amigdalæ.
        - Pistacia.
        - Nux pini.
      - *Minùs* durus: vt
        - Castaneæ.
        - Glandes.
        - Siliqua.

# De Fructibus herbarum in specie.

**CVCVRBITARVM** multæ sunt speies, quarum aliæ meliores, aliæ peiores sunt. Nunc seruntur in hortis quas Turcicas, Neapolitanas, serotinas & hybernas vocant. mirè expetuntur à gula tum magnatum tum pauperũ. Eduntur namque aut

- *Crudæ* ratò, & ferè à nemine, Quoniam
  - *Insuaues* sunt.
  - *Alimentum* præbent aquosum, frigidum & tenue,
  - *Difficilè* concoquuntur.
  - *Stomachum* lædunt.
  - *Ventriculo* pondus frigidum inferunt.
- *Coctæ*
  - *Elixæ*: aut in
    - *Iure* carnium
      - *Febricitantibus* vtiles.
      - *Refrigerant.*
      - *Parum* alunt.
      - *Tenuem* succum præstant.
      - *Non* ægrè coquuntur.
    - *Lacte*, additis sale & saccharo: fit cibus gratus gustui..
      - *Infrigidans.*
      - *Probè* nutriens.
      - *Hecticis* vtilis.
      - *Renalescentibus* } Vtilis.
      - *Biliosis* morbis }
  - *Frixæ* in sartagine cum butyro vel oleo
    - *Non* adeò aquosæ.
    - *Paucum* succum præstant.
    - *Difficiliùs* coquuntur.

GAL. DE ALIMENT. FACVLT.

QVEMADMODVM *cucurbita pura quantum in se ipsa est, succum, qui in totum corpus alendi gratia distribuitur, habet qualitatis ad sensum expertem: ita cùm alicui eorum, quæ vehementem habent facultatem, fuerit iuncta, facilè illi assimilatur, vt si cum sinapi sumpta fuerit, succus qui ex vtroq; in corpus distribuetur, acris cum manifesta caliditate erit. Eadem ratione si cum salso quopiam mansa fuerit (vt quidam in patinis cum salsamento struunt) succum in corpore salsum generabit.*

PORRO *secantur cucurbitæ deraso cortice in tenuia filamenta, quæ siccata, quæ seruantur ad vsum.*

**MELONES**, à malis, quasi pomeos dicũtur. Qui præ dulci suauitate manduntur. Succini quasi succharati appellantur. Circa horum culturam Itali, Hispani, & Narbonenses præcipuè versantur

- *Non* admodum facilè in ventre corumpuntur vt pepones.
- *Choleram* morborum generant.
- *Gustui* grati.
- *Ante* reliquos cibos eduntur, ne ventrem conuertant.
- *Succum* malum præstant.
- *Facilè* subducuntur.
- *Vomitum* prouocant.
- *Refrigerant.*
- *Vrinam* sedant.
- *Renes* mundant.
- *Febricitantibus* non admodum inutiles.

**PEPONES**

- *Infrigidandi* vim habent, & magis quàm melones.
- *Facilius* quàm melones corrumpuntur.
- *Minùs* boni succi habent
- *Minùs* ventrem subducunt } *Quàm* melones.
- *Minùs* vrinam ciunt
- *Pituitam* detergunt.
- *Renes* mundant.

**CVCVMERES** expetuntur hodie mira voluptate potentioribus, æquè ac plebi crudi. Deraso namque cortice taleolis dissecantur, atq; cum oleo, aceto & sale in acetariis comeduntur. Porrò immaturi aceto & sale conduntur, atque in alienos menses seruantur.

- *Magis* melonibus infrigidant.
- *Difficiliùs* quàm melones coquuntur.
- *Gelidum* simul ac crassum in venas diffundũt succũ.
- *Minùs* detergunt quàm melones.
- *Vrinam* minùs mouent quàm melones.
- *Febres* malignas accendunt.

GAL. LIB. DE BONI ET MALI SVCCI.

INTER *fructus quoq; cucumeres, pepones, mepones q; annumerantur, quorum nullus boni succi est. Quòd si celeriter concoqui perficiq; non possint, in succum fere lethabilem, venenis similem vertuntur.*

IBIDEM.

*Qui cucumeres bellè concoquunt, cùm eo ipsi fisi affatim ijs se impleuerint, ijs tandem longo temporis tractu gelidũ & crassum humorem in venis aceruari contingit, qui in ea coctione, quæ fit in venis haud facile mutationem in probum sanguinem recipiant. Proinde omnibus praui succi edulijs censeo abstinendum, quantumuis probè à nonnullis cõficiuntur. Nobis enim non aduertentibus, prauus succus ex ipsis in venis colligitur, qui postea exiguã ad putrescendum occasionem nactus febres malignas accendit.*

MALA insana
- *Frigida* sunt & humida
- *Lentum* præbent alimentum & melancholicum.
- *Obstructiones* generant.
- *Aegrè* concoquuntur.

OPINIO *est quorundam recentiorum, quòd eiusmodi malorum succo incibis operato venus maximè concitetur, asseruntq;, à multis expertum esse.*

ANGVRIA
- *Frigida* est & humida.
- *Vrinam* cit.
- *Renum* arenulas eiicit.
- *Ventriculo* frigido obest.
- *Febrium* calores extinguit.
- *Gutturis* scabritiem leuigat.
- *Sitim* sedat.
- *Animam* recreat.

FRAGA, quidam fructum terræ nominant, exeunt passim in syluis & semitis, æstate inchoante, nulla cura laboranda, sed vltrò sese porrigentia. Rusticulæ puellæ ea legunt, cõportantq; in vrbes corticib. arborum inclusas. Hæc maximè in deliciis sunt fœminarũ. Edunt enim ea aut ex
- *Vino* & saccharo inspersо
  - *Refrigerant.*
  - *Sitim* sedant.
  - *Parum* nutriunt.
  - *Facilè* per ventrẽ descendũt.
  - *Facilè* corrumpuntur.
- *Lacte*, saccharo inspersо
  - *Caput* tentant.
  - *Facilè* corrumpuntur.
  - *Abundè* nutriunt si nõ corrumpantur.

CARDVS pinea seu cinara
- *Calida* est & sicca.
- *Ventriculo* competit.
- *Vrinam* prouocat.
- *Flatuositates* dissoluit.
- *Obstructiones* aperit.
- *Ventrem* roborat.
- *Renes* mundat à pituita & arenulis.

# De Fructibus arborum.

FICVVM genera varia sunt, aliæ enim candidæ, aliæ nigræ, aliæ rubẽtes, aliæ purpureæ. Albæ fertilitate & prouẽtu copioso. Sunt quæ sub hyemem matureſcunt, sunt serotinæ & præcoces: inueniuntur & hybernæ quibusdã prouinciis, sed ingenio, nõ natura. Sunt biferæ & triferæ: plerũque cũ messe ac vindemia maturantur. Cõmendantur imprimis quos Massilia alit. Itaq; ficus
- *Recentes*
  - *Facilè* conficiuntur.
  - *Facilè* descendunt.
  - *Abstergunt.*
  - *Arenulas* à renibus propellunt.
  - *Tenue* seu leue alimentum præstãt.
  - *Flatus* generant.
  - *Aluum* leniunt.
  - *Sudorem* mouent.
  - *Omni* ferè noxa vacant.
- *Siccæ*: sunt caricæ
  - *Improbum* & excrementosum sanguinem generant.
  - *Abstergunt.*
  - *Incidunt.*
  - *Extenuant.*
  - *Resoluunt.*
  - *Concoquunt.*
  - *Iecori*, *Lieni* — *Inflammatione* obsessis officiunt.
  - *Pediculos* multos generant.
  - *Educendis* è pectore proficuæ sunt.
  - *Prosunt* destillationibus in fauces & thoracem.
  - *Flatuosæ* sunt.



MEDIOCREM *ventriculo molestiam inferrent flatuositatibus quas generant, nisi etiam celerem descensum essent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus, flatus quem excitant, non diu manet, atq; in eo minùs cæteris fructibus autumnalibus lædere consueuerunt.*

IBIDEM DE *VVIS*

FICVS *& vuæ, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumq; praui succi sunt, præsertim cùm exactam maturitatem fuerint adepta. Nutritionis autem maximo argumento sunt ij, qui vinearum fructum custodiunt, quicùm duos menses solis vuis ac ficubus, quorum custodiæ præsunt, vescantur (nisi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt: at caro, quæ ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma ac densa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit, sed laxa est, & præhumida: ob id celeriter etiam, cùm vesci ipsis desierint, constringitur ac considet.*




GAL. DE ALIMENT. FACVLT.

*VVAE ficubus minùs alunt, maximumq; id ipsis inest commodum, quòd velociter subsideant. Quocirca si aliquando retineantur, grauiter lædunt, cùm ia maturis ficubus non insit. Hæ namq; etsi non magnopere deorsum concedant, modò probè in ventriculo coctæ fuerint, innoxium corpori dãt alimentũ, quorum neutrũ vuis adest: neq; enim retentæ probè concoquuntur: & dũ in iecur venasq; distribuuntur, crudum succum generant, qui non facilè in probum sanguinem mutetur.*

IBIDEM.

*EANDEM vuæ passæ cum alijs vuis rationem obtinent, quàm caricæ cũ ficubus. Multæ enim fiunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ. Plurimæ verò ex dulci austeráque qualitate sunt mistæ: quanquam dulces nonnihil austeræ quoque qualitatis habent, & austeræ dulcedinis. Propterea quemadmodum caloris discrimen nihil ad passularum virtutem facit, ita neq; magnitudo: sola enim qualitas, omnem facultatem potest discernere.*



IVNIPERI fructus
- *Calidum* præstat succum, sed paucum.
- *Flatus* generat.
- *Capitis* grauitatem & dolorem inducit.
- *Extenuat* / *Detergit* — *Crassos* & lentos humores.
- *Vrinam* mouet.
- *Hepar* & renes purgat.
- *Largiter* esus, stomachum mordet.

MYRTI fructus
- *Refrigerat* atque astringit, verùm magis astringit quàm refrigerat.
- *Aeque* tenuiter ac fructus iuniperi nutrit.
- *Aluum* sistit.

MALORVM seu pomorũ alia

*Sapida*

*Dulcia*

*Exquisitè.* Horum vires sumũtur à

*Natura* propria
- *Minùs* frigida
- *Meliorem* succum præstant } *Quàm* cæterà mala.
- *Exiguum* corpori præbent alimentum.

*Præparationis* modo. Parãtur enim vel

*Integra*

*Assa* in
- *Cineribus*
  - *Minimè* flatus generant
  - *Humidum* & tenue præstant alimentum.
- *Pastellis*, à corticibus, ac interioribus, seminibúsq; repurgata, atque pomis minutim cõcisis impleta, additis vuis passis, saccharo, butyro, & cinnamomo, &c. — *Hoc* modo parata,
  - *Gustui* valde amica.
  - *Facilè* concoquuntur.
  - *Melãcholicis* & tristib. ꝑsunt.
  - *In ventre* non tardantur.

*Condita* saccharo

*In* particulas incisa atq. mũdata à corticib. & seminib.: atq; aut

*Elixa*, cum butyro, & pauco sale, addito saccharo
- *Citiùs* per ventrem descendunt.
- *Facilè* superantur.
- *Exiguũ* corpori præstãt alimentum.

*Assa* in pastellis, cum butyro, cinnamomo, zingibere, saccharo, & pauco sale
- *Facilè* concoquuntur.
- *Stomacho* nõ ingrata.
- *Leuiter* nutriunt.

*Frixa* in butyro, fiũt placentæ
- *Rotundæ.* Poma in latas tessellas incidũtur, deinde pasta liquida, ex farina & aqua facta, oblinita, in butyro friguntur.
- *Oblongæ.* Poma in longũ minutim inciduntur, deinde farina tritia aspersa, & in butyro friguntur.

*Placentæ* istæ
- *Cibus* secũdis mensis gratus.
- *Minùs* humidum succum præstant.
- *Appetitum* bibẽdi excitant.

*Non* exquisitè, sed cum pauca austeritate
- *Ventrem* roborant sua substantia.
- *Cor* roborant odore.

*Austera*, & acerba
- *Cruda*
  - *Frigida* sunt.
  - *Crassioris* sunt substantiæ.
  - *Tardiùs* per ventrem descendunt.
- *Cocta*, siue elixa, siue assa
  - *Citiùs* per ventrem descendunt.
  - *Insipidis* simillima fiunt, quorum est aquosa substantia.

*Acida*
- *Cruda*
  - *Frigidiora* sunt dulcibus.
  - *Minùs* flatuosa quàm dulcia.
  - *Minùs* in ventre morantur, quàm austera.
- *Cocta* seu assa
  - *Febricitantibus* non inutilia.
  - *Parum* nocuum præstant alimentum febricitantibus.

*Insipida*
- *Stomacho* nequaquam vtilia.
- *Cibo* omnino iniucunda.



CÆTERVM *optima genere poma non sunt antè colligenda, quàm in arboribus maturuerint. Concoctu enim sunt difficilia, frigida, tardi transitus, & parui sunt succi, vt interim omittam quòd succum etiam habent frigidum, ac leuiter crassum. Quæ verò bellè matura, in hyemem atq; proximũ ver asseruantur, ea sæpe in morbis maximum afferunt præsidium, vel cataplasmatis modo cum farina admota, aut in calidis cineribus mediocriter assata, aut pulchrè in aquæ bullientis vaporibus percocta. Danda autem sunt statim à cibo, & aliquando etiam cum pane ad ventriculum stomachumq; corroborandum.*


PIRA
Dulcia (ex quibus laudantur aromatica parua, quæ Muſcatellina vocantur)
Cruda
Media ſunt temperaturæ, ad calidius nonnihil accedentia.
Cor roborant.
Os ventriculi roborant.
Sitim ſedant.
Concoctionem iuuant.
Vapores, ad caput aſcendentes, reprimunt.
Cocta, eo modo quo mala: videlicet
Integra aſſa in cineribus vel olla: tum cõdita ſaccharo
Guſtui & ſtomacho grata.
Salubria ſunt.
In partes diuiſa: atq; vel
Elixa cum butyro & modico ſale
Succum ſatis laudabilem generant.
Sitim ſedant.
Aſſa, in paſtillis cum cinnamomo, ſaccharo, pauco zingibere, & butyro
Modicè alunt.
Stomacho non ingrata.
Frixa in butyro, priùs farina aſperſa
Ventriculum corroborant
Appetitum excitant.
Mediocriter alunt.
Auſtera
Cruda
Refrigerant.
Aſtringunt.
Ventrem retinent ante reliquos cibos aſſumpta.
Emoliunt ventrem, poſt cibum ſumpta.
Cocta elixa, ſiue aſſa
Ventriculum roborant.
Guſtui & ſtomacho non ingrata.


MALA COTONEA, Græcis Chryſomela appellantur Hæc aut
Dulciora (quę Struchia vocantur)
Cruda
Frigida ſunt & ſicca.
Aſtringunt.
Paucum ſuccum præſtant, atque craſſum & terrenum.
Tardè permeant.
Difficilè concoquuntur.
Fluxum ventris cohibent.
Vomitum ſedant.
Eſui inepta.
Cocta
Integra
Aſſa in
Cineribus
Paſtillis, cum vuis paſſis, cinnamomo, ſaccharo, & pauco zingibere impleta.
Saccharo condita
Et
Ventriculo palatoq; grata ſunt.
Ventrem roborant.
Cunctis cordis affectibus conferunt.
Sitim extinguunt.
Diuiſa atque vel redacta in
Particulas: & ſic aut
Elixa cum butyro, ſaccharo vel ſapa, modico ſale & cinnamomo.
Aſſa in paſtillis, cũ butyro, ſaccharo, cinnamomo, paſſulis.
Condita ſaccharo vel melle, additis caryophillis & cinnamomo.
Quæ quidem
Stomachum corroborant.
Crapulam & ebrietatem auferunt.
Vapores caput petentes reprimũt, ſecundis menſis.
Carnẽ, qua deinde per cribrũ trãſlata, fiũt placẽtæ cũ ſaccharo, in furno aſſę: vel electuariũ ad ſpiſſitudinẽ coctũ
Ventrem corroborãt,
Vomitum & lienteriã ſedant.
Concoctionem iuuant.
Succum, ex quo fit cum ſacharo vel ſyrupus ſeu miua, vel conditum, ſiue electuarium clarum & tranſparens
Ventriculum roborant.
Vomitum ſedant.
Appetentiam excitant.
Concoctionem iuuant.
Cor roborant.
Acida
Cruda
Frigidiora ſunt.
Aſtringunt vehementiùs.
Difficiliùs coquuntur.
Tardiùs permeant.
Eſui inepta.
Ventrem cohibent ſi prius edantur.
Laxant, ſi pòſt edantur.
Cocta, vt dulciora. Similem vim obtinent, niſi quòd vehementius aſtringunt, &c.

MALA


MALA PVNICA
Dulcia
Parum nutriunt.
Stomacho non inutilia.
Febricitantibus minimè conueniunt, propter caliditatem & flatuositatem quam inducunt.
Aluum leniunt.
Pectus & spiritualia membra humectant.
Vrinam prouocant.
Os ventriculi abstergunt.
Media
Ventriculo vtiliora, quàm cotonea mala.
Nauseam & vomitum cholericum tollunt.
Sitim sedant.
Acutis febribus maximè conferunt.
Gustui cæteris præstantiora.
Accida
Cruda
Magis quàm cętera vrinam prouocant.
Cæteris frigidiora sunt.
Bilis feruores extingunt.
Fluxiones ad viscera currentes impediunt
Abstergunt.
Constringunt.
Pectori
Ventriculo
Frigido nocent.
Acutis febribus plùs cęteris opem ferunt
Inflammationes extingunt.
Vapores caput petentes inhibent.
Condita, Fit namq. ex succo eius & saccharo syrupus granatorum, qui
Ad sanguinis feruorem supprimendum optimus est.
Corrigit leuem putredinem.
Febres biliosas iuuat, & quę ex pituitosis multam flammam inuehunt.
MALA CITREA, mala etiam Medica appellantur. Horum pars
Externa cortex est
Cruda
Pallida est, aromatica & dura.
Concoctu difficilis est.
Aliorum alimentorum concoctionem adiuuat.
Siccat & calefacit ordine secundo.
Pestilentem aerem odore reficit,
Cocta atq; saccharo condita
Concoctionem adiuuat.
Venenis resistit.
Easdem vires, quas cruda obtinet.
Media, quæ veluti caro est. colore alba, insipida ferè
Cruda
Dura est.
Difficilis concoctionis.
Parum nutrit.
Parata cum
Saccharo vel melle, fit conditum.
Aceto, oleo & sale.
Easdem vires, quas cruda, obtinet.
Interna, vel
Succus
Acidus
Crudus
Refrigerat & siccat ordine tertio.
Non editur.
Paratus cum saccharo in forma syrupi
Aestum ac feruorem bilis flauæ febrium ardentium & pestilentialium mitigat.
Sitim vehementem restinguit.
Putrefactionibus resistit.
Dulcis
Esui aptus.
Parum nutrit.
Semen
Digerit
Siccat ordine secundo.
Venenis resistit.


ARANZIA, Citrangula & poma aurea etiam vocãtur: quorum pars
Exterior siue cortex
Cruda
Calidior quàm Citri cortex.
Nullum præstat alimentum.
Condita saccharo vel melle
Ventriculum frigidum roborat.
Pauciſsimum præstat alimentum.
Aegrè concoquitur.
Interior siue succus
Dulcis
Gustui gratus.
Aquoſum & paucum alimentum præstat.
Ventrem nonnihil roborat.
Ad quandam caliditatem vergit.
Pituitoſis & melancholicis febribus opem fert.
Obſtructiones reſecat.
Acidus: atq; is sumptus
Solus & sine aliis cibis
Nullum præstat alimentum.
Refrigerat.
Sitim extingit.
Astringit.
Cum aliis cibis: videlicet cum
Carnibus, vel piſcibus, quibus inſpergitur succus
Gustum mouet.
Appetitum excitat.
Stomacho gratus.
Vomitum cohibet, &c.
Saccharo & pane comeſtus
Bilem in ventre supprimit.
Ardorem
Sitim
Sedat.
Medius inter dulcem & acidum.
Sitim extinguit.
Vomitum cohibet.
Febricitantibus confert
Gustui gratior est.
Appetitum excitat.
Guttur lenit.


LIMONVM pars
Exterior siue cortex
Pallida est.
Citreo malo similis colore.
Difficilè concoquitur.
Odoris suauitate commendatur, vt citrum.
Acrior citri cortice.
Facultate parum dissimilis citreo malo.
Interior siue succus acidus: & vel
Crudus
Frigidior sicciorq; citri succo habetur.
Acutis febribus repugnat.
Appetitum excitat.
Crassos humores incidit.
Vomitum & nauseam sedat.
Parat⁹: vel
Cum salsamentis & obsoniis mistus
Appetitum excitat.
Gustum mouet.
Vomitum reprimit.
In forma syrupi
Vehementiùs infrigidat & penetrat quàm syrupus acetositatis citri.
Contra putrefactionem valet.
Contra vermes.
Contra vehementiam caloris febrilis, & alios crudos humores valet.


ZIZIPHA, à Galeno Serica, vulgò uiubæ appellãtur.
Temperatæ sunt naturæ.
Parum nutriunt.
Difficilè concoquuntur.
Iecur & lienem obstruunt.
Thoracis & pulmonis morbis à tenui & calida fluxione excitatis, vtiles.
Difficilè concoquuntur.
Ventriculum lædunt.
Mulierum atq; infantium effrenatorum est cibus.


MYXA, quæ Sebestena appellantur
Parum nutriunt.
Lentum succum præstant.
Calidas fluxiones in thoracem & pulmonem cohibent.
Temperatæ naturæ sunt.
Tussientibus conferunt.
Gutturi exasperato auxiliantur.
Ventrem laxant.

CAPPARES


CAPPARES
Recentes
Magis quàm saliti alunt.
Obstructiones magis quàm saliti aperiunt.
Mali sunt succi.
Minùs calidi quàm saliti sunt.
Saliti ad nos deferuntur, ne corrumpantur, deinde in aqua macerati, vel modicè elaxati, depositò sale, edũtur cũ oleo & aceto.
Calidi sunt & sicci.
Appetitum excitant.
Iecoris & lienis obstructiones aperiunt.
Ventris pituitam detergunt.
Tenue alimentum præbent & paucum.
Resoluunt.
Aperiunt.
Abstergunt.
Asthmaticis prosunt.
Alui tineas necant.
CERASA
Acida
Cruda
Recentia
Refrigerant.
Facilè superantur.
Facilè per ventrem descendunt.
Sitim sedant, & extingunt.
Ventrem ac iecur calidum attemperant.
Appetitum excitant.
Incidunt.
Ventriculo pituitoso conferunt.
Asseruata seu sicca
Bilis feruorem reprimunt.
Ardenti siti repugnant.
Ventriculum cohibent.
Linguæ scabritiem leuigant.
Cibi appetentiam restituunt.
Parata
Condita saccharo, & seruantur nonnunquam in liquida, à nonnullis in solida forma
Selectissimum alimentum medicamentosum.
Ventriculum
Iecur
Calidum contemperant
Cocta cum butyro, pane crassè inciso, & saccharo
Exiguum alimentum præstant, & frigidum.
Sitim sedant.
Appetitum excitant.
Ventrem & iecur contemperant, &c.
Dulcia
Appetitum commouent.
In ventre non tardantur.
Non facilè in ventre corrumpuntur.
Aluum molliunt.
Aquosum sanguinem generant.
Mollia citiùs putrescunt.
Dura meliora habentur.
PRVNA
Cruda
Dulcia
Magis ventrem soluunt.
Facilè concoquuntur.
Facilè descendunt.
Minimùm alimenti corpori præbent.
Frigida sunt & humida.
Acida & austera
Magis ventrem astringunt.
Sitim extinguunt.
Refrigerant.
Appetitum excitant.
Media
Gustui grata.
Appetitum excitant.
Aluum mediocriter laxant, &c.
Cocta: & vel
Recentia, cum saccharo
Aluum emolliunt.
Refrigerant, &c.
Sicca
Aluum mediocriter laxant.
Exiguum corpori alimentum præbent.
Refrigerant, &c.




GAL. DE ALIM. FACVLT.

*PERSICORVM succum facilè corrumpi & penitus noxium esse pronunciamus. Quamobrem post alios cibos minimè mandẽda sunt, vt quibusdam mos est. Nam in superficie natantia, citò corrumpuntur. Quare huius quoq; dicti meminisse decet: Omnia videlicet cibaria prauum succum, cum humiditate & lubricitate obtinentia, & facilè deorsum descendentia, prima mensa sumenda esse: nam si postremò assumantur, vnà secum alia in corruptionem trahunt.*




OLIVAE


OLIVAE
Maturæ: eduntur cum sale
Temperatæ sunt caliditatis.
Humorem generant melancholicum.
Nullam manifestam habent astrinctionem.
Mœstitiam pariunt.
Dolorem cordis generant.
Parum nutriunt.
Ventriculum molliunt.
Facilè putrescunt.
Immaturæ. Hæ condiuntur muria, additis anetho, thymo & foliis lauri: àquibusdam muria tantùm cõdũtur, edũturq; cũ oleo & sale.
Astringunt.
Os ventriculi roborant.
Appetitum excitant.
Humores crassos & melancholicos generant.
Vomitum
Alvum fluentem
Cohibent.
Aegrè concoquuntur.
Sitim excitant.
IVGLANDES seu NVCES
Crudæ
Recentes
Humidiores sunt.
Detergunt.
Astringunt.
Citiùs concoquuntur.
Non adeò oleosam possident facultatem.
Qualitatis quodammodo sunt expertes.
Antiquæ
Calidæ.
Ventriculum exulceant, frequentiùs sumptæ.
Astringunt.
Facilius quàm auellanæ concoquuntur.
Parum nutriunt.
Paratæ cum
Caricis, additis rutæ foliis
A peste præseruant, si manè antè alios cibos edantur, pauco vino diluto superbibito.
Mica panis, in aqua vel iure carnium madefacta, ac allio pauco & sale, omnia simul malaxata, & sensim aqua infusa calida, vel iure piscium, fit salsamentum
Gustui gratum.
Capitis efficit dolorem
Humores assat frequẽs eius vsus,
Appetitũ excitet.
AVELLANAE
Crudæ
Crassiorem succum quàm nuces præstant, ac magis terrenum.
Difficilius concoquuntur quàm nuces.
Frigidæ sunt.
Minùs oleosæ sunt.
Bilem generant.
Capitis dolores inducunt.
Assæ in cineribus
Meliùs coquuntur.
Suauiores sunt.
Os ventriculi roborant in postremis mensis.
Fumos in caput ascendentes arcent.
AMYGDALAE
Crudæ
Dulces
Modicè nutriunt.
Tenuem succum præstant.
Attenuant.
Thoracem & pulmonem detergunt.
Iecoris obstructiones auferunt.
Modicè calidæ sunt.
Abstergunt.
Soporem inducunt.
Visum clarificant.
Recentes cum suo putamine, humida stomachi vitia recreant.
Amaræ
Attenuant magis quàm dulces.
Detergunt.
Crassos ac lentos humores incidunt.
Viscera purgant.
Humores è pulmonibus ac thorace sputis expectorant.
Ebrietatem arcent, si quinque vel septem præsumantur.
Coctæ: ex iis namq; varia ciborum genera conficiuntur scilicet
Amygdalata: maxalatis videlicet amygdalis, aqua superaddita, ac per linteũ colato succo, deinde saccharo addito, & igne lẽto feruefactis
Parum nutrit
Somnum conciliat.
Tenuè succum præstat.
Pectus lenit.
Panes martici, qui ex amygdalis dulcibus, ex aqua rosacea maceratis, subactisq; conficiuntur: quibus aliquando pineæ adduntur. Sacchari autem dimidia omnium pars esse debet.
Vires recreat.
Bonum præstat alimentum.
Semen auget.
Pectus lenit, &c.
Pastilli, &c. videlicet pistis iis, & additis vuis passis, saccharo, & aqua rosacea.
Bonũ & laudabilẽ succũ præstat.
Pulmonem lenit.
Semen auget.

PISTACIA,

PISTACIA, quæ etiam Fistica appellantur
- *Parum* alunt.
- *Semen* generant.
- *Iecur* ab obstructione liberant.
- *Neq;* astringunt neq; emolliunt ventrem.
- *Calida* sunt humida.
- *Pectoris* humiditates eiiciunt.
- *Renes* purgant.
- *Ventriculum* corroborant.
- *Nauseam* fugant.
- *Venenis* repugnant, cum vino cocta.
- *Venereis* medicamentis vtiliter interponuntur.

NVX Pini
- *Parum* calida & non parum humida.
- *Crassum* præstat succum & multum.
- *Semen* generat.
- *Capitis* dolorem inducit.
- *Ventriculum* debilitat.
- *Prodest* humoribus, à thorace & pulmone spuendis.

CASTANEA agrestis fructus est, eaq; aut
- *Cruda*
  - *Recens* & viridis
    - *Crassum* succum præstat.
    - *Difficilè* coquitur.
    - *Tardè* permeat.
    - *Valde* astringit.
    - *Spuitionem* impedit.
    - *Tussim* generat.
    - *Flatus* parit.
  - *Antiqua* seu arefacta
    - *Difficiliùs* quàm recens concoquitur.
    - *Minùs* flatuosa.
- *Cocta*: atq; vel
  - *Elixa*
    - *Omnibus* est melior.
    - *Non* astringit.
    - *Facilè* concoquitur, ac per ventrem descendit.
    - *Flatum* paucum generat.
    - *Boni* succi est.
    - *Valde* nutrit.
    - *Crassi* succi est, sed non mali.
  - *Assa* in cineribus
    - *Minùs* flatuosa est.
    - *Paulò* difficiliùs concoquitur quàm elixa.
    - *Bonum* præstat alimentum.
    - *Abundè* nutrit.

GLANDES
- *Crudæ*
  - *Vehementer* astringunt.
  - *Crassum* succum præstant ac malum.
  - *Porcorum* cibus familiaris.
- *Coctæ*
  - *Elixæ*
    - *Meliores* sunt crudis ac assis.
    - *Minùs* acerbæ — *Quàm* crudæ.
    - *Minùs* malę — *Quàm* crudæ.
    - *Minùs* astringunt quàm assæ.
    - *Faciliùs* superantur quàm assæ.
  - *Assæ*
    - *Minùs* sunt flatuosæ quàm elixæ.
    - *Meliores* quàm crudæ.
    - *Faciliùs* coquuntur quàm crudæ.

SILIQVA
- *Recens*
  - *Facilè* descendit per ventrem.
  - *Parum* nutrit.
  - *Porcorum* cibus est.
  - *Prauos* generat succos.
- *Sicca*
  - *Stomachum* roborat.
  - *Difficiliùs* concoquitur.
  - *Ventrem* retinet.
  - *Prauos* generat succos.
  - *Vrinam* prouocat.
  - *Lignosa* existit.

# De Radicibus.



PETROSELINI radices
- *Crudæ*
  - *Esui* ineptæ.
  - *Calefaciunt.*
  - *Vrinam* mouent.
  - *Obstructiones* auferunt. &c.
- *Elixæ* in iure carnium
  - *Stomacho* gratæ.
  - *Obstructiones* hepatis, lienis & renum aperiunt.
  - *Vrinam* pellunt.
  - *Arenulas* ex renibus educunt.
  - *Parum* alunt, &c.

SISER, aut
- *Elixum*
- *Assum* in cineribus
  - *Deinde* cum oleo, aceto & sale comestum
    - *Parum* alit.
    - *Vrinam* cit.
    - *Obstructiones* aperit.
    - *Ventriculum* iuuat.
    - *Appetitum* excitat.
- *Frixum* in butyro, priùs tamen elixum, dein liquida pasta, ex farina, aqua & vino facta, intinctum frigitur in butyro
  - *Crassum* & flatuosum succum præstat.
  - *Carnem* generat leuem, vt napi, & quæ facilè dissoluatur.
  - *Vrinam* mouet.
  - *Venerem* stimulat.

ARON, cuius radicem quidam mandunt elixam cum aceto, oleo & sale
- *Crassos* humores extenuat.
- *Sputum* crassum ac viscidum expulsioni parat.
- *Paucum* succum neque bonum præstat.
- *Medicamentosa* potiùs quàm alimentosa est.

DRACONTIVM
- *Medicamentosum* est.
- *Esui* ineptum est.
- *Parum* nutrit,
- *Crassos* ac lentos humores in pulmone & thorace incídit eijcitq́;

ASPHODELVS
- *Facultatem* tenuandi & aperiendi habet, quemadmodum & Dracontij radix.
- *Editur* contra serpentium morsus, elixus ter aut quater, deinde additis aceto, oleo & sale.
- *Ictericis* confert.
- *Magnitudine*, figura, & amarore scillæ radici similis est,

BALBISCVLENTI
- *Appetitum* excitant.
- *Humores* spuitioni parant.
- *Incidunt.*
- *Extenuant.*
- *Succos* generant crassiores.
- *Semen* genitale augent.
- *Ad* venerem alacriores reddunt homines.
- *Flatus* ac tormina excitant, nisi probè fuerint concocti.

CARPA
- *Cruda* ac cum pane comesta
  - *Succos* crudos multos generat.
  - *Pituitam* tenuem auget.
  - *Paucissimum* præbet alimentum.
  - *Extenuat* crassos humores thoracis & pulmonis, & eos spuitioni parat.
  - *Capitis* dolorem infert.
- *Cocta*
  - *Elixa*
    - *Cum* carnibus
      - *Copiosius* alit.
      - *Non* adeò crudum præbet alimentum.
    - *In* aqua & butyro, additis sapa, pipere, croco & caryophillis
      - *Facilè* coquitur & per ventrem descendit.
      - *Calidum* succum præstat.
      - *Capitis* infert dolorem.
  - *Frixa* cum sapa vel melle, & butyro vel oleo
    - *Facilè* concoquitur.
    - *Alimentum* calidius præstat.
    - *Capitis* dolorem infert.
  - *Assa* in cineribus, deinde aceto, oleo & sale mensa
    - *Appetitum* excitat.
    - *Vrinam* mouet.
    - *Renes* mundat ab arenulis & pituita,

POR-

PORRVM
- Domesticum
  - *Crudum* à rusticis cum pane editur.
  - *Extenuat.*
  - *Calefacit.*
  - *Vrinam* & menstrua cit:
  - *Ructus* commouet.
  - *Inflat.*
  - *Atrabilarium* generat succum.
  - *Caput* offendit.
  - *Pectus* dilatat.
- Syluestre
  - *Magis* calefacit.
  - *Alui* tineas necat & educit.
  - *Caput* infestat.
  - *Gingiuas* & dentes corrumpit.
  - *Visum* hebetat.
  - *Mordicat* & inflat.
  - *Atrabilarium* generat succum.

ALLIVM
- Crudum
  - *Valde* calidum est.
  - *Nullum* præstat alimentum.
  - *Colicum* dolorem sedat à frigore aut à flatu.
  - *Flatus* discutit.
  - *Capitis* generat dolorem.
  - *Vocem* clarificat.
  - *Alui* tineas necat.
  - *Vrinam* cit.
  - *Venerem* excitat.
  - *Morbosis* partib. dolorem infert.
  - *Vtero* gerentibus nocet.
- Coctum
  - *Elixum*
    - *Pauxillum* præbet alimentum & extenuãtem.
    - *Capitis* dolorem infert, &c.
  - *Assum*
    - *Flatus* discutit.
    - *Capitis* dolorem facit, &c.

EVBERA, eduntur elixa in aqua & sale breui tempore, deinde abiecta aqua, rursus in alteram calidam aquam translata, additis oleo, vel butyro, pipere, zingibere & pauco aceto
- *Frigida* sunt & insipida.
- *Aqueum* præstant alimentum, sed crassius quàm cucurbita.
- *Boni* succi sunt Galeno.
- *Melancholici* succi sunt Auicennæ.
- *Facilè* corrumpuntur in ventriculo.
- *Aegrè* concoquuntur.
- *Colicam* faciunt.
- *Venerem* excitant.

FVNGI
- *Nigri*, & qui in locis putridis & fimosis nascuntur, vitandi sunt. Quoniam — Efficiunt.
  - *Apoplexiam.*
  - *Paralysim*
  - *Colicam*
  - *Inspirandi* difficultatem
  - *Venenorum* symptomata
  - *Vrinam* retinent.
- *Albi*, Boleti vocati, probè parati, edi possunt, rarò tamen
  - *Frigidi* sunt in tertio gradu.
  - *Pituitam* augent.
  - *Crassum*, frigidum & humidum præstant alimentum.
  - *Parantur* vt tubera.
  - *Post* hos vinum vetus & meracum bibendum.

RADIX ENVLAE
- *Calida* est & ficca.
- *Crassam* ex pectore pituitam educit.
- *Genitale* minuit semen.
- *Capitis* dolorem aufert.
- *Vrinæ* stillicidia emendat.
- *Tristiciam* & mœrorem fugat.
- *Conclusa* foramina aperit.

# De Carnibus in genere & ſpecie.




A.
Caro in genere, Harum differentiæ sumuntur ab
Aetate. Sic caro animalium aut
Lactantium, & quidem
Siccorum animalium
Temperata ferè.
Concoctu facilis.
Boni est succi.
Bonum sanguinem præstat.
Humidorum
Humida
Lubrica
Excrementosa
Pituitosa
Glutinosa
Crassi succi
Est. Nam carnes vbi in lucem editæ sunt, mucosę sunt, & præcipuè humidiorum animaliū, vt agni & suis. Verùm hœdi & vituli, & quæ natura sunt sicciores, multò meliùs coquuntur, &c.
Non lactantium: & vel
Iuuenum
Probatissima est.
Bonum succum præstat.
Facilè concoquitur.
Senum ac decrepitorum
Malum succum præstat.
Dura
Sicca
Est.
Difficilè concoquitur.
Melancholicum & glutinosum succum præstat.
Habitu. Sic caro animalium aut
Pinguium
Malum succum præstat.
Humida & glutinosa est.
Difficilè concoquitur.
Excrementosa
Lubrica
Est.
Nauseam parit.
Facilè saturat.
Exiguum præstat alimentum.
Macilentorū
Sicca
Neruosa
Est.
Malum succum generat.
Mediocrium
Probatissima est
Facile concoquitur.
Bonum & laudabilē succum præstat.
Sexu. Nam caro
Masculi
Calidior est.
Siccior ac fibrosior existit.
Fœminæ
Frigidior
Humidior
Mollior
Est.
Præparatione. Nam
Assa in veru
Abundantiùs alit.
Vires reficit si digeratur.
Aegrè concoquitur.
Elixa
Mollis ac lenis existit.
Boni est succi.
Celeriter nutrit.
Frixa
Mala est.
Malum succum prestat.
Difficilè concoquitur.
Macerata, quæ maceratio fit carnibus aëri appensis, quæ est veluti fermentatio ipsarum. Macerantur autem carnes
Parum seu non diu, & sic eduntur elixæ aut assæ, recentes
Omniū optima est.
Saluberrima est.
Diu
Simpliciter, Facilè corrumpuntur.
Seruatæ sale, aceto
Prauum succum præstat.
Caput grauat.
Facilius coquitur.
Appetitum excitat.

B. *Caro* animalium domesticorum: videlicet.

- *Vituli*
  - *Lactentis*
    - *Temperata* est, Facilè concoquitur.
    - *Puriorem* sanguinem generat.
    - *Rubeam* à ventriculo fugat bilem.
  - *Non* lactentis
    - *Bonum* succum præstat.
    - *Facilis* concoctu est.
    - *Melior* est bubula.
- *Agni*
  - *Lactentis* — *Est.*
    - *Humida*
    - *Viscida.*
    - *Excrementosa*
    - *Mucoribus* plena
    - *Crassi* succi
    - *Assa* melior est quàm elixa.
  - *Non* lactentis
    - *Melior* est. Facilè concoquitur.
    - *Bonos* parit succos.
    - *Copiosiùs* alit.
- *Castrati*, seu veruecis
  - *Iuuenis*
    - *Omnium* optima est.
    - *Bonum* succum præstat, & copiosum & constantem.
    - *Facilè* concoquitur, Salubérrima est.
  - *Senis*
    - *Mala* est.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Melancholicum* succum præstat.
- *Hœdi*
  - *Melior* est caprina & hircina.
  - *Bonum* succum præstat.
  - *Facilè* concoquitur.
  - *Conualescentibus* conuenit.
  - *Vitulina* excellentior habetur.
  - *In* humiditate & siccitate temperata est.
- *Oues*
  - *Praui* succi est, Redolet hircos.
  - *Excrementosa*, Ructus commouet.
  - *Dilabitur* prinsquam concoquitur.
- *Porci*
  - *Lactentis*
    - *Humida* est. Esui inepta est.
    - *Succum* generat pituitosum, mucosum & lentum
    - *Excrementosa.*
    - *Calculum* generat.
    - *Editur* assa.
  - *Non* lactentis
    - *Iuuenis*
      - *Recens*
        - *Omnium* carnium aptissima est ad nutriendum, si concoquatur.
        - *Bonum* generat succum, & lentum.
        - *Valde* nutrit.
        - *Humanæ* carni persimilis est. Optima est annalis.
      - *Salita*
        - *Lentoris* minùs participat.
        - *Difficiliùs* concoquitur & permeat.
        - *Sitim* excitat.
        - *Melancholicum* succum præstat, Morbis renum nocet.
        - *Omnium* optima est castratorum, sed duorum annorum.
    - *Senis*
      - *Malum* succum præstat.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Glutinosa* est.
- *Boues*
  - *Crassæ* est substantiæ.
  - *Crassum* succum & melancholicum præstat.
  - *Difficilè* concoquitur.
  - *Tardè* permeat.
  - *Frigidior* est hircina & veruecina.
- *Tauri*
  - *Peior* omnibus habetur.
  - *Crassa*, fibrosa, dura, sicca, & nidorosa est.
  - *Praui* saporis & succi existit.
- *Vaccæ*, penitus mala, præsertim antiqua.
- *Capræ*
  - *Praui* succi est & crassi.
  - *Acrimoniam* quandam gustu refert.
- *Hirci*
  - *Domestici*
    - *Coëuntis.* Nidorosior est.
    - *Castrati.* Aliquatenus emendatur.
  - *Montani*
    - *Siccior* est quàm domestici.
    - *Minùs* nidorosa.
- *Equi*
  - *Esui* inepta, & insuauis est.
  - *Difficilè* concoquitur.
  - *Asininæ* proxima est.
- *Asini* iuuenis ac pinguis
  - *Praui* succi est.
  - *Difficilè* concoquitur.
  - *Excrementosa* est.
  - *Ventrem* subuertit.
  - *Ceruinæ* proxima est.
- *Cati* pinguis
  - A' quibusdam editur assa.
  - *Excrementosa* est.
  - *Fœtida.*
  - *Gustui* ingrata.




COLVMBORVM *capita (vt Rasis in 4. Aphorismorum, & Auenzoar 1. & 2. Theisir attesta ti sunt) omnino abiici debent, nam & ipsis proprietas inest, vt capiti dolorem inferant. Præterea notandum quidem, quòd & columbos, & passeres, Gal. 4. de Sanitate tuenda, febrienti bus exhibet: quanquam pro passeribus minutas omnes auiculas plerique intelligunt.*

AVIVM *omnium genus leuissimum cibum præstat, si ad quadrupedes conferatur. Volucrium tamen caro ob facilem concoctionem præcipuam laudem meretur. Porrò in omnibus volucribus animalibus, vt & in quadrupedibus scire in vniuersum oportet, quòd caro adolescentium longè præstantior est, quàm ætate declinantium. Florentium verò inter vtraque media. Noxia verò est admodũ nouellarum, diuersa q; ratione admodũ vetulorum. Etenim eorum dura, sicca est caro, ideo q; & concoctu difficilis, & exigui alimenti. Cõtrà nuperrimè editorũ corpora mucosa, eo q; excrementis plena sunt, leuiùs tamen per aluum subeunt. Hæc enim in cunctis animalibus nouisse te velim, communiter námque omnibus, & ex æquo hæ differentiæ, quas ab ætate sumpsimus, inhæret. Gal. Alim. fac.*

D. *Caro* volatiliũ ſylueſtrium: videlicet

- *Phaſianorum*
  - *Plurimum* alimentum præſtat, & modicè conſtans.
  - *Facile* concoquitur.
  - *Extenuatis* cibus præſtantiſſimus & conualeſcentibus.
  - *Probè* admodum reficit vires, Temperata exiſtit.
  - *Mediæ* inter perdicem & capum eſt complexionis.
- *Perdicum*
  - *Sicca* eſt, Facilè concoquitur.
  - *Bonum* ſuccum & multum præſtat, & modicè conſtantem.
  - *Venerem* excitat, Probum & multum ſanguinem auget.
  - *Corpus* impinguat, Ventriculum humidum exiccat.
  - *Retentricem* facultatem roborat.
  - *Infrigidatis*, *Conualeſcentibus*, *Sanguine* carentibus — *Optimè* conuenit.
- *Gallinarum* agreſtium
  - *Succum* *Copioſum*, *Laudabilem*, *Modicè* conſtantem — *Præſtat.*
  - *Facilè* concoquitur, Saporoſa eſt.
  - *Conualeſcentibus* idonea.
  - *Perdicibus* aliquantò craſſius præbet alimentum.
- *Starnarum*
  - *Perdici* ſimilis eſt.
  - *Non* adeò multum & laudabilem præſtat ſuccum
- *Attagenum* ſeu Franquiliniorum
  - *Magno* precio habentur.
  - *Probè* alunt, Facilè concoquuntur.
  - *Alimentum* eorum ſuaue guſtui, Boni ſunt ſucci.
  - *Principibus*, nobilibuſque dilectiſſima.
- *Coturnicum* ſeu Qualcarum
  - *Calidum* ſuccum præbet & excrementoſum.
  - *Semen* auget, Ventrem ſtimulat.
  - *Febres* putridas generat frequens eius vſus.
  - *Citò* in ventriculo putreſcit.
  - *Temperatis* intemperatiſque eſt inconueniens.
  - *Coquitur* difficilè, Spaſmum, tetanum commouet.
- *Turturum*
  - *Siccum* alimentum præſtat, Facilè ſuperatur.
  - *Bonum* & multum ſuccum præſtat, Guſtui grata.
  - *Humidioribus* natura corporibus prodeſt.
  - *Memoriam* reparat, Ingenium acuit.
  - *Ventrem* auget, Retentricem facultatem roborat.
- *Ortignũ*
  - *Colore* turturi ſimilis eſt.
  - *Difficilius* concoquitur.
  - *Prauum* ſuccum & melancholicum præſtat.
- *Porphyrionum*
  - *Bonum* generat ſanguinem
  - *Venerem* auget
  - *Debilibus* — *Conuenit.*
  - *Conualeſcentibus*
  - *Modicum* corpori præſtat alimentum.

  *Tridentinis* hæ aues capiũtur mõtibus, & vulgò vocantur Coturni. Sunt enim perdicibus multò maiores, his roſtrum & crura rubent. Ideoque meritò Porphyriones appellari poſſint.
- *Tetragonũ*
  - *Aemulatur* carnẽ ſylueſtrium gallinarum
  - *Guſtui* amicatur
  - *Concoquitur* facilè
  - *Vberius* alit.

  *Tetragones* aues, quas Erithotaonas aliqui appellauêre, Tridentinis alpibus frequentiores habentur, nullis carentes notis, à Plinio lib. 10. cap. 22. aſſignatis, Incolæ vulgò Cedrones has aues vocant.
- *Turdorum*
  - *Bonum* ſuccum præſtat.
  - *Facilè* cobuitur.
  - *Modicè* conſtans præbet alimentum.
- *Merularum*
  - *Probum* ſanguinem generat.
  - *Compar* turdorum carni.
- *Alaudarũ*
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Prauum* ſuccum præſtat.
- *Ficedularũ*
  - *Prauum* ſuccum præſtat.
  - *Difficilè* coquitur.
- *Carduellorum*, *Pardellorum*, *Paſſerculorum* viridium — *Omnes* prauum ſuccum generant.
- *Hirundinum*
  - *Prani* ſucci eſt.
  - *Guſtui* ingrata.
- *Caudæ* tremulæ
  - *Prani* eſt ſucci.
  - *Guſtui* ingrata.
  - *Vſta* calculoſis cum vino bibita prodeſt.
- *Gruum*
  - *Dura* eſt & fibroſa
  - *Melancholicum* ſuccum præſtat.
  - *Difficilis* eſt concoctionis.
  - *Frigidi* & ſicci eſt temperamenti.
  - *Malum* ſuccum generat.
  - *Pluris* eſt excrementi quàm alimenti.
- *Strutionis*
  - *Prana* eſt guſtui & alitioni.
  - *Difficilis* concoctionis.
  - *Craſſi* & mali ſucci.
- *Lacuſtrium* ſeu fluuialium auium
  - *Frigida*, Difficilè concoquitur.
  - *Frigidum* & craſſum ſuccum præſtat & excrementoſum.
  - *Plurimum* nutrit, ſi concoquatur

*NON mediocris differẽtia eſt inter ea volatilia, quæ in ſtagnis, paludibus, lacuſtribuſq́ degũt, & eo q̃ in mõtibus, aut ſiccis locis vagãtur. Nã pro portione locorum, animaliũ carnes aut ſiccæ, & excremẽtis vacuæ, ac concoctu faciles, aut humidæ, & excremẽtitiæ, concoctuq́ difficiles redduntur. Gal. 5. de Alim. facult.*

# De Piſcibus, in genere & ſpecie.

E.
*Caro* animalium aquatilium frigidior eſt & humidior, quàm terreſtriũ & volatilium animalium. Horum differentiæ in

*Genere*, ſumuntur à

*Loco* in quo degũt. Sic piſciũ alij

*Marini*
- *Pelagij*, qui merè profundum habitant, & ventris agitantur potiſſimùm borealibus
  - *Meliores* ſunt fluuialib.
  - *Minùs* pituitoſam naturam habent.
- *Litorales*. Minùs boni ſunt.

*Fluuiales*: & vel degentes in fluuiis
- *Magnis*, petroſis, limpidis, quorum aquæ celerrimè currunt, & qui ventis borealibus perflantur
  - *Facilius* coquuntur.
  - *Meliores* ſunt.
  - *Minùs* viſcoſam ac lentam habent naturam, & minimè excrementoſam.
  - *Magis* guſtui grati.
- *Paruis*, quorum terra eſt cœnoſa, aut propè magnas ciuitates
  - *Deteriores* ſunt.
  - *Excrementoſi* valde.
  - *Fœtidi* ſunt.

*Lacuſtres*, quorum lacus aut
- *Fluunt* & aliunde aquas ſuſcipiunt.
  - *Minùs* mali ſunt, quàm lacuſtres, qui neque fluunt, neque aliunde aquas ſuſcipiunt.
- *Non* fluunt, neque aliunde aquas ſuſcipiunt. Peſſimi omnium ſunt.

*Tempore*. Nam
- *Iuniores*
  - *Humidiores*.
  - *Facilioris* ſunt concoctionis.
  - *Minores* ſunt.
- *Seniores*
  - *Duriores*.
  - *Difficilioris* ſunt concoctionis.
  - *Maiores* ſunt.

*Victu*. Nam pleriſque herbarum, ac bonarum radicum copia ſuppetit, iiſque præſtantiores eam ob cauſam ſunt. Alij è conuerſo herbis veſcuntur limoſis, maliſque ſucci radicibus. Ideoque qui in fluminibus populoſarum vrbium, hominum quadrupedum q. fimo & prauis id genus eſcis victitant, extremum prauitatis gradum tenent. Cuius rei argumentum eſt, vt capti citiùs putreſcant, & deterrimum edant odorem. Quamobrem & inſuauiores ſunt, & concoctu contumaciores, parumque boni alimenti & multum excrementi corporibus tribuunt.

*Præparatione*. Nam
- *Elixi*, omnium meliores ſunt.
- *Aſſi*, in bonitate ſecundum locum habent.
- *Suffocati*, tertium in bonitate locum habent.
- *Frixi*, poſtremum in bonitate locum habent.
- *Conditi* ſale
  - *Calidi* ſunt & ſicci.
  - *Sitim* excitant.
  - *Sanguinem* adurunt.

*IN omnibus præparationibus & ſalſamentis ſiue liquaminibus, addenda ea, quæ facultatem habent calefaciendi & extenuandi, vt ſanguinis ex piſcib. genitus minùs ſit pituitoſus, & deinde alitioni ſit accõmodatior.*

*Specie*: ſũt aut

*Sanguinei*: quorum degunt alij in aquis

*Dulcibus*
- *Fluentibus*. Vide in ſequentibus ſignum A.
- *Congregatis*: videlicet
  - *Stagnis* & piſcinis: ſũt
    - *Lupus*, *Cephalus*, *Rhombus* — De quibus vide infrà. Non æquè boni, vt qui in fluentibus aquis ſunt.
    - *Anguilla*, de qua vide infrà — *Inſalubres* ſunt. *Cordi*, *Ventri* *Noxiæ* ſunt. *Lentum* ſuccum præſtant atque malum. *Podagricis* & calculoſis valdè nocent. *Fœminarum* menſes tardant.
    - *Caprio*, de quo infrà.
    - *Rana*, &c. à Medicorum legibus ad cibos quotidianos tranſlata eſt: omnib. ferè anni menſib. ſubit menſas. Solis poſterioribus aliquando in cibo placuerunt: nunc toto corpore dempto capite, & interaneis & ſummis pediculis placent. Elixantur, & in ſartagine friguntur aſperſa farina: aut aqua elixantur, ſale & aceto additis.
      - *Facilè* coquuntur.
      - *Bonum* ſuccum præſtant, frigidum parum, ſed humidũ
      - *Hecticis* vtiliſſimæ ſunt.
      - *Affatim* alunt, ſi probè perficiantur.
      - *Aduerſus* maleficia venenorum accommodatæ.
      - *Sunt* ſplendidæ fœminę hodie, quæ iis vtuntur, vt bene curato, & ſuccoſo ſint corpore.
  - *Lacubus*: ſunt — *Perca*, Lucius, Carpio; *Barbus*, Trinca, Truta; *Lãpetra*, ſeu muſtella — De quibus infrà.
- *Salſis*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B.

*Exangues*, Vide in ſequentibus ſub ſigno C.

A. Piscũ alij in aquis dulcib. fluc̃tibus degũt & vel in

Ostiis earũ: vt

*Aurata*, in ostiis fluminũ degit, & in mari, ac in stagnis marinis, cuius loca ad supercilia attinentia splendentia, auri referunt colorem, palmi magnitudine capitur, & ad cubiti longitudinem augetur. Lato est corpore & commisso, squamis intecto, colore vario, deorsum cæruleũ subnigrũ, & ventrem lacteum habet. Editur elixa in aqua & vino, aut aqua & aceto assatur in craticulis butyro vel oleo inspersa, deinde cum aceto & pipere editur, aut reponitur in panatellis, cum pipere, sale & macere, aut frigitur in butyro vel oleo, & cum succo arantij editur

- *Boni* est succi, & non multi.
- *Facilè* coquitur.

*Mugil*, qui Cephalus etiam dicitur. Piscis est squamosus, cubiti magnitudine, aut paulò maiore: os sine dentibus, &, & labra tenuia, quaternis branchiis, dorsum latum, nigricans, venter candidus, in mari, stagnis, & ostiis fluminum gignitur. Agilis admodum est, & mira celeritate mouetur. Nutritur alga, herbis, radicibus, & sordibus

- *Gustui* gratus.
- *Non* facilè superatur.
- *Tardè* è ventre descendit.
- *Praum* succum præstat.

*Vmbra*, Romanis notus est piscis, squamis latioribus intectus, & denticulatus, lapidẽ in capite fert, saxa frequentat: coracino similis est, sed maior, & verrucã habet in mento. Agilis piscis est atque vorax, Capitur iuxta ostia fluuiorum, & in alto mari. Caput umbræ in summa gratia habetur, elixum in vino, aqua & aceto, in pastillis seruatur, cum caryophillis, cinnamomo & sale, &c.

- *Bonum* præstat succum, præsertim eius caput.
- *Difficilè* concoquitur.
- *Ventriculo* languenti incommodat.

*Salmo*, carnem habet rubeam, vt atingi & quædam troctæ, sed adhuc ipsis rubidiorem. Piscis hic uerus Erythrinus est. In Rheno plurimi capiuntur

- *Gustui* gratissimus.
- *In* optimorum piscium censu habetur.
- *Facilè* in ventre superatur.
- *Friabilem* carnem habet.
- *Bonum* præstat succum, nec tenacem, nec crassum.

*Truta*, seu Trocta, cauernas subit, in quibus latitat, rubentibus maculis distincta, caro rutilescens & firma. In riuis, riuulis, torrentibusque degunt. Elixantur, & ex aceto eduntur, friguntur rariùs. Incrustantur etiam à pistoribus dulciariis, vt durent in dies multos

- *Recentes* maximè placent æstatis magnis caloribus.
- *Bonum* præstant succum.
- *Facilè* coquuntur.

*Perca* (de perca amarina infrà) est piscis lacustris & fluuiatilis. Aculeos videtur huic pisci natura dedisse aduersus voracitatem Luciorum, appertiusculis & exiguis squamis armatur

- *Caro* candida est & dura, parumque lentoris obtinet.
- *Facilè* coquitur.
- *Bonum* succum præstat.

*Lampetra*, à lambendis petris dicta est. fluuialis ac marinus piscis est, gaudet dulcibus aquis, longus ac teres, dorsum maculis cœruleis & albicantibus inspergitur. In supremo capite fistulam habet, ad palatum vsque, qua aquam haurit proiicit, loco spirationis, maculas habet insignes, in collo septem stellis septentrionibus similes numero, & ferè positu. Ventre lactei coloris. Paratur in panatellis, sale, croco, pipere, caryophillis, pauco addito vino. Vel elixatur in vino & aqua additis speciebus aromaticis, &c.

- *Cib.* gustui gratus.
- *Facilè* coquitur.
- *Melancholiã* auget.

Flu minibus: vt

*Lucius*, qui & lupus dicitur, extento est capite, ore est hiante, denticulato gulosissimus & voracissimus, & præcipuè carniuorus, piscibus vescitur gratissimè. Elixantur Lucij: arsque non parua adhibetur in coquendo, vt duriores & cœruliores euadant. Condimentum quod eis adhibetur, fit ex sinapi & butyro prunis liquato. Item editur ex aceto maximè piperato. Frigitur item & ex liquore mali aranzij sumitur, &c.

- *Palato* cibus gratus.
- *Multum* alit.
- *Tenuiorẽ* succum præstat quàm animalia pedestria.
- *Facilè* coquitur.

*Carpio*, seu carpo, qui & Cyprinus dicitur, squamis subauratis, amplis & validis ornatus: qui quo magis senescit, eo grandior ac validior euadit. Spinis caro refertissima est, præcipuè verò partes circa caudam. Patitur claustra. Elixatur in vino, & pauca aqua, sale, zingibere & caryophillis additis. frigitur quoque in butyro, & ex aceto vel liquore aranciorum editur. Quidam prægrandes cum squamis elixant: sic enim seruari intus pinguem & sapidum succum, qui desquamatis deperit. vulgus tamen detrahit squamas. Modus aceti & salis seruandus, vt caro constet. Item vt in multos dies duret, repertum est. Vini albi atque aquę æquas sumunt partes: quibus aceti non nihil addunt ad acorem conciliandum: deinde piperis, gingiberis, nucis moschatæ, caryophillorum pollinem liberaliùs adiiciunt, & ad colorem elegantem, crocũ indunt, & hęc cum carpione diutius coquuntur. Cæterùm coctas carpionis partes in multas parosides reponunt, liquorem superfundendo: qui vbi refrixerit, glaciatur ac coagulatur, vnde galatinam vocant

- *Plurimam* pituitam vescentibus creat.
- *Malum* succũ præstat,
- *Non* facilè concoquitur.

*Tinca*, in lautis mensis nullum locum obtinet, nisi prægrandis fuerit. Cœnosis locis & limosis sponte prouenit. Elixantur aliquando, friguntur verò crebrius, quin & craticula torrentur, farciunturque oleribus & aromatis

- *Insalubris* est.
- *Febres* generat.
- *Succum* præstat improbum & glutinosum.
- *Difficilè* coquitur.

*Reliquos* vide in sequentibus sub signo **.

** *Pisces* in fluminibus degentes reliqui: videlicet

*Barbus*, à barbula, quæ vtrinque in inferiori labro propendit, nomẽ sortitus est. Veneti Multum à gemina barba barbonem cognominant. Barbi adultiores & seniores inter lautiores cibos habentur æstatis caloribus. Elixantur cum vino & aqua, addito gingibere, butyro & sale. Elixantur & torrentur craticula & ex butyro, acetóq. sumuntur.
- *Coctionis* facilis est.
- *Non* malum succum præstat.
- *Rostro* inprimis placet.
- *Insaniatur* ouorũ malicia. Nam esirata intolerabiles cruciatus excitant alui, ipsumque immodicè soluunt.

*Labrax*, Latinis lupus dicitur. Pelagius est piscis in profundo mari natus, sed dulcibus gaudet aquis, fluuios ascendens, & stagna in quibus capitur. Elixatur aqua, butyro vel oleo, sale & aceto. à quibusdam in butyro vel oleo frigitur, & deinde cum succo arancij editur
- *Tenuiorem* succum præstat quàm animalia pedestria.
- *Multùm* alit.
- *Facilè* coquitur.
- *Cibus* palato non ingratus.

*Cephalus*, Latinis mugil dicitur, de quo vide suprà.

*Anguilla*, ab anguium similitudine nomen sortita generantur sine coitu & ouo. carniuoræ sunt: piscículos enim & ranas persequuntur. Elixantur ex aqua & vino corio detracto, pipere, cinnamomo, gingibere & croco additis. Torrentur item in craticulis, ampliores verubus
- *Caro* mollis & dulcis est.
- *Glutinosum* admodum & pituitosum succum præstant.
- *Difficilè* coquuntur.
- *Calculos* gignunt, tum in renibus, tũ in vesica.
- *Podagram* generant.

*Asphia*, magnitudine trutæ, squamosus. Elixatur cum vino, aqua, butyro, sale, & aromatis. Torretur etiam in craticula
- *Cibus* boni succi.
- *Facilè* coquitur.
- *Palato* cibus gratissimus.

*Oculata*, piscis vermibus terrestribus similis, subniger, maculis quibusdã subnigris, veluti multis oculis distincta. Vnde nomen sortita est. Elixatur cum vino, aqua, butyro, aceto, sale & gingibere
- *Multum* alit.
- *Non* malum præstat succum.
- *Difficilè* coquitur.

*Fundulus*, paruus piscículus est, in riuis & torrentibus arenosis, vel saxosis, & limpidis degens. Elixantur vino & aqua, additis butyro, sale & gingibere, vel aliis aromatis
- *Facilè* coquuntur.
- *Bonum* præstant succum.
- *Cibus* valde gratus.

*Carabus*, Germanis, *ein Kop, oder ein Grop* vocatur paruus piscículus, lubricus, ore maiori, &c. Elixantur eodem modo vt funduli
- *Lentum* succum præstant.
- *Facilè* è ventre descendunt.

*Phragolinus*, ab aliis Pagrus, & Venetis Albor dicitur. Capitur magnitudine sesqui palmi, quandoque minoris, aut maioris. Asseruatur sale, vt in ligneis lacubus aqua, sale, pauco aceto, & gingibere: recens verò aut elixus editur, aut frixus
- *Succum* præstat non omni ex parte laudabilem.
- *Serosos* generat humores.
- *Non* diu in ventre moratur.

*Melica*, vngulam habet dentibus exertis mandandis aptum. Paratur elixa aqua, sale & butyro, additis gingibere, caryophillis, croco & pipere, deinde cum aceto aut succo arantij editur. Aut frigitur in sartagine, deinde iusculum prædictum superfundunt
- *Bonum* succum præstat.
- *Facilè* coquitur, si probè paretur.
- *Flatuosa* est.
- *Ventrem* inflat.

*Rhombus*, planus piscis est, sine squamis. ferè rotundus, vel oualis figuræ, natat inuersus latitudine suã innixus, potiùs quàm pinulis, sed est aculeatus. Vorax est. Elixatur aqua, sale, porro, anetho & aceto: aut frigitur.
- *Caro* eius suauis.
- *Boni* succi est, si probè superetur.

*Sturio*, subit è mari flumina. Capitur in Rhodano delicatissimus & suauissimus. Coctus in aceto seruatur ad aliquot dies
- *Boni* est succi.
- *Gulam* suauiter demulcet.
- *Caro* dura est & candida.

*Thimnus*, squãmis refertus est amplis, quæ coquendo sese ostendunt: etenim dehiscunt. Est carne pingui & suaui. Latent prælatis gurgitibus hyeme
- *Caro* dura est.
- *Saporis* actioris.
- *Atram* bilem gignit.

*Alosa* seu alausa, dorso cærulæo est, cætero colore argenteo, spinosissima est, adeò vt vescentibus infestissimæ sint spinæ, æquè ac haringarum.
- *Sapidior* est quàm marina.
- *Salubriores* quàm marinæ.

*Capito*, barbi speciem & similitudinem gerit
- *Mali* succi est.
- *Aegrè* concoquitur.

*Abramis*, spinis scatet. Galli bramam vocant. Lacustris & fluuiatilis est. Torretur in craticula & butyro vel oleo irroratur.
- *Caro* candida & mollis.
- *Alimentum* præbet, quale palustres pisces.

*Darcus*, quos Hedui crissas vocant, vix harengorum magnitudinem attingunt: spinæ iis non sunt adeò frequentes atque infestæ. In Ligeri degunt quàmplurimi
- *Saluberrimi* sunt.
- *In* aduersa ualetudine commendantur.

*Lota*, piscis est oblongus, qui peculiariter alitur & nascitur in Arari, similis ferè mustellæ: squamis caret, & corpore ad medium fartim pinguescit. lutea iris huius corpus distinguit, arta puncta superne notant tegum
- *A* Lugdunensibus in lautis epulis cõmendatur.

*Rabecula*, rubentes habet partes iuxta caput, paruis barbellis similis: quatuor tamen digitorum lõgitudinem rarò transcendunt
- *Facilius* coquuntur ipsis barbellis.
- *Bonum* succum præstant.

B. *Pisces* in aquis salsis degentes: videlicet

- *Stagnis* marinis: sũt
  - *Aurata*, *Rhombus* } *De* quibus suprà.
  - *Sparus* & aurata sunt similes: & in macello imperitis sæpe imponũt piscatores, alium pro alio vendentes
    - *Melioris* est succi quàm menas.
    - *Copiosius* aliis alit.
    - *Carnis* teneræ est.
    - *Ventriculo* amicus.
    - *Vrinam* mouet.
  - *Mullus* τρίγλη Græcis appellatur, in magno precio habitus, ita vt nonnũquam argenti pari pondere emeretur: ex eis barbati sunt meliores non barbatis. Vterque rubedinem sub squamis ostendit, ita vt ea ratione mullus imberbis, dictus sit, imbriago. rubra namq. ebriorum facies. Coquitur in craticula, additis petroselino, sale & succo Arancij.
    - *Carnem* habet duram & friabilem.
    - *Gustui* gratus.
    - *Coctionis* facilis est.
    - *Humanæ* naturæ familiaris.
    - *Hepar* in deliciis habetur.
  - *Solea*, &c. à quibusdam lingulaca dicitur, & buglosius, pedalis propè longitudinis, & latus, & magno precio venditur, quòd omnibus numeris præstantissimus piscis habeatur. Recentes frixæ eduntur, aut elixæ, seruatæ tamen & conditæ, in oleo immerguntur valde calenti, & deinde pauco vino odorato, & succo arancij additis eduntur
    - *Cibus* est selectissimus.
    - *Facilè* coquitur.
    - *Bonum* præstat succum.
    - *Inter* primæ notæ cibos reponitur.
- *Ipso* mari, diuersis etiã locis: quorũ alij
  - *Littori* vicini: vt
    - *Aurata*, *Mugil* } De quibus suprà.
    - *Cantharus*, seu scarabeus. Stercore pascitur. Paratur cum pipere, croco, cinnamomo, gingibere, item cœpis. Elixatur autem & torretur in sartagine
      - *Caro* humentior & mollior est.
      - *Pauperum* mẽsas ornat.
    - *Scrombrus*, Latinis lacertus dicitur oblongus piscis est, & teres, & suphureo colore, quem in aqua potissimùm refert, mortuus tamen cœruleus est. Vero tempore pinguescit: minores maioribus præstant. Apud Romanos, atidus cibus est. Apud Venetos tamen in optimorum censu. Ex eo salito garum antiqui parabant.
      - *Succum* præstat excremẽtosum.
      - *Multum* alit.
    - *Smaris*, menæ species est: giroli & gerruli Venetis, Narbonensibus aliisq. picarelli vocantur. sale conditi stimulant palatum & os.
    - *Boca*, Græcis βῶκα dicitur, ab aliis menæ, & menides appellantur, in quo genere sunt, quæ Aleculæ dicũtur. Piscis gregalis est, atque gregatim capitur, estque fœcundissimus. Elixatur cum vino & aqua addito aceto aut succo arangij & sale
      - *Bonũ* succũ p̃stat.
      - *Facilè* coquitur
      - *Modicè* nutrit.
      - *Aegrotis* cõuenit.
      - *Aluo* idoneus.
    - *Cynedus*, &c. in Narbonensibus littoribus Saxicola, à Massilienfibus Canudo dicitur. Coquitur variè. Nam assatur in carticula, & frigitur, pariterque elixatur. Sed frixus præstantior. Exenteratus sale aspergitur & farina, exinde in feruens butyrum vel oleum conijcitur. Editur vbi refrixerit, ex intinctu arancij,
      - *Boni* succi est.
      - *Facilè* coquitur.
      - *Modicè* alit.
      - *Ius* ex eo emollit aluum.
  - *Circa* saxa: q salubres sunt: vt
    - *Perca*, de qua suprà.
    - *Merula*, vere exaturato colore spectatur, æstate diluto, & minùs atro. Vescitur alga, musco & pisciculis, & cancris, æchinisq;. Tinca marina à quibusdã dicitur
      - *Mollis* est carnis.
      - *Facilè* cõcoquitur.
      - *Leuiter* alit.
      - *Probi* est succi.
    - *Tardus* eundem locum tenet quem merula. Is multis gentibus vulgò turdo dicitur. Assatur & torretur in craticula, quin & frigitur
      - *Bonum* succum præstat.
      - *Mollis* est carnis.
      - *Facilè* coquitur.
    - *Mero*, habetur inter nobilissimos pisces apud Hispanos: tegitur tenuibus squamulis, cute crassiori subnigra, cũi subiecta est pinguedo, magnitudine sesquipedali albissima carne, friabili
      - *Gustui* admodum gratus.
      - *Bonum* succum præstat.
      - *Multum* alit.
      - *Constans* alimentum præbet.
      - *In* magno habetur precio.
    - *Scarus*, quem quidam Latini Ruminalem vocant: Græci ἀπὸ τῦ σκαίρειν, quod est salire ac tripudiare, nuncupãt. Salacissimus est piscis
      - *Primum* locum inter pisces saxatiles obtinet.
      - *Mollis* & frigabilis est carnis.
      - *Facilè* concoquitur.
      - *Celeriter* distribuitur, Aluum mollit.
      - *Intestina* scari inter popinales delicias reponuntur, quemadmodum iecinora.
    - *Gobius*, palmi longitudine, tereti corpore, colore vario, squamis rotundis
      - *Carnis* friabilis est.
      - *Paucum*, tenuem & bonum succum præstat.
      - *Facilè* concoquitur.
      - *Gustui* gratus.
    - *Iulis*, seu Iulia, gregalis piscis est & paruus, digiti magnitudinẽ vix excedẽs. Antipoli & Ligustico freto nõ ignotus. Massiliæ & Narbonensi freto rarissimus, Coquitur vt alij saxatilis: aliqui farina aspergunt, vt meliùs frigatur
      - *Tenera* & fragilis est carnis,
      - *Soluit* aluum, præsertim ius ex ea.
      - *Facilè* coquitur.
    - *Fuca*, &c. Græcis φυκὶς appellatur. Nidificat in alga media sola omnium piscium. Vescitur alga & musco, quinetiam carne
      - *Saxatilium* tenerrimi sunt pisciculi.
      - *Virus* minimè respuunt.
      - *Corruptu* faciles.
    - *In* alto & profundo. Vide in sequentibus, sub signo *

*Piſces* in alto & profũdo mari degentes, ſunt

- *Auratæ*
- *Lupus*
- *Mullus* ſeu Trigla
- *Boca*
- *Rhombus*
- *Cephalus*

*De* quibus ſuprà.

*Anguilla* marina omnium anguillarum reliquarum optima eſt, & guſtui magis grata.

*Thynnus*, porco ſimilis eſt, craſſa quadam & pingui cute intectus, nouiſſimus quidẽ omnibus. Gregalis piſcis eſt, cuius magnus numerus iuxta Gades verno tẽpore occurrit. Capiũtur quoq. iuxta Zephiriũ Italiæ extremũ: nomẽ tamẽ cũ ætate mutat. nã ab ipſo ouo primùm Cordilla vocatur, deinde paulò maior Limaria dicitur, & paulò maior, Pelamis, à luto: quoniã in ipſo degit & alitur: poſtremò Thynnus. Recẽs elixatur aqua, vino & cæpis minutatim inciſis: deinde editur cũ ſucco arãcij. Salitus ſeruatur, qui deinde elixatur, atq; editur cũ aceto, aut ſucco arãzij, aut liquamine ex eruca, melle & aceto

- *Ventris* & iliorum partes guſtui magis gratæ, vtpote pinguiores, quæ nauſeam concitant.
- *Capitis*, dorſi & caudæ partes ingratæ, quoniã ſicciores.
- *Succum* præſtat paucũ, craſſum ac melancholicum, præſertim pars quæ pinguedine vacat.
- *Stomacho* aduerſus, & bilem auget, præſertim pars pinguis.
- *Iecur* calefacit
- *Sanguinem* vrit.
- *Os* ventriculi opprimit

} Salitus.

*Vmbra*, à quibuſdã Aſellus, ab aliis Regius, aliisq. Verrucaria appellatur. Verſatur cũ Trottis. Vurbam vulgus appellat. Coquitur ex vino & aqua, & ex aceti intinctu mãditur. Aſſatur quoq. in craticula aſſulatim diſſecta, butyroq. rigatur crebriùs. Nõnulli gelatinã ex ea cõficiũt: & ex ea ius albũ paratur. Elixatur & trottæ modo, ex aceto editur: quin & frigitur

- *Caro* alba eſt & ſicca.
- *Sapida* valdè eſt ipſius caro.
- *Magnatum* menſas ſubit.
- *In* deliciis habetur.

*Laccia*, Hiſpanis Saualus, Gallis Aloſa, Venetis Cuphea, & à quibuſdam Clupea appellatur. Squamis tegitur tenuiſſimis, & numeroſæ ſpinæ carnem eius interſepiunt

- *Cibus* eſt guſtui gratiſſimus, delicatiſſimæ carnis.
- *Abundè* nutrit.
- *Viſcidum* præſtat ſuccum, non malum.
- *Moratur* in ventre plus iuſto.
- *Somnum* inducit nonnunquam.

*Harẽgus* ſeu Arincbe, piſcis Saboca minor, rubra carne, ſalmonis ferè ſimili, ſed multò interiore ſucci præſtantia, & adhuc ipſa Saboca, cõtinet oua. magna copia ipſum deferunt ad nos ſale, & fumo in cratib. arefactũ, quẽ elixũ edimus addito ſucco arãzij. torretur etiã in craticula, & cum inſalatitiis editur

- *Cibus* nõ ingratus.
- *Sitim* excitat.
- *Aegrè* coquit

*Sarda* ſeu Sardena. Sale condiuntur

- *Parum* alunt.
- *Prauum* ſuccum præſtant.
- *Ventrem* ſubuertunt.
- *Cordi* noxiæ ſunt.

*Muræna*, Græcis *μύραινα* dicitur. Piſcis hic tãtoperè à Romanis eſt honoratus, vt etiã ab eo nomina nobiles familiæ ſumpſerint. Carniuora eſt Tarſẽſis & Carpathij pelagij verna cula, ſed peregrinũ mare quouis freto hoſpes ſuſtinet

- *Eſt* mollis carnis piſcis.
- *In* vitiatis aquis reperta, mala habetur.

*Acus* ſeu Saurus, lõgus piſcis eſt, à figura nominatus, Græcis Bellona appellatur

- *Tardè* coquitur.
- *Parum* cõſtãs præbet alimẽtũ.
- *Bonum* ſuccum præſtat.

*Hepatus*, qui Iecorius & Iecur marinum vocatur, erythrino & pagro ſimilis: felle caret. Eſt in medio piſciũ duræ & mollis carnis.

*Citharus*, Rhombo aſſimilis eſt, in medio eſt piſcium duræ carnis ac mollis.

*Draco* marinus, quẽ Maſſilienſes Araneũ, Siculi & Neapolitani Tragma appellãt. Amplior viſitur in Oceano, quàm in littorib. Spinas habet perniciоſas, quas coci diligenter cauent

- *Duræ* eſt carnis.
- *Difficile* coquitur.
- *Succos* craſſosac ſalſos in corpus diſtribuit.

*Cuculus*, Græcis *κόκκυξ*, vocalis eſt piſcis. Santones Perlon, quidam Organo vocant

- *Aegrè* conficitur.
- *Duræ* eſt carnis.

*Galeus*, Ariſtoteles multa genera huius explicat: Acanthiam, aſteriam, leuem, acanthias ab aculeis: vulgò anguillas, à Venetis Azio, Francis Canis marinus Galeus leuis à Romanis Peſche columbo. Editur elixus ex butyro

- *Omnes* ferinum quid guſtatu reſipiunt.
- *Duri* ſunt.
- *Aegrè* conficiuntur.
- *Craſſum* ſuccum præſtant.

*Scorpius*, eius generis eſt cum ſcorpena: ſed ſcorpius guſtui ſuauior quàm ſcorpena eſt. Cute integitur ſcorpius, quæ ſerpentis ſimilis potiùs quàm ſquamea eſt, & multis armatur aculeis

- *Facilè* coquuntur.
- *Ventrem* molliunt.
- *Non* malum præſtant ſuccum.
- *Pelagij* rubidiores & meliores ſunt quàm paluſtres.

*Reliqua*. Vide in ſequentibus ſub ſigno * *

**
*Pisces* in alto & profundo mari degentes

- *Trachurus*, ab asperitate nomen videtur accepisse. Saurel & Sicurel Narbonenses dicunt, & Gascones Franci Scõbrum nothum.
- *Sargus*, melanuro similis. Vescitur luto: piscis salacissimus
  - *Insalubris.*
  - *Aegrè* coquitur.
- *Melanurus*, Latinis Oculata & Ophthalmia, ab oculorũ amplitudine. Nam & hactenus ab aliis Ochiado vocitatur: Narbonẽses Oblado, Massilienses Nigrũ oculũ: Græci à nigra cauda cognominarunt. Vescitur alga
  - *Minùs* sargo alit.
  - *Succi* bonitate sargo est inferior.
- *Latus* piscis, coracino atq; vmbræ similis est, qui Græcis λάβρος dicitur. In Adriatico mari frequens. Regium piscem nonnulli vocãt
  - *Suauissimus* est.
  - *Facilè* coquitur.
- *Erythrinus* Rubellio dicitur Intus albissimus spectatur, captura fit æstate: rarò hyeme. Aiunt dili gentiores eum esse, qui à Romanis Phragolinus, à Narbonensibus Pagel dicitur: similes admodum inter se sunt pager, erythrinus, hepalus, sinagris, &c.
  - *Boni* est succi.
  - *Facilè* coquitur
  - *Modicè* alit.
- *Salpa*, Græcis σάλπη dicitur. Nutritur alga & stercore circa Ebusum insulã. Habet intestina lata: quæ alga aliisq; excrementis fœtidis plena inueniuntur
  - *Malum* succum præstat.
  - *Aegrè* coquitur.
- *Molua* recens lautiores mensas subit, salita rariùs. Est verò messorũ, fossorũ, helciariorũ, & aliorũ id genus hominũ cibus. Oceani incola est: eiusq; piscatio solennis est. Sũt Insulæ, quas Moluas in Oceano nauigantes, & piscantes appellant: in quib. capturã horũ pisciũ vberrimã fieri affirmãt. Mediterraneũ mare eos nõ alit.
  - *Interanea* eximiè cõmendatur.
  - *Crassum* ac glutinosum succum præstat.
  - *Aegrè* coquitur.
- *Asellus* Græcis ὄνος Gallis Merlus dicitur. Capitur omni tempore. Editur elixus ex butyro & sinapi, & frixus in liquore aranzij
  - *Boni* est succi.
  - *Iecur* in popinalibus deliciis habetur.
- *Coracinus* & Coruus, cubitali magnitudine est, aliquãdo verò & ampliore. Vulgò quibusdã littoribus Corb, & Corban, aliis Coruos Durdo. Assatur in craticula, & frigitur ab aliis, & cum aranzij liquoris intinctu manditur. Ad hæc elixatur
  - *Boni* est succi.
  - *Probè* alit.
  - *Facilè* coquit.
- *Belsuccus*, Græcis πάγρος dicitur, phragolino similis, sed paulò longior, & manifestè latior. Squamosus, alba carne, multis spinis, longitudinis sesqui palmi. Editur elixus, deinde sale, pipere & succo aranzij: ab aliis assus
  - *Facilè* coquitur, nisi ventrem inflet.
  - *Succũ* multũ & bonũ præstat.
- *Passer*, multarũ est specierũ: nã q.dã est planus: atq; is etiã in duabus speciebus. Passeres quoq; squamosi quidã sunt. Ex his omnibus buglossus est lõgè præstantior, quem Soleam appellant.
  - *Meliores* marini.
  - *Molli* carne & alba cõstãt.
  - *Facilè* conquuntur.
  - *Nõ* cõtẽnẽdũ succũ pstãt.
- *Conger*, piscis oblongus & teres est, magnã quandã anguillã specie referẽs: eius caro fungosa est. Recẽs editur in panatellis, aut elixus, addito sale, butyro, vel oleo & pipere. Salitus verò arefactus omnino alitioni inutilis redditur
  - *Pauciss imum* alimentũ præbet.
  - *Malũ* & fœtidum succum præstat.
  - *Facilè* coquitur.
- *Reus*, trottis similem carnem habet
  - *Multum* ac bonum succum præstat.
  - *Facilè* coquitur.
  - *Multùm* alit.
- *Bugloss us* seu Solea. Vide Passer.
- *Platicia*, Hispanis Azedia, propè accedit Soleæ
  - *Facilè* coquitur.
  - *Bonum* succum præstat.
- *Torpedo*, Græcis νάρκη: cuius genera aliqui multa faciunt
  - *Facilè* coquitur.
  - *Modicè* alit.
  - *Stomacho* grata.
  - *Iecur* commendatur.
- *Pastinaca*, ab Aquitanis Burdegalla, Tareronde dicitur
  - *Modicè* nutrit.
  - *Facilè* coquitur.
- *Raia*, caudam valde aculeatam habet
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Virus* redolet.
  - *Messorum* ac fossorum, nautarũmque cibus est.
  - *Affatim* alit.
- *Squatina*, Græcis πίτυη dicitur, durior pastinaca. Aquitani Creac de Busch appellant, Galli Angelum, quia Alas expansas gerit: alij Squadrum
  - *Vberiùs* alit quàm pastinaca.
  - *Difficiliùs* coquit quàm pastinaca.
  - *Insuauis* est.
- *Balena*, huius caro vilissima est, lingua aũt in maxima est authoritate. Coquitur cum pisis, & vicem suillæ supplet. Recens admodum noxa. Salita innocentior
  - *Ructus* commouet.
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Ociosis* insaluberrima
- *Delphinus*, ex Mediterraneo mari Lugdunũ fertur, estq; in precio. Maritimis gẽtibus rarò editur. Viuit extra aquas diutino temporis spacio
  - *Nauseam* excitat.
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Hepar* cõmendatur.
- *Phoca*, *Libela*, *Orcynus* } *Cetacei* quoq; pisces sunt
  - *Difficile* coquuntur.
  - *Multum* succum & crassum præstant.

*Pisces*

C. *Pisces* exangues tegumento obducuntur aut

- *Molli* cute: vt
  - *Sepia*, mollis appellatur, quoniam nec squamis, nec testa, nec crusta, sed cute tegitur: habet substantiam quandam fungosam & friabilem
    - *Sanguinem* generat tenuiorem polypo.
    - *Caro* ipsius elixa confert ventri.
    - *Succos* crudos aceruat.
    - *Difficilè* coquitur.
    - *Constans* præbet alimentum.
  - *Lolligo*, magna & parua est. Magnā calamar quidā vocāt, à similitudine scriptoriæ thecæ. Aquinani Cornets, & paruā Corniche. Santones paruā Casseronem vocant
    - *Faciliùs* quàm sepia cōcoquitur.
    - *Aegrè* coquitur.
    - *Insuauis* est.
    - *Succos* crudos generat.
  - *Polypus*, omnibus ex numero pisciū molliū, pedū multitudine cognitus, pluribus brachiis, ac citris, & in singulis numerosis acetabulis, singula apprehendit, & obuoluit, atq; flagellat. Amat quàm maximè oliuā, ipsamq; auidissimè amplexatur. Breui vitā finit, nec vltra bienniū. Editur elixus, sed cōmodiùs assus butyro vel oleo & allio inter assandum illitus
    - *Caro* dura est.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Non* parū nutrit, si superetur.
    - *Constans* præbet alimētū.
    - *Venerem* excitat.
- *Duro* cortice, q dicitur aut
  - *Crusta*: vt
    - *Locusta*, cuius primū genus crusta intectorū collisili, nō fragili. Est aūt crustatorū maxima, astacoq; similis. Locusta tria in se habet: quippe cùm solida infertur mēsis partibus frangendis, diuellendis, ac distrahendis brachiis ac pedibus, thorace caudaq;, exercitatio singularis ac gesticulatio manuū apparet: deinde naturæ admirandū ingeniū in eius fabrica spectatur. Cornua ad prætentandū iter simul ac pugnā idonea. Præterea aculei, & in toto dorso asperitas, ipsoq; capite, & tabellarū ordo ac connexus, & articulorū vincula, à quibus exemplaria suarū loricarū militātes accepisse videntur. Oua gerunt tribus mensibus, Maio, Iunio, Iulio, quo tēpore in cibis sunt gratissimæ. Carniuoræ sunt. Autumno & Vere pinguescit, & plenilunio magis
      - *Non* ingratus cibus est.
      - *Carnem* habēt duram.
      - *Difficilè* coquuntur.
      - *Constans* alimentum præbent.
      - *Ventrem* retinēt.
    - *Astacus*, à quibusdā Gāmarus appellatur, locustis similis est, neq. ab ipsis multū discrepat. Itali Cāmaros & Gabaros di mare appellāt. Coquūtur in aqua, addito pipere & sale
      - *Aegrè* conficiuntur.
      - *Non* leuiter alūt.
    - *Squillæ*, Grecis καρίδες dicūtur. Sūt locustis serè similes: differūt tamē, q̄ scilicet forcipe careant. Squillarū generibus continentur κῦφαι, id est, gibæ. Craugmes κραγγόνεις & paruæ, quæ maiores esse nunquā possunt. Distāt à genere cancrario, q̄ caudatæ videātur, à crustario, quod forcipe. Elixantur: & ex acramēto aceti eduntur: friguntur quoq. extenuatis à morbo cū crusta & pedibus digiti minimi est magnitudine
      - *Hecticis* conueniunt.
      - *Venerem* proritant.
      - *Carne* dulcissimæ.
      - *Extenuatis* à morbo prosunt.
    - *Cancer* est rotundo corpore & absque cauda.
      - *Multum* alunt.
      - *Aegrè* coquūtur.
    - *Mæa* cancer, à quibusdā Cancro de Barbarie: Venetis Granci porroni. omnium cancrorū maximus. Dorso sunt spinoso. Cancreolas alij vocāt: alij Squinadas: in aquis velocissimæ, in terra tardæ. Specula eam testis includuntur
    - *Pagurus*, è genere cancrorū est, dorso leui atq; tabellatiore, pedesq; iis breuiores, quàm Mæis. Decocti partim nigrescunt, partim rufescunt. ab Italis Cancri, & ab aliis etiam Granciporri. Assantur in furno, ore & ano occlusis, ne liquor interior effundatur
      - *Carnem* non æquè dulcem atque Squillæ obtinet.
      - *Crescente* luna succulentior.
      - *Crustam* exuit.
      - *Multum* alit.
      - *Difficilè* coquitur.
  - *Testa* silicea: vt
    - *Ostrea*
      - *Carne* mollissima constant
      - *Aluum* emolliunt
      - *Salsum* in carne succum continent
      - *Leuiùs* alunt
      - *Faciliùs* coquuntur
      - *Venerem* proritant, si cum pipere edantur
      - *Elixātur* in olla, pipere, cinnamomo & caryophillis additis.
      - *Assantur* quoq; propria testa addito pipere.
    - *Chamula*, *Spondylus*, *Purpura*, *Buccina*, *Hyatula*, *Cochlea*, *Conchula*, &c.
      - *Conchyliata* ista
        - *Salsum* in carne succum continent.
        - *Carnem* obtinent duram.
        - *Valentiùs* nutriunt
        - *Difficiliùs* conficiuntur
          - *Quàm* ostreæ.
        - *Ventrem* proritant.

PISCES *meliores sunt, modicæ magnitudinis, albæ carnis, friabiles, squamosi, boni odoris, modicæ pinguedinis, exercitati, marini, qui in aquis limpidissimis viuunt, ventis perflatis borealibus, in terra petrosa & arenosa, sine immunditijs, quæ bonis herbis & radicibus abundent, &c.*

# De Alimentis, sumptis ab animalium quadrupedum partibus, in genere & specie.




A. Alimen-

A. *Alimenta sumuntur etiam à quadrupedũ ventre ivt*

- *Ventriculus*, inteſtina & vterus
  - *Membranoſa* ſunt.
  - *Difficilis* ſunt concoctionis.
  - *Sanguinem* paucum ac frigidum præſtant.
- *Iecur*
  - *Porcorum*
    - *Dulce* eſt.
    - *Molle.*
    - *Guſtui* gratum.
    - *Facilius* concoquitur.
    - *Promptius* permeat.
  - *Animaliũ*
    - *Lactentium*
      - *Facilius* concoquitur & diſtribuitur.
      - *Valide* nutrit.
    - *Non* lactentium
      - *Difficilè* coquitur.
      - *Tardè* permeat.
      - *Siccam* habet temperaturam.
- *Sanguis*
  - *Hircinus.* à nemine deguſtatur ob ſaporis prauitatem & alimenti malitiam.
  - *Taurinus*, *Bubulus* — *A pauciſſimis* editur. Terrenus enim eſt valde.
  - *Porcinus*, *Arietinus*, *Agnorum* — *Editur*
    - *Omnes* melancholicum ſuccum præſtant.
    - *Difficilè* ſuperantur.
    - *Tardè* permeant.
- *Lien*
  - *Paucum* ſuccum præſtat, ac prauum, melancholicumq;
  - *Difficilè* concoquitur.
  - *Tardè* permeat.
  - *Obſtruit.*
  - *Siccam* habet naturam.
  - *Porcinum* reliquis melius habetur.
- *Renes*
  - *Prauum* ſuccum præſtant.
  - *Vrinam* ſapore, odore, & natura referunt.
  - *Non* difficilè coquuntur in ventre.
- *Adeps*
  - *Calidæ* eſt naturæ.
  - *Siccus* eſt.
  - *Nauſeam* concitat.
  - *Parum* admodum nutrit.
  - *Oleoſæ* naturæ eſt.
- *Pinguedo*
  - *Calida* & humida eſt.
  - *Parum* nutrit.
  - *Nauſeam* parit.
  - *Cibum* in ventriculo ſuſpendit.
- *Teſtes* animalium
  - *Coeuntium*
    - *Non* ſuccum laudabilem præſtant.
    - *Nidorem* referunt.
    - *Semen* abundè generant.
  - *Nondum* coeuntium & paruorum. — *Meliores* ſunt.
- *Vbera*, ſeu mammillæ animalium, quæ
  - *Conceperunt*
    - *Humidiores* ſunt & molliores.
    - *Magis* excrementoſæ
    - *Dulciores* — *Sunt.*
  - *Lac* non habent
    - *Siccioris* naturæ ſunt & durioris.
    - *Tardius* concoquuntur.
    - *Succum* crudum ac pituitoſum generant.
- *Lac.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.

B.
*Lac* est animalis superfluum, album bina decoctione in mãmis generatum, est sanguis bis decoctus: tum in

- *Genere*: & huius differentię sumuntur ab
  - *Aetate*. Nam
    - *Recens*
      - *Succum* præstat optimum in sanis hominibus, & modicè constantem.
      - *Facilè* in ventre superatur.
      - *Facilius* aliis cibis corruptionem patitur.
      - *Gingivas* putrefacit & erodit. Quapropter ab esu lactis os vino colluendum.
      - *Prodest.*
        - *Consistentibus*
        - *Senibus* non naturaliter frigidis
        - *Biliosis*
        - *Ventriculum* mundum habentibus
        - *Hecticis, Extenuatis*
      - *Nocet.*
        - *Frigido* & inualido ventriculo, & intento.
        - *Podagricis, Capiti*
        - *Renibus* calculosis
        - *Articularibus* morbis
        - *Iecoris* obstructionibus
        - *Febrientibus, Opthalmicis*
        - *Resolutis, Conuulsis*
        - *Catharrosis, Pituitosis*
        - *Dentibus*
      - *In* ventriculo facilè coagulatur. Proinde modicum mellis aut sacchari, & salis ei admiscere conuenit.
    - *Antiquum*, seu non recens: & vel
      - *Coagulatum*
        - *Ventriculum* aggrauat.
        - *Aegrè* concoquitur.
        - *Crassum* generat succum.
        - *Lienteriam* facit.
        - *Angustiam* frequentiùs inducit.
        - *Exhalationes* in caput mittit.
        - *Syncopen* sæpe inducit.
        - *Omni* alio lacte peius existit.
      - *Acidum*
        - *Vtile* iis, qui ventriculum iusto calidiorem habent.
        - *Non* omnibus nocuum est.
  - *Ordine*. Nã
    - *Prima* mensa comedatur.
    - *Ieiuno* stomacho bibatur.
    - *Non* assumatur cibus alius, nisi priùs lacte in ventriculo cocto.
    - *Post* lactis bibitionem, non bibatur vinum.
    - *Non* bibatur lac cum acetosis.
    - *Non* comedatur cum piscibus simul.
    - *Post* lactis bibitionem lauentur dentes vino.
  - *Præparatione* Vide in sequentibus, sub signo *
- *Specie*: aut
  - *Humanum*
    - *Temperatum* est in tribus substantiis.
    - *Optimum* generat succum.
    - *Mortiferis* aduersatur venenis.
    - *Cæteris* præstantius habetur.
    - *Extenuatis*, *Hecticis* — Confert.
  - *Bubulinum*
    - *Facilius* ouillo superatur & digeritur.
    - *Minùs* constans præbet nutrimentum ouillo.
    - *Pinguissimum* est.
    - *Plus* butyri aliis continet.
    - *Substantia* crassissimum est.
  - *Ouillum*
    - *Crassioris* & magis terrenæ naturæ est quàm bubulum.
    - *Plus* casei habet.
    - *Tardiùs* descendit.
    - *Difficiliùs* concoquitur.
    - *Parum* serosum est.
  - *Caprinum*
    - *Medium* est inter ouillum & bubulinum, facilitate & difficultate coctionis & digestionis, atque alendi viribus.
    - *In* suis temperamentis humano æmulatur, verumtamen eo siccius est.
    - *Extenuatis* atq; hecticis conuenit.
    - *Facilè* descendit.
  - *Camelinum*
    - *Facilè* coquitur ac digeritur.
    - *Seri* plus continet, minùs alit.
    - *Celeriùs* per ventrem descendit.
  - *Asininum*
    - *Minùs* alit.
    - *Seri* plus continet.
    - *Facilè* coquitur & digeritur.
    - *Celeriùs* per ventrem descendit.
    - *Tabidis* & hecticis conuenit.

ELIGITVR *lac boni odoris, saporis dulcis, mediæ consistentiæ, quod non habeat partium inæqualitatem, colore candidum.*

*Lactis*


** Lactis differentiæ sumuntur etiam à præparatione. Nam præparatur lac, aut
Integrum: & vel in forma
Iuris seu offæ: atq; sic elixatur cũ butyro & pauca aqua, &c.
Cibus non ingratus.
Minùs nocet quàm crudum.
Facilè coquitur.
Modicè alit. &c.
Pultis: atq; sic elixatur aut cum
Farina, addito sale, & ouis, fit polenta
Bene nutrit.
Crassum generat succum.
Aegrè coquitur.
Obstruit.
Oriza, addito sale, fit polenta quæ editur cum saccharo & cinnamomo
Cibus gustui gratissimus.
Bonum succum præstat.
Ventrem sistit.
Aegrè descendit, &c.
In suas partes diuisum. Constat enim ex partibus tribus: videlicet
Pingui
Cruda: vt Caput lactis
Calidum est & humidum.
Vnctuosum.
Ventriculi villos mollificat.
Cuncto supernatat cibo
Nutrimentum à ventriculo eiicit antequam concoquatur.
Crassi est succi.
In vapores facilè conuertitur.
Nauseam parit.
Parata: vt Butyrum
Parum calefacit.
Coquit.
Discutit humores, qui in tumoribus calidioribus continentur.
Parum alit.
Succum præstat, qui facilè discutitur.
Crassa & terrestri: vt Caseus. Huius quoq; differentię tũ in
Genere, sumũtur ab
Aetate: atque sic caseus aut
Recens
Facilius coquitur quàm cæteri casei.
Crassum succum præstat.
Ventrem sistit.
Lapidem in renibus & vesica generat.
Minùs malum quàm vetus.
Stomacho non noxius.
Vetus
Difficilè coquitur.
Crassum & malum succum præstat.
Ventrem sistit.
Calculos generat.
Melancholicos auget humores & morbos.
Meatus obstruit.
Terribilia & tristia insomnia infert.
Cordis dolorem generat.
Sitim excitat.
Difficilè permeat.
Ordine
Edatur post reliquos cibos, ad ostiolum ventriculi figillandum.
In prandio magis quàm cœna competit.
Specie. Sic caseus aut
Ouillus
Modicæ est consistentiæ.
Melior atque eligibilior est.
Concoctu cæteris facilior.
Caprillus
Terrenam & aridam naturam habet.
Omnibus caseis est deterior, cùm statim exiccetur, & friabilis fiat.
Bubulus
Pinguior
Nutribilior
Est.
Difficilius concoquitur.
Aquosa
Cruda: vt Serum
Refrigerat.
Ventrem subducit.
Cocta. Ex longa namque seri coctione crassescit ac coagulatur: fitq; Recocta
Butyri & casei partem habet.
Facilè coquitur.
Bonum succum præstat.
Nauseam efficit in nimia quantitate sumpta.
Ventriculo frigido aduersatur.
Sitim & bilem extinguit.
Somnum inducit.

C.
*Alimenta* à partibus animalium bipedum seu auiũ sumpta: & vel à

- *Trunco*: videlicet
  - *Capite*: sunt
    - *Cerebrum*
      - *Melius* est quàm animalium quadrupedum.
      - *Facilè* coquitur.
      - *Bonum* succum præstat.
      - Semen auget.
    - *Cristæ* gallorum & palearia
      - *A quibusdam* eduntur assæ super prunas, & deinde addito pipere & succo aranzij.
      - *Difficilè* coquuntur.
      - *Paucum* alimentum præbent.
      - *Siccæ* sunt naturæ.
    - *Ceruix*
      - *Gallinaceus* commendatur.
      - *Cæterarum* auium oculorum claritati officit.
    - *Linguæ*
      - *Duræ* sunt.
      - *Nullius* ferè momenti in cibis.
      - *Anserum* libidinem mouent.
  - *Ventre*: sunt
    - *Ventriculus*
      - *Anseris*
        - *Facilè* concoquitur.
        - *Bonum* succum generat.
      - *Gallinæ*
        - *Boni* succi est.
        - *Facilis* est concoctionis.
    - *Intestina* In omnibus ferè auibus abiiciuntur, sed in rostratula auè vnà cum excrementis suauissimè eduntur.
    - *Iecur*
      - *Anseris* pinguis, cuius alimentum lacte fuerit imbutum
        - *Bonum* succum præstat.
        - *Facilè* coquitur.
        - *Abundè* alit.
      - *Gallinæ*, lacte & farina sagi-natæ
        - *Gustui* valde gratum.
        - *Facilis* concoctionis.
        - *Boni* succi est.
        - *Præstantius* est quàm anserum iecur.
      - *Gallinacei*, & super prunas assatum
        - *Labentes* vites brevi reparat, superbibito pauco vino albo.
    - *Cor*
      - *Fibrosam* ac duram habet naturam.
      - *Nec* facile concoquitur.
      - *Nec* bonum præstat succum.
    - *Testes*
      - *Commẽdantur* gallorum gallinaceorum, vbi seroso lacte imbutis cibis aluntur.
      - *Selectissimum* præstant succum.
      - *Facilè* in ventre coquuntur.
      - *Vires* lapsas optimè reparant.
    - *Vterus* gallinæ
      - *Peculiarem* quam habet carnem, carni glandularum ferè simílem, vbi vtraq; assetur.
      - *Facilius* multò coquitur, quàm glandulæ.
      - *Probè* alit.
      - *Eius* alimentum optimis conferri poterit.
    - *Ouа* Vide in sequentibus sub signo **
  - *Externis* partibus: sunt
    - *Alæ*
      - *Anserum*
        - *Probè* alunt.
        - *Facilè* coquuntur elixæ.
        - *Bonum* sanguinem generant, parum lentoris habentem.
      - *Gallinarum*
        - *Facilius* coquuntur quàm anserum.
        - *Bonum* præstant succum.
        - *Arefectis* accommodatæ sunt.
    - *Pedes*
      - *Paucum* admodum succum præstant.
      - *Non* malum sanguinem generant.
      - *Elixi* eduntur, &c.

** Oua

**
*Ouæ* omniũ voluctũ æquè duro putamine constãt. Horum differentiæ tum in

*Genere* sumuntur ab

*Aetate.* Nã
- *Recentia & modò edita*
  - *Optima*
  - *Boni* succi
  - } *Sunt.*
- *Vetera*
  - *Habent* substantiam minutam atque corruptam.
  - *Facilè* putefiunt.
  - *Prauum* odorem habent.
  - *Malum* succum præstant.
  - *Morbos* ex putredine facilè inducunt.

*Præparatione* Nam
- *Elixa*
  - *Integra*
    - *Tremula*
      - *Meliora* sunt quàm quæ in cineribus coquuntur.
      - *Non* admodum nutriunt.
      - *Facilis* sunt concoctionis.
      - *Asperitatibus* gutturis sunt accommodata.
    - *Dura*
      - *Difficiliùs* coquuntur.
      - *Multum* nutriunt.
      - *Minùs* mala quàm quæin cineribus coquuntur.
      - *Crassum* generant succum.
      - *Obstruunt*
      - *Calculum* generant.
      - *In* ventriculo putrescunt.
      - *Colicam* faciunt & ventriculi dolores.
      - *Aluum* cohibent.
  - *Fracta*, atque aquæ feruenti infusa
    - *Melioris* succi sunt.
    - *Facilè* coquuntur.
    - *Probè* alunt.
    - *Ab* his uitelli tantùm edendi sunt.
- *Assa* in cineribus, & vel
  - *Minùs* bona, quàm quæ in aqua coquuntur.
  - *Mollia* seu tremula.
  - *Duræ*
    - *Praua* sunt.
    - *Difficilis* admodum concoctionis.
    - *Exiccant.*
    - *Aluum* cohibent.
- *Frixa*, in
  - *Sartagine*: inde fiunt tortellæ cum butyro
    - *Difficilè* coquuntur.
    - *Prauum* ac nidorosum succum præstant.
    - *Facilè* in ventriculo corrumpuntur.
    - *Ventriculo* obsunt.
  - *Butyro*
    - *Difficilè* coquuntur.
    - *Nidorulentum* succum prestant.

*Specie.* Nam
- *Gallinarum*
- *Perdicum*
- *Phasianorum*
  - *Quæ*
    - *Primum* locum bonitatis habent.
    - *Boni* sunt succi.
    - *Multum* & velociter nutriunt
    - *Venerem* augent.
    - *Velociter* restaurant.
    - *Hecticis* conferunt.
- *Anserum*
- *Anatum*
  - *Hæc*
    - *Difficilè* concoquuntur.
    - *Crassi* sunt succi.
    - *Multum* alunt, si concoquantur.
- *Strutochameli*
  - *Mali* sunt succi.
  - *Virosum* redolent odorem.
  - *Aegrè* concoquuntur.
- *Pauonum*
  - *Pessimi* succi
  - *Horribilia* sapore
  - } *Sunt.*
  - *Incoctibilia*
  - *Humanis* temperaturis sunt inimica.
- *Columbarum*
  - *Sunt* calida.
  - *Venerea* sunt.

# De Potu.




VERVM *statim ab elixatione bibenda non est. Nam antequàm refrigeratur, adhuc motione agitatur, atq; ideo omnes eius particulæ permistæ sant, sed ea refrigerata graues ac terræ fundum petunt, leues superfluitant. Galen. 6. de Morb. vulg.*

IN *refrigerando aquam post coctura, vbi alicuius putei, in quem vasculum demittamus, nobis facultas aliquo tegumine vasculum claudere, atque vndique diligenter obstruere necesse est. Vbi verò puteo caremus. detectum vas, vt frigidum aerem admittat, relinquere conuenit.. Verum cū in puteum demittitur, vel in fluuium rapide labentem, refrigerandi causa, quemadmodum Alexandriæ facere consueuerunt, tum vas aliqua ex parte inane esse melius fuerit, quo aer inter operculum & aquam in vase posita contentus, ipse prius refrigeratus sic deinde attactu vicinam aquam refrigeret. Idem ibidem.*

A. *Aqua* in specie, aut est

*Potabilis.* (Hanc seligere oportet limpidissimã & valde pellucidam, quę nullum saporem nullúmque extraneum odorem referat, & sit leuissima) & vel

*Pluuialis*

*Recens*

*Quieta* — *Tenuissima* & leuissima est. *Morbus* ex fluxione vtilis. *Oculorum* medicamentis efficax, &c.

*Tonitrualis*, id est, quæ à nubib⁹ cũ tonitru descẽdit, parũ à quieta degenerat.

*Nimbosa* & procellosa: mala est, cùm nulla elaboratione sit effecta.

*Asseruata* in cisternis, si recens sit, vel omni prorsus putredine vacans, optima & ipsa iudicari poterit. Verúm cùm aqua ab imbre delapsa facilè putrescat, quod etiam statione omnibus aquis euenire solet, animaduertendũ est ne potantem decipiat.

*Fontana*: quę — *Aestate* frigida, *Hyeme* calida — *Est*; *Ad* Orientem spectat. *Ab* alto defluit. *Super* — *Liberam* terram, *Petras*, *Arenam* — *Currit*. → *Optima* est, aliter verò contrarium

*Fluuialis*, quę procedit aut ex

*Fontibus* perpetuò manantibus — *Ducit* secum naturam aquarum fontium à quibus manat, & teræ, per quam incedit. *Remota* à ciuitatibus melior habetur. *Means* per ciuitates pessima est, nisi diu fictilib. vasis defecta (existat. *Hæc* nunquã bibenda, nisi quæ flante borea fuerit collecta.

*Niuosis* montibus: huius natura, vt aqua niuosa seu glacialis.

*Pluuiis*: cuius natura, vt aquæ pluuialis.

*Putealis* — *Grauis* atque crassa est. *Magnas* infert noxas. *Viscera* lædit. *Hypochondria* eleuat in tumorem. *Coctioni*, *Distributioni* — *Alimentorum* inepta est. *Quare* si quis hanc bibere coactus fuerit, ipsam vino misceat, aut eam elixet aut denique parum anisi admisceat. *Potabilior* est, quæ frequenter hauritur.

*Stagnalis* seu lacunalis & palustris — *Mala* est. *Putredinis* aliquid habet, quoniam quiescit & à sole alteratur. *Aestate* calida, *Hyeme* frigida — *Est*. *Pleuritidem*, *Tussim* — *Generat*. *Splenem* auget. *Febres* putridas, *Hydropem*, *Malum* habitũ — *Progignit*. *Oculos* obtenebrat. *Quare* elixatione corrigenda. & cinnamomi parum in fine infundendum, & colanda.

*Niualis*, seu glacialis — *Omnium* pessima est. *Crassissima* est & pernicioſa. *Hydropem*, *Malum* habitum, *Colli* dolores, *Articulorum*, *Neruorum*, *Viscerum* — *Morbos* → *Generat*. *Iecur*, *Ventriculum* — *Destruit*. *Valde* æstuanti stomacho vtilis. *Concoctioni*, *Pectori*, *Lateribus* — *Nocet*. *Spasmum*, *Tetanum*, *Empyemata* — *Generat*. *Diu* in ventre moratur. *Flatus* parit.

*Mineralis.* Vide in sequentibus sub signo B.

*NIVALIS aqua etsi iuuenilia corpora offendere non videatur, noxa videlicet quæ paulatim increscit, non percepta: tempore tamen procedenti, cùm ætas declinat, difficulter sanabiles aut incurabiles planè morbos inducere nata est, in neruis articulis & visceribus. Nã quando congelatur ab ea exprimitur id quod subtilissimum est. Galen. de Renum curatione.*

*PLVVIALIS aqua, quæ media æstatè decidit cum tonitru, omnium optima est, eo quòd sol leuissimum & tenuissimum attrahat, ac id non ex alia aqua solùm, verũ ex mari quoque & corporibus. Quapropter etiam omnium promptissimè computrescit, vt quæ diuersis ex qualitatibus sit cõflata. Nemo autem aquam putrefactioni opportunam esse existimet: nam mutationis facilitas, virtuti potiùs quàm vitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimas notas habet, si prompte etiam putrescat, ea censebitur saluberrima. Hæc Paulus sumpsit ex Gal. 4. de Morbis vulgaribus. Paulus lib. 1.*

B. *Aqua*


B.
Aqua minerales
Sulphurea
Siccat, Calefacit potestate.
Leprosis
Scabiosis
Impetiginosis
Antiquis vlceribus
Hydropicis
Prodest.
Stomachum eneruat atq; euertit.
Dolores mitigat.
Neruos emollit.
Nitrosa
Calefacit potestate, Siccat.
Morbis humidioribus accommodatur, & à fluxione ortis, vt podagræ resoluti oni.
Non concipientibus ob nimiam purgationem, aut ob nimiam humiditatis abundantiam in vtero, aut in vniuerso corpore confert.
Capiti
Thoraci
Fluxione tentato accommodata est.
Stomacho humentiori
Aquæ inter cutem
Tumoribus laxis
Pituitosis.
Vtilis est.
Aluminosa
Siccat, Calefacit potestate.
Morbis humidioribus, & ex fluxione ortis accommodatur : vt
Podagræ.
Articulari morbo.
Conuulsioni, Resolutioni.
Sanguinis reiectioni.
Stomacho vomitioni opportuno
Immoderatis mulierum purgationibus
Continuis abortibus.
Omnibus vlceribus fluxione tentatis
Vtilis est.
Salsa
Siccat.
Calefacit.
Morbis humidioribus, vt nitrosa accommodatur.
Ferrea
Siccat, Infrigidat.
Iecori
Stomacho
Languenti prodest.
Fluxiones cohibet bibita.
Bituminosa
Caput replet.
Instrumenta omnium sensuum offendit.
Calefacit
Emollit
Temporis processu.
Aqua intercute affectis peridonea est.
Aerea
Ori
Tonsillis
Vuæ
Oculis
Confert.
C.
Succus, qui in potu sumitur, aut est
Vuarum & dicitur Vinum quod est aut
Naturale. Vide in sequentibus sub signum D.
Artificiale aut
Coctum
Simpliciter
Multum: & fit Sapa
Calida est in primo vel initio secundi.
Conuenit morbis
Thoracis
Pulmonis
Qui sunt absque febre.
Crassum succum præstat.
Multùm alit.
Obstruit.
Inflat.
Difficilè concoquitur.
Mediocriter: & fit Vinũ simpliciter coctũ
Crassum est.
Excrementosum.
Difficilè à natura superatur.
Implet caput.
Neque vrinis, neque sputis mouendis accommodatum.
Per sublimationem seu distillationẽ, fit Aqua vitæ seu ardẽs
Doloribus, à causa frigida medetur.
Flatus discutit.
Aurium doloribus à causis frigidis ferè subito auxiliatur.
Bilem adauget
Febres generat
Bibita æstatis tempore.
Crudum: atque paratum vel cum
Melle
Tantùm:: fit Vinum mulsum: videlicet ex duab. partib. vini, & vna mellis: vel tribus vini, & vna mellis
Pituitosis vtile.
Lapides & arenulas ex renib. pellit.
Senibus confert.
Febribus pituitosis vtile.
Anasarca laborantibus confert.
Et aromatis:: fit Clarea videlicet ex decem vini albi partibus, vna mellis, cinnamomi, caryophillorum & gingiberis, sufficiente quantitate
Prodest stomacho.
Intestinis frigidiorib. competit.
Bibitur hyberno tempore, & in postremis mensis.
Saccharo: fit Vinũ Hippocraticũ: videlicet ex vini nigri partibus quinque, vini albi partib. quinq;, sacchari parte vna, cinnamomo, caryophyllis, zingibere, & moscho pauco
Potus valde gratus, & in postremis mensis sumendus.
Prodest stomacho & intestinis frigidis.
Concoctionem iuuat. (&c.
Vẽtriculũ roborat & calefacit.
Pomorum, qui Sidra appellatur
Est crassæ substantiæ.
Excrementosus.
Caput implet flatibus.
Celtiberis in vsu est.

D. Vin

D. *Vini* naturalis differentiæ in

- *Genere*, sumuntur à
  - *Substantia*. Atq; sic vinorum aliud
    - *Crassum*
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Multùm* alit, si concoquatur.
      - *Crasso* sanguine venas replet.
      - *Atrabilarium* generat succum.
      - *Ciundis* vrinis inutile, habetur.
    - *Tenue*
      - *Crassos* humores incîdit.
      - *Vrinam* cit.
      - *Sanguinem* per renes purgat.
      - *Citò* in corpus digeritur.
      - *Flatus* non gignit.
    - *Medium* medio modo se habet.
  - *Qualitate*
    - *Tactu*, Nã vinum frigidum
      - *Natura*, & moderatè, quale habetur ex cella vinaria { *Innocentius* / *Sapidius* / *Potentius*, &c. } *Est*.
      - *Arte*, & immoderatè { *Neruis* / *Cerebro* / *Pulmoni* / *Pectori* / *Ventriculo* / *Intestinis* / *Hepati* / *Spleni* / *Renibus* / *Vesicæ* / *Vtero* / *Dentibus* } *Maximè* nocet. — *Idẽ* de frigidissima aqua intellige, quæ scilicet niue vel glacie ad intentissimam frigiditatem sit redacta.
        - *Venereas* flammas extinguit.
        - *Neruorũ* resolutiones progignit.
        - *Frigidos* procreat morbos.
    - *Odoratu*. Vinũ nãque
      - *Odoriferum*
        - *Cæteris* vinis calidius est.
        - *Caput* alijs omnibus magis tentat.
        - *Bonos* humores gignit.
        - *Cor* confortat.
        - *Spiritus* viuificat.
        - *Animam* lætificat.
        - *Concoctionem* iuuat.
        - *Vrinam* prouocat.
      - *Inodorum*
        - *Crassum*, graue.
        - *Difficilè* coquitur.
        - *Tristitiam* gignit.
        - *Illaudabilem* succũ præstat.
        - *Odorifero* est contrarium.
  - *Quantitate*. Vide in sequentibus sub signo E.
  - *Aetate*. Vide in sequentibus, sub signo F.
  - *Ordine*. Nam vinum
    - *Stomacho* ieiuno non est bidendum. Nam corpori vniuerso & neruis maximè nocet, & podagram generat & spasmum.
    - *Post* exercitium, balneum, coitum minimè bibendum.
    - *Ante* præassumpti cibi descensum non sumendum. Quoniam, & cibum supernatare facit, & concoctionem intercipit, &c.
  - *Præparatione*. Vide in sequentibus, sub signo G.
- *Specie*. Vide in sequentibus, sub signo H.

E. *Vini* quantitas
- *Moderata*
  - *Nutritioni*, *Concoctioni*, *Digestioni*, *Sanguinis* generationi } *Confert.*
  - *Animum* fideliorem reddit.
  - *Mitiorem* animum reddit.
  - *Concocta distribuit.*
  - *Citò assimilatur.*
  - *Celerrimè* alit.
  - *Ingenium* clarificat.
  - *Animam* dilatat.
  - *Spiritum* roborat.
  - *Cor* lætificat
  - *Flatuositates* expellit.
  - *Vrinam* cit.
  - *Colorem* naturalem auget.
  - *Connalescentes* impinguat.
  - *Appetitum* excitat.
  - *Sudores* prouocat.
  - *Sanguinem* turbidum clarificat.
  - *Obstructiones* aperit.
  - *Alimenta* in vniuersum defert corpus.
  - *Pituitam* incidit.
  - *Plumbeum* colorem rectificat.
  - *Corporis* excretiones pellit.
- *Immoderata*
  - *Corpus* totum infrigidat.
  - *Calorem* naturalem suffocat.
  - *Cerebro*, *Neruorum* origini, *Neruis* } *Maximè* nocet
  - *Apoplexiam*, *Paraplexiam*, *Attonitum* morbum, *Caros* & comata, *Neruorum* resolutiones, *Epilepsiam*, *Conuulsiones*, *Tentanum*, *Tremorem* } *Generat.*
  - *Homines* facit { *Loquaces*, Contumelioſos. / *Maniacos*, Stupidos. / *Homicidas*, Luxurioſos.
  - *Mentem* corrumpit.
  - *Animum* attenuat.
  - *Animales* facultates destruit.
  - *Naturalem* facultatem attenuat.
  - *In* aliquibus ventriculis conuertitur in { *Bilem* tum rubeam, tum melancholicam. / *Purum* acetum. Auicen. 3. primi.

ALIMENTORVM *abundantia eo pacto naturalem nostri corporis calorem suffocat, quo magna lignorum strues incensum ignem, & olei plus quàm par sit, lucerna & lampadis flammam extinguit. Gal. de Causis morb. cap. 3.*

ntiæ sub ætate,
- *Ipsius* vini atq; sic aut
  - *Nouum*
    - *Sæpe* vt aqua in ventre suspensum remanet.
    - *Sanguificationi*, *Nutricationi* { *Minimè* confert.
    - *Pituitam* facilè generat.
    - *Nullatenus* cale facit.
    - *Haud* commodè per aluum transit.
    - *Aegrè* digeritur.
    - *Vrinam* minimè prouocat.
    - *Facilè* acescit liberaliùs haustum.
    - *Id* minùs nocet, quod tenuius est.
  - *Mediæ* ætatis, optimũ est, præsertim quod est
    - *Substantia* purum & perlucidum.
    - *Colore* subflauum & album.
    - *Odoriferum.*
    - *Gustu* neq; { *Aqueum* omnino. / *Cum* aliqua insigni qualitate. / *Dulce.* / *Acre.* / *Amarum.*
  - *Vetus*
    - *Medicamentis* potiùs quàm alimentis est conueniens.
    - *Parciùs* haustum neruosis particulis prodest, aliter verò contrariun
    - *Expulsiuam* facultatem roborat.
    - *Flatuositates* resoluit.
    - *Genitale* semen exiccat.
    - *Cerebri* membranas lædit, liberaliùs sumptum quàm par sit.
    - *Interficit* liberaliùs haustum.
- *Bibentium.* Vide in sequentibus sub signo *

* *Vinorum* differentiæ sumũtur ab ætate bibentium. Nam

- *pueris* ineptissimum est, neq; dari debet, vsq; ad ætatis eorum annum duodeuigesimũ. Quippe quod haustum & humectat nimium, & calefacit corpus nimium, tum caput halitu replet ijs, qui calido humidoq; temperamento sunt, quale est eiusmodi puerorum. Cùm autem sit omnis excessus fugiendus, maximè hunc fugere expedit, ex quo non corpori modò, verumetiam animo damnum accedit.
- *Adolescentibus* pugnacissimum est vinum: siquidem feruentem eorum naturam ac vehementer agitatam supra modum calefacit, atq; ad immensas immanesq; motiones furibundos extimulat. Igitur nisi immodicè sumptum eo vsque tempore, quo iam ferè adoleuerint, est vtile: quod videlicet ad iram præcipites, & ad iniuriam incontinentes facit, & partem animi rationalem hebetem turbidamq; reddit.
- *Iuuenibus* haud liberaliùs exhibendum vsq; ad eorum ætatis annum quadragesimũ: tunc enim in conuiuijs oblectari possunt in seniorum consortio.
- *Senibus* quidem vtilis potio vini est, vt quæ ætatis frigiditatem ad symmetriam caloris reuocet. Deligendum pro senibus illud vinum erit, quod & substantia sit tenuissimum, & colore fuluum siue flauum. Verùm & commodum est, quod pallidum dicitur. Nam eiusmodi vina & sanguinem augent, & corpus nutriunt: quò fit, vt ea vtilia senibus interdum sint: vtiq; quo tempore nec serosam humiditatem in venis habent, & ali liberaliùs desiderant. Nã plurimi, qui hac sunt ætate, ijs vinis indigent, quæ vrinas cient, propterea quòd aquosum excrementum in ipsis abundat. Quæ verò diu in ventre morantur, eorum sanè nullum aptum seni est.

MVLTO *magis, quàm Cretensium, Lacedæmoniorumq; vsum, Carthaginensium legem probarem, vt nunquam in castris quisquam gustare vinum audeat: sed toto illo tempore aqua bibatur, & in ciuitate nunquam vini vsum seruo aut seruæ concederem. Sed nec magistratibus eo anno, quo magistratu funguntur. Gubernatores etiam, ac iudices munus suum obituros à vino penitùs prohiberem: deliberaturos quoq; de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitùs interdiu vinum concederem, nisi exercitationis corporeæ, morborumq; causa hoc potu opus fuerit. Neq; etiam noctu viro, vel mulieri, quando liberis operam dare volunt. Gal. lib. Quòd animi mores.*

GRAMMATICVS *quidam singulis diebus balneum petens, vnũ de pueris secum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem seruaret, atq; ea, quæ ad victum essent necessaria pararet. Puer itaque cùm vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinum antiquũ liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore vigil omnino permansit, postea correptus febre, vnà cũ vigilijs oborto delirio perijt. Gal. 2. de Locis affect.*

QVATENVS *tempore acriora & calidiora sunt vina, atque vnà cum his colorem, tũ substantiam, tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quòd si nihil horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicetur neque recens. Non enim ob tempus vina vel lædunt vel iuuant, sed ex propriarum differentiarum mutatione. Idem lib. de Victu acutorum.*

G. *Vinorum* differentiæ sumuntur etiã a præparatione. Nã vinorũ aliud

- *Mistũ* seu dilutum aqua: præparatur namq; vinũ aqua, tempore, vel
  - *Vindemiarum*, & fit Lora, Græcis δευτερία & στεμφυλίτις dicta: quæ post vini expressionem aqua vinaceis superinfusa efficitur. Vinum etiam secundarium appellatur
    - *Capiti* dolorẽ infert, nisi dilutior bibatur.
    - *Ocius* per vrinam redditur, præsertim si vinacei fuerint dulces & bene maturi,
    - *Valentior* vinosiorq; efficitur, cum in ver vsque vel æstatem seruatur.
    - *Minùs* neruis atq; articulis nocet, quã vinum, cui in calice aqua miscetur.
  - *Cibi* sumendi, quãdo ei in calice miscetur aqua: & vocatur vinum dilutum
    - *Ventris* robur exoluit.
    - *In* præcordijs diutius moratur.
    - *Flatus* excitat.
    - *Sitim* sedat plus quàm vinum meracum & aqua pura,
    - *Somnum* inducit.
    - *Cerebro*, visceribus imbecillibus obest.
    - *Velociter* inebriat.
    - *Sudorem* prouocat.
    - *Robustis*, carnosis, laboriosis conuenit, sed potiùs æstate quàm hyeme.
- *Immistum*, seu meracum, & aut
  - *Potens*
    - *Caput* celeriter vehementerque calefacit & ferit.
    - *Bile*, *Aestu*, *Fame*, *Mœrore* } *Vexatis* nunquã dari debet, præsertimq; vbi anni tempus, regio & ætas calida fuerint.
    - *Pituitosis*
    - *Frigidis*, *Cruditate* refertis, *Frigidis* in locis degentibus, *Ociosis* } *Confert.*
    - *Caput* tentat & neruos.
    - *Senibus*, *Ventriculo* } *Vtile.*
  - *Imbecillum*
    - *Citò* acescit.
    - *Potenti* omnino contrarium est.
    - *Citò* turbatur.
    - *Citò* corrumpitur.
  - *Medium*, in omnibus mediocriter se habet.

H. *Vinorum* differentiæ in specie sunt, aut

- *Album*. Vide in sequentibus, sub signo I.
- *Pallidum*, inter fuluum & album medium
  - *Sanguinem* auget.
  - *Corpus* nutrit.
  - *Excalefacit*.
  - *Vrinam* cit.
  - *Citò* nocet.
  - *Facilè* meat.
- *Flauum*, cuius
  - *Substantia* est
    - *Tenuis*
      - *Senibus* est vtile.
      - *Vrinam* ciet.
      - *Citò* nutrit.
      - *Probè* concoquitur.
    - *Crassa*
      - *Magis* nutrit.
      - *Tardiùs* in corpus deducitur.
      - *Austero* penetrabilius est.
      - *Vitiosos* corrigit succos.
  - *Sapor* est
    - *Dulcis*
      - *Inter* nigrum & crassum & dulce & album tenue consistentiâ medium est. Nam non vt crassum, sanguinem crassum generat, neque vt album per vrinas secedit.
    - *Vinosus*
      - *Concoctioni*, quæ vel ventriculo, vel venis agitur, magis conducit.
      - *Ad* succi bonitatem opportunum est.
      - *Multùm* nutrit.
      - *Caput* ferit.
      - *Vinosum* vt plurimum est ac potens.
- *Nigrũ*
  - *Clarum*
    - *Dulce*
      - *Multùm* alit.
      - *Crasso* sanguine venas replet.
      - *Thoracis* } *Affectibus* confert.
      - *Pulmonum* }
      - *Lapidem* in renibus generat.
      - *Hepar* } *Obstruit*.
      - *Lienem* }
    - *Austerum*
      - *Sanguinis* { *Nigri* / *Crassi* } *Materia* est.
      - *Malos* ac prauos succos præstat.
      - *Tardè* permeat.
      - *Ventri* vtile est, quando vel plura iusto descendunt, vel ramentosa.
  - *Turbidum*
    - *Detestabile* est.
    - *Concoctu* est contumax.
    - *Oculos* obtenebrat.
    - *Sanguinem* flatulentum procreat.
- *Rubeũ*
  - *Dulce*
    - *Thoraci* / *Pulmonibus* } *Maximè* confert.
    - *Valde* nutrit.
    - *Viscera* obstruit.
  - *Vinosum*
    - *Sanguini* generando est accommodatissimum. Nam minima eget mutatione, vt sanguis fiat.
    - *Plus* alit, quàm cætera vina. Inest autem ei certissimè nutrire corpora euacuata, & adiectione indigentia.
  - *Austerum*
    - *Aluo* constringendo perutile est.
    - *Pectori* exasperato / *Capiti* imbecilli / *Vrinæ* detentæ } *Inutile* est.
- *Subrubeũ*
  - *Multum* corpus alit.
  - *Vincitur* à nigro nutriendo.
  - *Bonum* generat succum.
  - *Facilè* meat.
  - *Vrinam* cit.


I.
Vinum album
Tenue, subtile
Aquosum natura vinum Gal. 7. Met. cap. 6. & lib. 8. cap. 3. & 4. de Victu acutorum cap. 3. & 12. id vocat, quod tenue est & purũ & ὀλιγόφορον. Est autem ὀλιγόφορον, quod minimam sustinet aquæ mistionem, imbecillissimũ & aquosissimum: præterea aquæ tũ colore, tum substantia simile est: per spicuum & splendidum, purũ & substantia tenue. Nullam enim earum, quæ cæteris vinis insunt, habet qualitatem. Tale igitur vinum
Parum alit.
Facultate
Colore
Consistentia
Aquæ simile existit.
Crassos incidit humores.
Citò concoquitur.
Sanguinem per renes purgat.
Caput
Nervos
Minimè lædit.
Corpus haud calefacit.
Facilè in omne corpus deducitur, præsertim quod vetus est.
Ventriculi
Venarum
Concoctionem adiuuat.
Parum sanguinis gignit.
Humores humectat.
Cæteris vinis febricitantibus innocentius est.
Vrinam ciet.
Incidit.
Somnum inducit.
Aegris plus quàm sanis conuenit.
Austerum
Minimè calidum inter vina existit.
Iis quę ad ventrem fiunt destillationibus idoneũ est.
Vrinas non abundè ciet.
Illaudabilem succum generat.
Aluum laxum firmat.
Caput inter omnia vina minimè tentat.
Thoracem lædit.
Concoctionem non adiuuat.
Crassum
In thoracis & pulmonis affectibus maximè valet.
Facilius in ventriculo concoquitur quàm austerum.
Aluum ducit.
Caput grauat
Mentem tentat
Minùs quàm vinosum.
Facilius quàm aliud per intestina descendit.
Clarum
Dulce
Lienem auget, Biliosis non idoneum.
Sputum educit, Tardè meat.
Hepati affecto valde noxium.
Obstruit hepar & lienem.
Febricitantibus inutile.
Facilè in bilem conuertitur.
Calculo affectis inutile.
Vinosum
Crassis
Subrubeis
Nigris
Minùs alit.
Plus alit albis & tenuibus.
Neque velociter neque vniuersim alit.
Turbidum
Aegrè concoquitur.
Inflat.
Obstruit.
Calculum generat.
Visum obtenebrat.

# De Exercitatione, in genere.




GAL. II. DE SANIT. TVEND.

QVONIAM *autem eorum, quæ ad aliquid dicuntur, est, quod vehemētiùs dicitur, fieri potest, vt idem motus alteri sit exercitatio, alteri verò non sit. Terminus igitur vehementiæ esto anhelitus alteratio: quando in quibus motibus nulla fit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes vocamus. Quòd si quis maius minúsue, celeriùs aut crebriùs, iam ex motu aliquo respirare cogitur, tunc certè tantus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio vocatur.*




## GAL. DE CIBIS BONI ET MALI SVCCI.

*Ad sanitatem tuendam, si corpora moderatè exercentur, mirum in modum prodest, ac contrà quies & ocium diuturnum maximè illis nocumẽto est. Neque enim morbo quisquam corriperetur, si accuratè obseruaret, ne in cruditates incideret, aut vehementer post cibum se exerceret. Nam sicuti bonæ valetudini ante cibum exercitatio maximum affert commodum, sic qualiscunque sumpto cibo, motus noxius admodum est. Alimentum enim ex ventre ante concoctionem, in diuersas corporis partes distribuitur, propter crudi humoris copiam per venas aggeritur: quæ multiplices morbos affert, nisi aut multis laboribus is humor dissoluatur, aut à iecinoris, venarumq; facultate concoctus versus q; in sanguinem fuerit.*

*Non exercitari imbecillis partibus, solis senibus suadeo: ex cæteris, quanto quisq; remotior à senio fuerit, tanto illi magis exercenda pars infima est. Gal. 5. de Sanit. tuenda.*

*Consvetvdo maximam vendicat partem ad exercitationis speciem deligendam. Nam quæ consueta sunt, vt minimè lassantia: sicuti è diuerso, quæ insueta sunt, tum displicent, tum laxant. Ibidem.*


A
Exercitatio corporis in specie, aut fit à
Nobis ipsis: atq; sic exercitationū aliæ conueniunt.
Sanis
Températis: & quidē tempore
Matutino
Summo mane: nimirū
Scalptura capitis cum pectine retrorsum.
Lotio
Manum
Faciei
Ceruicis
Aqua frigida, earundemque partium detersio cum panno linteo asperiore.
Collutio oris.
Balneum aquæ dulcis tepidum, præsertim tempore æstiuo, in quo singulis hebdomadis, alui & vrinæ excrementis prius depositis lauandum. & cutis sordes detergendæ.
Fricatio, præsertim tempore hyberno, vel autumno. Nam, depositis prius excrementis tum vesicæ, corpus sibi mollibus lineis modica compressione ac celeritate fricari præcipiat. Id etiam facient, qui literarum studio incumbunt, reliqua (vt sequetur) deinde agent.
Ante prandium, nēpe aut
Saltatio
Pilæ magnę lusus
Pilæ paruæ lusus
Quibus se exercendū modica quadam celeritate, sine magna contentione, donec respiratio in magnitudinem, & celeritatem, & frequentiam mutata sit, aut lassitudinem sentire incipiant, aut sudore pauco cutis madescat. Quoniam hac
Vniuersæ corporis partes pari ferè mensura exercentur.
Color natiuus augetur.
Naturales actiones in toto corpore feliciùs perficiuntur.
Excrementa expelluntur.
Exigui meatus purgātur.
Vespertino
Ante cœnam: videlicet aut
Deambulatio paulò celerior in spacio 20. passuum, aut longiori. Quoniam accendit calorem, & non copiosum excrementum discutit.
Equitatio. de qua inferiùs.
Post
Prandium, nulla exercitatio competit, sed quies potiùs. Quoniam per horam quiescere decet, deinde verò mollibus passibus incedere, vt cibus ad imas ventris partes descendat.
Cœnam. Eodem modo per horam quiescere decet, deinceps mollibus passibus incedere, vt cibus inferiorem ventriculi fundum descendat.
Intemperatis
Toto corpore aut:
Calido
Vehementer: qui vel
Actiones ad vitam proprias elegerunt. His actiones illæ tantùm exercitationis loco satisfaciūt ad ea, quibus exercitatio accommodata est.
In ocio degunt: nempe breuis exercitatio neque celeris, ne excrementis impleantur.
Minùs: nimirum celeris exercitatio non longa. Quoniam maior calor breui excrementa discutit, præsertim quæ multa nō sunt.
Frigido: nempe longa & tarda exercitatio: qnæ non accendit valde calorem & si interim maiorem reddat, longitudine tamen copiosa excrementa & crassa dissoluet.
Parte. Vide in sequentibus, sub signo B.
Aegris. Vide in sequentibus, sub signo C.
Aliis. Vide in sequentibus, sub signo D.

B. Exer-

B. *Exercitatio* intẽperatorũ ex parte aliqua corporis. Nam qui leui de causa patiuntur

- *Vertigines*, *Epilepsiam*, *Opthalmiam*, *Aurium* dolores, *Tonsillarum* inflammationes, *Antiades*, *Anginam*, *Gingiuarum*, *Vuæ* — *Inflammationes.*
- *Dentium* dolores
- *Ceruicis*, *Capitis* — *Fluxiones.*

*Iis* conuenit vel
- *Deambulatio*
- *Cursus* mediocris
- *Gestatio* in vehiculis:

*Quoniam* malè habent, & iis inclinato capite dórsove, aut humi voluptatis exercerinon expedit.

*Crurum* imbecilitatem, iis superioribus partibus exercitari satius est, videlicet aut
- *Chironomiis.*
- *Acrochirismis.*
- *Magnæ* pilæ lusu.
- *Disci* iactu.

*Brachiorum* debilitatem, iis conuenit magis
- *Inambulatio.*
- *Cursus.*
- *Saltus.*

*Renum*, *Vesicæ* — *Morbos.* hi superiorum exercitatione magis indigent.

*Ventriculi*, *Iecoris*, Lienis, *Intestinorum* — *Morbos*, his tam superiorum quàm inferiorum exercitatio salubertima est.

C. *Exercitatio* ægrotantium ex

*Toto* Corpore, ex ipsis nulla est, sed ab aliis. Quare his frictionibus vti conueniet, ne calor eorum naturalis extinguatur prorsus: & quidem
- *Primò* crurum ac pedum.
- *Secũdò* brachiorum & manuũ.
- *Postremò* dorsi & spinæ.

*Parte.* Nam qui laborant ex

*Capite*, *Collo*, *Manibus*, *Humeris*, *Lumbis* — *Conuenit* magis aut
- *Inambulatio* pedum.
- *Cursus*, mediocris.
- *Gestatio* in vehiculis.

*Coxis.* his magis superiorum partium exercitatio est conueniens: vt
- *Disci* iactus.
- *Summæ* manus decertatio.

*Spina.*

*Cruribus*
- *Naturaliter*: nimirum aut
  - *Crassis*
  - *Gracilibus.*
- *Accidentaliter.*

*Pectore*
- *Naturaliter* lato
- *Accidentaliter.*

*Thorace*
- *Naturaliter* aut
  - *Angusto*
  - *Exiguo.*
- *Accidentaliter.*

*Pedib.*
- *Naturaliter*: vt
  - *Valgi*
  - *Vari.*
- *Accidentaliter.*

*Hi* ad plera sq. exercitationes sunt inepti. Quippe vitiosæ figuræ thorax in iis, quæ per vocẽ administrantur, offenditur. Crura verò per inambulationem læduntur.

D. *Exercitatio* fit etiam ab aliis, & non à nobis ipsis: videlicet aut

*Equo*, quo aliquandiu, vel ante prandium vel cœnam sanis incedẽdũ est. Ab huiusmodi enim equitatione
- *Spina* erecta tenetur.
- *Lumbi* laborant.
- *Musculi*
  - *Ceruicis* exercentur.
  - *Feminum* laborant.
- *Crura*
- *Viscera* omnia — *Agitantur* & concutiuntur.
- *Excrementa* deorsum transfunduntur.
- *Sanguis* in totum diducitur corpus.
- *Innatus* calor accenditur atque augetur.

*Vehiculo* seu curru
- *Totum* corpus agitatur & concutitur, præsertim thorax, uenter & omnia viscera.
- *Quibusdam* caput interturbat.

*Lectica*, *Nauigio* — *Gestari* minùs bonum est, quoniam quibusdam
- *Vomitum* ciet.
- *Caput* interturbat

— *Membris* nondum probè motis, neque exercitatis.

*Frictione.* quæ aut
- *Magna*, Resoluit.
- *Mediocris*, Impinguat.
- *Mollis*, Soluit: Dura, Ligat.

De Quie-

# De Quiete.

- *Quies* seu ocium
  - *Animi*, homines reddit
    - *Negligentes.*
    - *Pigros.*
    - *Ignorantes.*
    - *Obliuiosos* eorum, quæ didicerunt.
    - *Segnes.*
    - *Turpes.*
    - *Non* conscios eorum, quæ sua sunt.
    - *Consilio* ineptos.
    - *Reipublicæ* gubernandæ ineptos.
  - *Corporis*
    - *Ventrosos*, *Pigros*, *Segnes*, *Inualidos*, *Inertes*, *Decoloratos* — *Homines* efficit.
    - *Colorem* innatum refrigerat & extinguit.
    - *Pituitam* auget.
    - *Corpus* excrementis implet.
    - *Apoplexiam*, *Epilepsiam*, *Viscerum* obstructiones, *Podagram.*, *Articulorum* dolores, *Fluxiones*, &c. — *Generat.*

# De Somno in genere.

ARIST. Somnus est impotentia sensuũ, ab vtili humore cerebrum imbuente ac aggrauante proueniens.

GAL. Somnus est quies vacatioq. ab animariis actionibus. Hunc conciliat vtilis materia, quæ ex stomacho in cerebro colligitur: vel est remissio animę secundum naturam à finibus ad principatum.

AVERRHOES: Somnus est ligamẽtum & quies sensuum, & reuersio ipsorum ab instrumentis eorũ ad partem intrinsecam corporis.

PAVLVS: Somnus est animalium virium requies, ab vtili humiditate cerebrum madefaciente proueniens.

AVICEN. Sõnus vniuersaliter est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum & motuum ad principium, cum quo priuantur ipsorum instrumenta à spiritibus in actu, nisi quæ necessaria sunt ad hoc, vt vita permaneat. Huius differentiæ sumuntur à

- *Quantitate*
  - *Moderata*, cuiusmodi est somnus, qui modũ non excedit, sed tantus est, quo in ventriculo & iecore coctio alimentorum perficiatur, quod ex vrina deprehendi poterit. Verùm cùm coctiones non in omnibus pari temporis spacio perficiantur, non erit dormiendi tempus omnibus vnum. Magna autem ex parte in bene valentibus, & modicè viuentibus à sexta in octauam horam perficitur, ita vt septem horarum spacium, medius dormiendi terminus sit. Huiusmodi somnus moderatus.
    - *Animales* facultates reparat.
    - *Coctiones* alimentorum perficit.
    - *Crudorum* humorum coctiones absoluit.
    - *Curas* obliuioni tradit.
    - *Iracundiam* mitigat.
    - *Dolores* omnes sedat.
    - *Omnia* corporis membra humectat.
    - *Resolutas* corporis facultates restaurat.
    - *Calorem* natiuum & humidum auget.
    - *Hebetes* clarificat & illustrat.
    - *Lassitudinem* aufert.
    - *Fluxiones* retinet.
    - *Corpus* totum labore affectũ refocillat.
  - *Immoderata.* Nam somnus
    - *Excessu*
      - *Caput* grauat.
      - *Mentis* hebetudines affert.
      - *Memoriæ* iacturam facit.
      - *Animales* facultates debilitat.
      - *Pituitam* generat.
      - *Corpus* infrigidat.
      - *Innatum* calorem extinguit.
      - *Nauseam* inducit.
      - *Colorem* inficit.
      - *Pituitosis* morbis nocet.
      - *Malum* totius corporis habitum gignit.
    - *Defectu*
      - *Exiccat.*
      - *Aridum* corpus reddit.
      - *Concoctionem* reddit imbecillam.
      - *Spiritus* resoluit.
      - *Oculos* profundos facit.
      - *Vertiginem*, *Caliginem* — *Inducit*, &c.
- *Tempore.* Vide in sequentibus, sub signo A.
- *Situ.* Vide in sequentibus, sub signo B.

QVÆ *ad somnum multum, eumq; studio quodam accersitum insueta fit mutatio, segnitiem corporis, & capitis gratuitatem efficit. Humectat enim somnus, spiritumq; & effluuia cohibet. Non igitur absq; ratione in eorum, qui plurimùm præter consuetudinem dormiunt, corpore halituosa redundant excremẽta, atq; ob eam rem tota ipsorũ cõstitutio ex coctis similiter exoluta redditur. Gal. de Victu acutorũ.*

A. *Somni* differẽtiæ etiam à tempore sumuntur. Nã somnus
- *Nocturnus*, naturalissimus est, post horam à cœna, aut paulò plus, quamuis summo mane dormire sit naturale ad tertiam diei partem.
- *Diurnus* non expedit, nisi iis, qui à prandio dormire assueuerunt, reliquis verò minimè. Quoniã
  - *Caput* vaporibus implet.
  - *Catharros*, *Capitis* dolores, *Anginas* } *Generat.*
  - *Humidos* procreat morbos
  - *Colorem* inficit.
  - *Neruos* debilitat.
  - *Segnitiem* parit.
  - *Febres*, *Abscessus* } *Inducit.*
  - *Memoriam* stupidam reddit.

PAVLVS LIBRO I.

NOCTVRNI *somni omnium præstantissimi sunt. Siquidem nox naturali humiditate & quiete sua animum in somnum deducens, concoctionem omnibus modis absoluit. Item:*

TEMPVS *somni optimum est à cibo, sed interdiu captus haud omnibus est idoneus. Tempus enim quo obdormiscunt, ad absolutam ciborum concoctionem non sufficit. Interrupta enim ante horam suam concoctione, à meridie resurgentes, subinde acidos ructus edunt, & flatibus replentur: Nonnulli verò fluctione ventris infestantur, nisi vel ex consuetudine, vel sufficienti somno vsi, eiusmodi mala effugiant.*

B. *Situs* domiẽtis seu formã, fit aut super
- *Latus*
  - *Dextrũ*. Dormiet aũt sanus homo toto corpore, brachiis ac cruribus modicè contractis, magis quidem hyeme ad calorem ventris augendũ, minùs vere & æstate, capite parum eleuato, ita vt super latus dormiens, caput parem humero superiori seruet altitudinem. Dormiet itaq; primùm super dextrum latus. Quoniam
    - *Concoctio* ventriculi à calore iecoris adiuuatur, & faciliùs descendit cibus ad imũ ventriculum, & in iecur deducitur.
    - *Alimenta* citiùs in corpus distribuuntur.
    - *Astrictum* aluum habentibus leuitas acquiritur.
    - *Principio* somni semper conuenit.
  - *Sinistrum*, ad quod sanus homo ad finem somni se conuertat. Quoniam
    - *Dextri* lateris onus expedit.
    - *Frigidum* habentibus ventriculum
    - *Leuem* habentibus aluum
    - *Iecinoris* calore affectis.
    - *Concoctricem* facultatem imbecillem habentibus
    - } *Competit.*
- *Ventrem*, super quem etiam cubet homo sanus ad finem coctionis. Quoniam
  - *Pituita*, quæ in ventriculo relinqui solet, tũc superatur.
  - *Ventriculi* concoctio mirum in modum adiuuatur.
  - *Color* ventriculi innatus præseruatur.
- *Dorsum*, super quem dormire nullatenus expetit. Nam.
  - *Alimentum* ab initio fluctuare in ventre, & ad œsophagum. sæpe ascẽdere facit.
  - *Alimentum* tardiùs coquitur.
  - *Apoplexiã*, *Paralysim*, *Epilepsiam*, *Ephialtim* } *Inducit.*
  - *Fluxione* tentatis perniciosus est.

DECVBITVS *in sanis primùm in dextrum latus, deinde in sinistrum fieri debet, quo cibus promptè ad ventriculi fundum descendat, vt à iecore illic incumbente concoctio adiuuetur.*

SVPINVM *iacére & hiare damnat Hippocrates: decubitum autem in alterum latus laudat. Itaq; supinum iacére & hiare non absq; actione stertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ sunt signa. Gal. 2. de Motu musculorum.*

De Insom-

# De Insomniis, in genere & specie.

*Insomnium* (inquit Artemidorus) est motus aut figmentum animæ multiformę significantium futurorum bonorum aut malorum. Conciliator, est phantasma factum à motu simulatorum dormientis, in eo quòd dormit. Vel est est quædam dispositio media absque morbo, per quam neque vt vigilantes sensuum actiones obimus, neque vt integrè dormientes ociamur: & est vel

- *Diuinum*, seu cœleste, quod à diuinis siue cœlorum animabus causatur, quæ motores etiam dicuntur orbium, operantes quandoq. formam in imaginatione secundum comparationem eorum, & comparationem animarum ipsorũ secundũ aptitudinem. Quoniam animæ nostræ habent maiorem comparationem cum substantiis separatis, quàm cum corporibus sensibilibus, quò fit, vt sint eiusmodi insomnia cæteris veriora.
- *Animale*, nullius aut quàm paucæ veritatis existit: est enim magis illusio eorum quædam, circa quæ anima fuit solicita & occupata in vigilia: ceu famescenti repræsentantur cibi, appetendique mingere cloaca, & strepitus agonizanti.
- *Naturale*: cuius differentiæ tum in
  - *Genere*, sumuntur à
    - *Qualitate*, seu dominio temperamenti naturalis.
    - *Quantitate* seu exuperantia humorum, in corpore existẽtium: & aut
      - *Sanguinis*. Hi namq. insomniant
        - *Res* rubras se videre, & quæ delectant & grata sunt.
        - *Nuptias*, Conuiuia.
        - *Dulcia* alimenta.
        - *Sanguinem* è corpore manantem.
        - *Musicos* concentus.
        - *Reges*, Prælatos, Principes.
      - *Bilis*: insomniant
        - *Flauos* colores.
        - *Cædes*, Incendia, Fulgura, Aestus.
        - *Hypocausta*, Balnea.
        - *Prælia*. Lites.
        - *Aurea* vestimenta.
        - *Milites* Prædones, Carnifices.
        - *Lictores*, Ebriosos.
        - *Arbores* florentes & infructuosas.
      - *Pituitæ*: insomniant
        - *Niues*, Glaciem, Frigus.
        - *Imbres*, Grandinem, Maria.
        - *Flumina*, Nudas arbores.
        - *Res* albas, Nautas, Piscatores.
      - *Atræ bilis*: insomniant
        - *Lugubria*, Tristia.
        - *Colore* nigra, Fumum.
        - *Caliginem*, Terrores, Cruciatus.
        - *Mortuorum* cadauera.
        - *Cacodæmones*, Aethiopes.
        - *Cerdones*, Cementarios.
  - *Specie*: quæ varia sũt. Nã quidam insomniant

*Ex sanorũ genere, his quidem, qui ieiunè parciusq; sunt cibati, somnia conspicua fiunt: repletis verò temulentisq; ita, vt visis vidui destitutiq; videantur, phantasmatibus propter obscuritatẽ prauitatẽq; ita effluẽtibus, vt ne reliquias qui dẽ, & vestigia in memoria relinquãt: sic & affectiones, quæ cũ cerebri humiditate fiunt, comatosæ sunt, somniculosæ & visis destitutæ. Gal. 1. Prorrheticorũ.*

- *Astra* cœlestia, agilia splendentiaq;, etsi etiam videantur de cœlo labi, vel de loco ad locum moueri
- *Mortuos*, puris vestibus albis indutos, qui puri aliquid tribuant
- *Deos* aliquid boni vel pulchri dantes

  *Huiusmodi insomnia*
  - *Sanitatem* — *Promittunt.*
  - *Prosperitatem* — *Promittunt.*

- *Corpora* ipsa cœlestia obscuritate affecta, præsertim cũ ad occasum vel aduesperã ferri cernuntur, aut in mari in terra, aut sursum omnia, quæ in mare feruntur. Quæ in terra, tubercula: quæ vero sursum, capitis defluxiones moliuntur. Huiusmodi insomnia — *Ventris* morbos indicant.
- *Mortuos* nigris vestibus indutos, qui aliquid demant, talia insomnia semper aliquid mali præsagiunt.
- *Puteos* vel fontes agitatos, talia insomnia flatus circa vesicam coarceruari minantur.
- *Mare* perturbatum, huiusmodi insomnia ventris morbos indicant.
- *Formas* peregrinas perterrẽtes. Insomnia hęc
  - *Repletionem*
  - *Bilis* secretionem
  - *Periculosum* morbum

  *Præ se ferunt.*
- *Monstra* terrifica
- *Formas* peregrinas
- *Hostes* armatos
- *Fluuiorum* transitiones

  *Insaniam* futuram designant.
- *Transitus* per angusta loca, an helitus angustiam hoc somnium ostendit.
- *Grauedinem* aliquem opprimentem
- *Cursum* aut volatum
- *Deambulationem* per cœnum & loca fœtida
- *Mansionem* in viridariis & bene olentibus locis

  *Indicat*
  - *Ingentem* molem.
  - *Leuitatem.*
  - *Putredinem.*
  - *Mundiciem.*

- *Se* bibere, calidiorem ventriculum ostendit.
- *Fœminarum* amplexus, seminis redundantiam significat.
- *Thesaurum* se inuenisse, significat inopiam, auaritiam, &c.
- *Se* volare, spiritum animalem tenuem & purum esse, notat.
- *Opprimi* & angustia premi, abundantiam crassorum humorum, maximè in partibus cerebri, aut thoracis, ostendit, &c.

*Quæ in somniis vel vident, vel se facere putant ægrotantes, sæpissimè nobis & ad defectus & ad excessus, & qualitates denig; humorum cognoscendas conducunt.*

# De Vigiliis.

*Vigilia*, est intensio animę à principio ad corporis partes omnes, atque particulas: quæ si fuerit
- *Temperata*
  - *Sensus* admodum excitat.
  - *Vires* ad functiones componit.
  - *Corporis* excrementa resoluit.
- *Excedens*
  - *Cerebri* temperaturam corrumpit.
  - *Delirium* facit.
  - *Humores* adurit.
  - *Acutos* excitat morbos.
  - *Famelicos* homines efficit.
  - *Maciem* inducit.
  - *Concoctricem* facultatem imbecillem reddit.
  - *Spiritus* resoluit.
  - *Caput* vaporibus replet.
  - *Corporis* splendores reficit.
  - *Profundos* reddit oculos.
  - *Calorem* auget.
  - *Bilem* accendit.

# De Affectibus animi, in genere.

*Affectus*, Græcis πάθος dicitur, est auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Vel est appetitus vehemens, longius à naturæ constantia discedens. Vel affectus est animi motus, rationi non obediens. Horum differentiæ tum in

- *Genere*: sumuntur à
  - *Quantitate*: eaq; *Motu*. Nam in animi affectibus immodicis, spiritus & sanguis mouentur aut ad
    - *Exteriora*: vel
      - *Subitò*: (vt in ira) & vel cum impetu
        - *Minore*
          - *Interiora* refrigerantur.
          - *Exteriora* calefiunt.
        - *Maximo*
          - *Spiritus* & calor resoluuntur.
          - *Syncopen* } *Sæpe* inducit.
          - *Mortem* }
      - *Paulatim*: (vt in lætitia & gaudio)
        - *Vehementi*
          - *Cordis* calorem dissipat.
          - *Spiritus* resoluit.
          - *Syncopen* } *Nonnunquam* infert.
          - *Mortem* }
        - *Minore*
          - *Cor* dilatat.
          - *Interiora* frigefacit.
          - *Exteriora* calefacit.
    - *Interiora*
      - *Subitò*: (vt in timore) atq; cum impetu vel
        - *Minore*
          - *Exteriora* refrigerat.
          - *Interiora* calefacit.
          - *Tremorem* inducit.
        - *Maiore* & maximo
          - *Suffocat.*
          - *Calorem* innatũ extinguit.
          - *Mortem* } Affert.
          - *Syncopen* }
      - *Paulatim* (vt in tristitia) qui si perseuerent
        - *Diu* & longo tempore
          - *Suffocant.*
          - *Extinguunt.*
          - *Mortem* inducunt.
          - *Corpus* exiccant.
        - *Non* admodum diu
          - *Corpus* exiccant.
          - *Aridum* corpus reddũt, & frigidum, &c.
  - *Corpus*
    - *Alterant.*
    - A naturali statu auertunt.
  - *Motus*
    - *Turbidos* } Efficiunt.
    - *Rationi* inimicos }
  - *Inflammant*, Conturbant.
  - *Omnem* animi statum incitant.
  - *Grauissimorum* morborum causa sunt.
  - *Mortem* sæpe inducunt.
  - *Immoderata*. Sunt omnes animi affectus immodici: veluti ira, tristitia, furor, metus, inuidia, qui omnes ab intemperantia, quę est à tota mente, à recta ratione defectio, fiunt, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec cõtineri queant. Huiusmodi namque
  - *Moderata*: est animus quietus propter temperantiam. Ea namq;
    - *Tranquillitatem* inducit.
    - *Constantiam*
      - *Placidam* } Parit.
      - *Quietam* }
    - *Appetitiones* sedat.
    - *Considerata* mentis iudicia seruat.
- *Specie*. Vide in sequentibus sub signo A.


A.
Differentiæ affectuum animi in specie, ex causis deducũtur. Nã cũ animi affectus sit motus rationis expers, erit is motus aut opinione
Boni
Præsentis: vt
Lætitia
Mediocris
Hilares facie
Faceti
Sunt, &c.
Profusa
Hilares sunt tam vehementer, vt spiritus & calor tam vehementer è corde in summa corporis dissipentur, vt in syncopen aut mortẽ incidant (corde calore destituto) id vel senibus solùm, vel languidis & imbecillis cõtingit.
Malevolentia lætans alieno malo.
Voluptas, seu Delectatio.
Iactatio.
Amor, &c.
Futuri: vt Libido: cuius partes sunt
Ira, quæ est appetitus vlciscendi, excitatus ab imaginatione, rem aliquã offerẽte sub ratione iniuriæ illatæ, secũ inuehens feruorem, ac vehementem motũ potentiæ irascibilis in corde positæ: cuius
Causæ
Externæ: nẽpe
Efficiens
Finis. Appetitus vlciscendi.
Proxima
Contemptus
Iniuria, quæ infertur
Aut
Dictis: & in bonis vel
Animi: vbi ingenio detrahimus.
Corporis: vbi turpitudinem vel vitium aliquod corporis illudentes obiicimus.
Fortunæ: vbi aliquid verbo nostro affirmamus, quo postea vel domus vel agri vel nummi periclitẽtur ei, contra quẽ locuti sumus.
Factis: & aut in bonis
Animi, cùm vsus bonorũ animi tollitur.
Corporis: vbi vulneribus corpus impetimus
Fortunæ: vbi rapinis vtimur.
Scriptis: & aut in bonis
Animi.
Corporis.
Fortunæ.
Remota
Interna
Temperatura calida & sicca.
Bilis flauæ abundantia.
Externa
Cibus
Potus
Inedia, &c.
Calidior.
Materia: sunt
Cerebrum
Iecur
Cor
Nam cùm ad iræ generationem tria concurrant, nẽpe imaginatio illatæ iniuriæ, appetitus vlciscendi, caloris feruor, tria ad iræ generationem membra, nempe cerebrum, hepar & cor conspirant. Facto nãque in cerebrò indicio iniuriæ illatæ, insurgit in hepate vis vindictę appetens, demum caloris in corde accensio sequitur.
Internæ: videlicet
Forma
Feruor & vehemens motus potentiæ irascibilis.
Oculorum efferatus & toruus aspectus.
Vultus efferatus, &c.
Effectus
Inflammat.
Conturbat.
Corpus exteriùs calefacit, interiùs verò frigidius reddit.
Tremorem inducit.
Calorem & spiritus resoluit.
Syncopen
Mortem
Nonnunquam inducit, præsertim in immensa ira.
Maledictio in Deos.
Percussio cum Calcibus & Pugnis.
Dentium morsus, &c.
Odium, est desiderium quoddam, quo malè optamus causæ, à qua tristamur.
Inimicitia.
Discordia, &c.
Mali. Vide in sequentibus signum B.

B. Animi


A. Animi motus fit opinione mali, aut
Præsentis: vt Aegritudo, cuius partes sunt
Tristitia, est recens opinio mali præsentis: cuius
Causæ
Internæ: videlicet
Materia
Cerebrum.
Cor.
Forma
Animi summissio.
Palpebrarum siccitas.
Oculorum cauitas.
Insitus quidam vultus pallor.
Decoloratio.
Corporis gracilitas.
Pulsus
Paruus.
Languidus.
Tardus & rarus.
Externæ: nempe efficiës: & aut
Remota
Interna
Temperatura frigida & sicca.
Bilis atræ copia.
Externa — Victus ratio melancholica.
Proxima: est malũ præsens aut
Animi: cum videlicet homo se animi bonis carere videt, vt sunt virtutes intellectus tum speculatiui, tum practici.
Corporis: vt ipsius ægritudo.
Fortunæ: cuiusmodi sũt
Naufragia.
Incendia.
Furta
Amissio bonorum, &c.
Effectus
Exiccat.
Calorem naturalem corporis extinguit.
Maciem inducit.
Corpus frigidius reddit.
Appetitum deiicit comedendi.
Concoctionem corrumpit.
Suffocat,
Syncopen aut mortem tandem affert.
Inuidia, est animi ægritudo ex alterius reb. secũdis, quæ nihil noceãt inuidẽti. Nascitur inter pares & inferiores. Inter pares, dum alter alterũ superare in rebus secundis contẽdit. Inter inferiores, dum superiorib. hi pares fieri studẽt in aliquo bonorum genere: cuius causa
Formalis, est
Corporis macies.
Priuatio risus: maximè vbi commendari aliquem vel parem vel superiorem, in aliquo bonorum genere audit.
Toruus oculorum aspectus.
Nox insomnis.
Efficiens. Sunt res alterius secundæ: aut
Animi: quæ consilio & cogitatione cõstant: vt
Prudentia.
Iustitia.
Fortitudo.
Modestia.
Corporis: vt
Velocitas.
Vires.
Valetudo.
Fortunæ: vt
Genus.
Educatio.
Diuitiæ.
Potestas.
Gloria.
Amicitia, &c.
Æmulatio, est dolor quidam, quoniam bona & honorabilia quæ ipse quoque assequi posset, natura similibus adesse videantur: non quoniam aliis sunt, sed quoniam non ipsi quoque.
Angor, est ægritudo premens.
Dolor, est ægritudo crucians.
Mœror, est ægritudo flebilis.
Afflictatio, est ægritudo cum vexatione.
Solicitudo, est ægritudo cum cogitatione.
Modestia, est ægritudo permanens.
Futuri
Metus, est aduersa ratione cautio. Vel est opinio impẽdentis mali, qp intolerabile esse videtur: huius causa
Efficiens
Proxima: malum seu iactura imminens in bonis
Fortunæ.
Periculorum corporis.
Remota
Interna
Temperatura frigida.
Melancholia.
Externa: educatio. Sunt enim nonnulli, quorum infantia ac pueritia sub mulierculis fuit. Imbuti enim sunt fœminibus nugis, & anilibus opinionibus.
Formalis
Pallor.
Tremor.
Pilorum erectio.
Alui atque vrinæ egestio.
Bilis deiectio.
Testiculorum seu cutis contractio.
Algor.
Sitis.
Silentium.
Tremor vocis & manuum, & labri inferioris.
Pudor seu Verecundia, est tristitia de defectu proprio in præsentia alterius, propter quam fit motus sanguinis, & caloris ad eas partes, quæ laborant maximè. quod in adolescentibus signum bonum dici solet. signum enim est ingenui animi, cui cura sit defectus proprij, & corrigi sit sperandum: in sene autem verecundia laudari nõ solet, vtpote qui factus senex, correctus tamen non sit, & virtutem non habeat.
Timor, est tristitia ex imminenti malo. Primum autem quod in timore fit, est fuga caloris introrsum, eius quidẽ, qui extra cor est, versus cor, eius autem, qui in corde est, in penitissima cordis propter quod timentes & pallent & tremunt calore deserente membra.
Exanimatio.
Conturbatio, &c.

# De Repletione seu Plenitudine.

*Plenitudo* quę Græcis πλεονεξία dicitur, est humorum in animatis corpore exuperantia: & est aut

- *Qualitatis* nudæ, citra humoris excessum, vbi scilicet sanguis, aut alius quispiam humor, vel calidus, vel frigidus, vel crassus, vel tenuis plùs iusto est affectus. Huiusmodi contrariis alterantur.
- *Quantitatis*
  - *Humorum*: vel
    - *Omnium*, Græcis πλῆθος καὶ πλησμονή, Latinis Plenitudo dicitur: quæ fit, quando æqualiter omnes humores adaucti sunt. & est duplex: Ad vasa, vbi scilicet tanta sit humoris copia, vt ipsa distendantur: & ad Virtutem, vbi videlicet tanta sit humorum multitudo, quæ virtutem ipsam opprimat. Euacuatur
      - *Venæ sectione.* Vide L.
      - *Cucurbitulis.* Vide II.
    - *Vnius*, q̃ Caco chimia dicitur: & vel in
      - *Toto* corpore. Huiusmodi educitur aut
        - *Purgatione.* Vide III.
        - *Sudore.* Vide IV.
        - *Insensibili euacuatione.* Vide V.
        - *Inedia.* Vide VI.
      - *Parte*: & vel in
        - *Ventre.* Euacuatur
          - *Vomitu.* Vide VII.
          - *Purgatione* per secessum.
        - *Intestinis.* Purgatur aut
          - *Clysteribus.* Vide VIII.
          - *Glandibus.* Vide IX.
          - *Secessu.*
        - *Hepate.* Euacuatur per *Vrinam.* Vide X.
        - *Liene.* Educitur per *Hæmorrhoides.* Vide XI.
        - *Pectore.* Euacuatur per *Tussim.* Vide XII.
        - *Capite.* Purgatur per
          - *Nares.*
          - *Palatum.*
        - *Renibus* / *Vesica* — Per *Vrinam.*
        - *Vtero.* Vide VIII.
        - *Testibus* Euacuatur per *Venerem.* Vide XIV.
        - *Cute.* Euacuatur
          - *Sudore.*
          - *Resolutione.*
          - *Cucurbitulis.*
  - *Cibi* & potus, Græcis πλησμονὴ, Latinis verò Satietas dicitur, & est duplex: aut ad
    - *Vasorum* amplam capacitatem, vbi scilicet tanta alimentorum copia assumitur, vt inde ventriculum distendi contingat.
    - *Virtutem*, scilicet vbi plus cibi ingeritur, quàm natura nostrum corpus gubernans conficere queat.

  → *Euacuatio* cibi & ebrietatis. Vide XV.

# I. De Sanguinis missione, seu Venæ sectione, in genere & specie.

*Venæ sectionis seu phlebotomię cõsideratio alia*

- *Generalis* sumpta à
- *Specialis.* Vide in sequentibus sub signo A a.
- *Accidentibus.* Vide in sequentibus sub signo *
- *Causis*
  - *Internis*: videlicet
    - *Materia* subiecta: & vel
      - *Mas* — *Cui* sanguis mitti debet. Quòd si is fuerit timidus, conuersa in aliam partem facie, animus eius in diuersa distrahatur ab assistentibus, &c.
      - *Fœmina*
    - *Forma* — *Sic* cui sanguis mitti debet, sedeat, parum decumbens, sed erecto capite super pulumaria, deinde brachij, aut cruris, aut manus, aut pedis ea pars, cui scalpellum adhibendum, fricanda est, vt sanguis ad ipsam trahatur, & paulò supra locum secandum, validius vinculum admouendum, idq; comprimendum magis, in quibus multa carne, aut pinguedine vena opprimitur, vt vena tendatur: nec fugiat manum secantis, atq; vt deinde sanguis maiori impetu exiliat. Quòd si venæ tenuiores sint, vt in malleolis, pedibus & manibus, aqua calida superfundenda, vt cutis caroq́. molliscant, & venæ conspicuæ fiant. Collum etiam fascia modicè comprimimus, cùm venam frontis, aut eas quæ sub linguis sunt, secare volumus. Apponat vel adigat minister scalpellum sensim, animaduertens, ne aut subiectam arteriam, aut neruum, aut tendonem vulneret, & ne partem alteram venæ loco secet, priùs locum sectionis & venam subiectam indice tangens, vt certior fiat. Ne tamen vena scalpellum subterfugiat, minister altera manu scalpellum teneat, alterius verò pollicem applicet secundæ venæ, quo ipsam premẽdo firmet, &c. Foramen aũt maius vel minus fiat pro humoris natura.
- *Externis*: nempe
  - *Efficiente*
    - *Agente.* Sic chirurgus seu minister habeat optimam experientiam secandi venas vtraq. manu. Nam vena dextri brachij probè secatur manu dextra, & venæ quæ in sinistro, sinistra manu.
    - *Instrumento.* Sic scalpellum sit acutissimum, atque id anceps, &c.
  - *Fine.*

*Venæ* sectionis consideratio generalis ab accidentibus sumitur: videlicet

- *Qualitate*: hoc est quomodo & quibus instrumentis sanguinis missio fieri debeat: vt iam in causis dictum est.
- *Quantitate*. Hæc variada pro ratione tum
  - *Sanguinis*
    - *Abundantis*: maior copia sanguinis detrahenda est, si vires permittant.
    - *Deficientis*: minor copia emittenda.
  - *Virium*
    - *Constantium*: maior
    - *Inconstantium* seu debilium, minor
    - → *Quantitas* extrahenda est.
- *Loco*, quibus scilicet in locis venæ secandæ veniant. In omnibus namq; affectibus partium venæ secundum rectitudinem sunt secandæ. Rectitudo autem ea est, quam dextræ partes cum dextris seruant, & sinistræ cum sinistris. Nam laborante oculo dextro, sanguinem è dextro brachio mittimus, & non è sinistro. Sic etiam laborante coxendice, venam tali externam: & vtero patiente, venam secamus internam (vt in speciali phlebotomia patebit.) Quòd si vena in profundo delitescat, altiùs scalpellum infligendum est, &c.
- *Tempore*
  - *Anni*. Nam in
    - *Vere*, *Autumno* → *Phlebotomia* conuenit basilicæ brachij
      - *Dextri*.
      - *Sinistri*.
    - *Aestate*, *Hyeme* → *Non* conuenit venæ sectio: nisi necessitas vrgeat.
  - *Diei* seu horę. Nã in
    - *Sanis* tempore matutino, seruationis gratia sanguis mittendus, post vnam aut alteram horam à somno, ventris & vesicæ excrementis priùs depositis.
    - *Aegris*, morborum accessione
      - *Habentibus* hora remissionis febris eligenda est.
      - *Non* habentibus: vt in febribus continentibus, seu dolore vehementi, seu inflammatione, &c. Hic nihil vereri oportet magnitudinem aut doloris, aut inflammationis, sed statim quacunque hora diei infestauerit vehementer morbus, sanguis mittendus est, modò cum morbo magno virium robur adsit, & cibus è ventre descenderit. Verùm si morbus non adeò vrgeat, optimum tempus mittendi sanguinis erit matutinum, ventris ac vesicæ excrementis priùs depositis, non statim à sono excitatis, sed propè iam horam vnam.
- *Aetate*. Siquidem
  - *Pueris* ante decimumtertium annum sanguis mittendus non est, nisi latiores venas habeant, & sanguinei sint, & morbus fuerit magnus, tunc sanguis minuendus, vel cruribus, vel brachiis scarificatis, vel venis incisis, si pateant.
  - *Florentibus*, sanguis mittendus est, si necessitas requirat, & vires non deficiant.
  - *Senibus*
    - *Imbecillis*, sanguinis missio omittenda est.
    - *Robustis*, sanguis pro morbi & causæ vehementia auferendus.
- *Temperatura*: quæ si fuerit
  - *Calida*, & *Humida*, *Sicca* → *Phlebotomiæ*
    - *Conuenit*, si necessitas vrgeat.
    - *Obest*, nisi opus fuerit.
  - *Frigida*. His sanguinis missio non est ex vsu, nisi necessitas requirat.
- *Viribus*: quę si fuerint
  - *Robustæ*, *Mediocres* → *Venæ* sectio est ex vsu, & pro morbi ratione inuadentis, & virium constantia sanguis mittendus.
  - *Imbecillæ*: phlebotomia negatur.
- *Cõsuetudine*. Sic
  - *Consuetis*, sanguis magis
  - *Insuetis*, sanguis minùs
  - → Detrahendus.
- *Præparatione*. Quædã enim agenda
  - *Ante* sanguinis missionẽ: videlicet cùm corpus ad sanguinis missionẽ nondũ paratũ est. Sunt aũt quæ ipsam remorantur quãdoq;, & in totum impediunt: cuiusmodi sunt aut
    - *Ventris* excrementa. Decet namq; priùs ventrem exonerare, aut sponte aut clisteri adhibito ex maluarum decocto, additis oleo & sale: aut glãde suppositò: aut sumpta cassia fistula per os.
    - *Ciborum* cruditas. Siquidem ciborum coctio eadem ratione expectanda est, non magno vrgente vsu, ne pariter intempestiuè per venas deducatur.
  - *In* ipsa sanguinis missione cum fluit adhuc. Aliquando enim
    - *Guttatim* fluit, vt in melancholicis & pituitosis, in quibus maius faciendũ vulnus est: aut vulnus carnis vulneri venæ coaptandum, ita vt sibi e directo respondeat.
    - *Aegri* vires, dum fluit, deficiunt, antequam commoda sanguinis quãtitas fuerit educta, tunc facies aqua frigida irroranda, aut vino albo odorato abluenda, & claudenda interim vena: & si opus fuerit euacuatio impartienda.
  - *Post* sanguinis missionem: videlicet cũ vena
    - *Clauditur*
      - *Vinculum* soluendum
      - *Vulneris* sanguis exprimendus
      - *Mox* frigida vulnus abluendũ
      - *Postremò* linteo obsignãdum.
      - → Est.
    - *Clausa* est
      - *Patiens* super dorsum aliquantulum cubet.
      - *Cibos* non accipiat, nisi hora integra transacta.
      - *Non* dormiat, sed paulò à cibo,
      - *Non* super vulnus cubet.

**A a.**

*Venæ* sectionis differentiæ in specie, hoc est, quæ venæ, & in quibus morbis secandæ veniãt, à suis causis quoque distinguũtur, videlicet materia & forma. Sic namq. corpus aut

- *Sanum*, sed in quo morbus futurus est, aut in
  - *Toto* corpore (vt in Febribus, & Morbo articulari) ineunte vere sanguis mittendus ex quauis vena, de magnis, siue effatu dignis.
  - *Aliqua* corporis parte. Sanguis è longissima parte mittendus, conuertendo sanguinis impetum, & naturæ consuetudinem in longè distantia loca.
- *Aegrũ*: & vel in
  - *Toto* corpore, tunc sanguis ex vena interna, quæ iecori è directo respondet, tanquam ex sanginis fonte, mittendus.
  - *Parte*: & vel
    - *Supra* collũ: nempe facie aut capite: vt in
      - *Phrenitide*: in cuius
        - *Principio* sanguis reuellendus, sectis venis, quæ lõgè distrahunt, & rectitudinem seruant cum affecta parte. Hoc autem cõmodè fieri poterit ex vena cephalica.
        - *Statu* seu confirmatione, seu desada morbi vehementia, & totius corporis redundantia dempta. Sanguis ex eadem parte, si fieri possit, mittendus: vel ex quàm proxima: vt est vena frontis, aut ea, quę inter nares est.
      - *Apoplexiâ*
        - *Primò*, videlicet in morbi initio, Cephalica, vel si hæc non appareat, communis, vel ea quæ est inter pollicem & indicem.
        - *Deinde* (iam morbo confirmato) & affectus adhuc perseuerauerit, vena quæ sub lingua est, incidenda venit.
      - *Lethargo*
        - *Primò* vena cephalica incidenda, nimirum in morbi principio.
        - *Deinde* vena frontis, si fieri possit, & affectus nondum cessauerit.
      - *Morbo* comitiali: eædem venæ, vt in apoplexia aperiendæ.
      - *Angina*
        - *Primò*, cephalica
        - *Deinde* vena, q̃ sub lingua est

        } *Aperienda* est.
      - *Oculorum* inflammationibus
        - *Primò*, cephalica
        - *Deinde* vena in angulo oculi interiori

        } *Incidenda* est.
      - *Fluxu* sanguinis narium, &c. vena cephalica vel communis aperienda.
    - *Infrà* collum seu ceruicẽ: & vel
      - *Supra* renes: vt in
        - *Pleuritide* incipiente: interna cubiti vena lateris patientis secanda, vniuersam redundantiam demendo & reuellendo, vsq; ad sanguinis mutationem, vbi facultas ferat.
        - *Pulmoniæ*
        - *Inflammatione*
          - *Iecoris*
          - *Lienis*

          *Vena* axillaris seu interna secanda, vel si non apparuerit communis siue media. Vel ob validiorem reuulsionem, ea quæ in manu est inter annularem & medium. vel ea, quæ est inter annularem & minimum digitum, directione seruata.
        - *In* ipsis renibus inflammatis: & vel inflammatione
          - *Incipiente*, interna cubiti vena aperienda.
          - *Facta*, siue fluxionis impetu flacceſcẽte: vena poplitis aut malleoli interna secanda est.
      - *Infra* renes: vt in morbis
        - *Vteri*
        - *Vesicæ*
        - *Pudendorũ*

          *In* quibus
          - *Primò*, incipiente fluxione, aut pleno corpore vena cubiti secãda, auerſionis gratia.
          - *Deinde* facta fluxione, & passione nondum dempta, vena poplitis aut malleoli interna aperienda.
        - *Mensibus* retentis. Vena poplitis aut malleoli aperienda, aut supra malleolos scarificandum.
        - *Mensibus* immodicè fluentibus. Vena cubiti incidenda.
        - *Hæmorrhoidibus*
          - *Retentis*: vena in cruribus
          - *Immodicè* fluentibus: vena cubiti

          } Aperienda.
        - *Coxendicum* doloribus à sanguine, &c.
          - *Primò* interna cubiti vena, reuulsionis gratia secanda.
          - *Deinde* externa malleoli euacuandi gratia incidenda.

*QVOD si plethora adiunctam habuerit cacochymiam, vti sanguine multo crescente, simul cum aliquo succo prauo atq; corrupto, aut veluti in plethora, quo ad vires perseuerante, aut in febribus continentibus cum putredine, sanguinem mittere ac purgare conuenit.*

D. Cucur-

# II. De Cucurbitulis.



DE SANGVISVGIS.

*SVB scarificatione hirudines seu sanguisugæ, quibus pro cucurbitulis vtimur, complectuntur. Has quandoque applicamus membris, parte prius sale perfricta, aut scalpta, ita vt rubeat: quòd si opus fuerit, sanguine partem linteis, & sanguisugarum sordem spongia mundabis. Sint autem sanguisugæ per diem antè captæ, & pauco sanguine altæ: sed interim in aqua pura seruentur, & per arundinem aut fistulã in partem demittantur, ne sanas partes attingant. & offendant. Hæc autem fieri oportet vbi expressæ prius, virus euomuerint: earum dorsa viridia sint, sed ventres rubeant. Eligantur ex fluentibus & mundis aquis non nigræ, nec lanuginem habentes. Cùm verò opus fuerit, ipsas semouebis, sale inspersò, aut cinere. Ne tamen virus ibidem relinquatur, cucurbitula apposita excrementa purgantur. Quod si sanguis, anathomosi facta, immodicè fluxerit, quod fieri solet duabus horis transactis, puluis rosæ, aut gallæ combustæ parti inspergatur. Has sæpius ano admouemus, in melancholicis morbis, ex suppressis hæmorrhoidibus, &c.*

# De Purgatione, in genere & specie.

*Purgatio* est humorũ, qui sua qualitate molestant, euacuatio. Huius differentiæ sumuntur à rebus

- *Essentialibus*, hoc est causis (uidelicet materia subiecta & forma) atq; vel
  - *Salubribus*: videlicet
    - *Habitu* corporis. Nam immoderatè
      - *Pingues*, purgandi non sunt, cùm verendum sit, ne frigiditas præualeat & caro venas opprimat, easq; inanes claudat, ac inde suffocetur innatus calor.
      - *Graciles*, purgationem non ferunt, ob principalium facultatum dissolutionis motum.
    - *Sanitate*. Nam Sani, quibus cacochimia
      - *Adest* —— *Purgandi* sunt.
      - *Non* adest, non
    - *Viribus*: quæ si fuerint
      - *Robustæ*, purgationem admittunt, si adsit cachochimia.
      - *Imbecilles*, purgationem prohibent tribus de causis, quarum
        - *Prima* est. Quoniam vires iam imbecilles, euacuatione prorsus deperduntur.
        - *Secunda*. Quoniam vis ipsa imbecillis, non potest reducere medicamentum assumptum de potestate in actum.
        - *Tertia*. Quoniam vires purgantibus pharmacis lacessitæ, citiùs morbo succumbunt.
    - *Temperatura*. Nam
      - *Calida* &
        - *Humida*, facilè purgationem tolerat, ob humorum exuperantiam & virium robur.
        - *Sicca*. euacuationem non facilè fert, ob sanguinis & spirituum inopiam, & humores facilè inflammabiles, & virium imbecillitatem.
      - *Frigida* &
        - *Sicca*
        - *Humida*
        - *Euacuationem* non facile tolerat, ob caloris, sanguinis & spirituum inopiam, & viarũ angustiam, quæ tum medicamentorum transitum, tũm humorum vacuandorum prohibet
  - *Insalubribus*: nimirũ
    - *Morbo*. Nam in
      - *Tertiana*
      - *Eysipellate*
      - *Medicamento* euacuante bilem
      - *Quotidiana*
      - *Oedemate*
      - *Medicamento* purgante pituitam
      - *Quartana*
      - *Cancro*
      - *Medicamento* atrã bilẽ euacuante
      - *Hydrope*, medicamento aquam purgante
      - → *Purgandũ* erit.
    - *Causa* morbi. Nam
      - *Bilis*
      - *Pituita*
      - *Atra bilis*
      - *Aqua*
      - *Medicamento* purgante
        - *Bilem*
        - *Pituitam*
        - *Atrã bilem*
        - *Aquam*
        - → *Euacuanda* erit.
    - *Symptomatibus*. Nam
      - *Delinquentes* sæpe animo
      - *Ob* leues causas vomentes
      - *Menstruorum* profluuia patientes
      - *Ventris* inflationes sentientes
      - *Dysenterici*
      - *Diarrhœa* laborantes, &c.
      - → *Purgandi* non sunt.
      - *Cenunsi* ex inanitione, minimè euacuandi, &c.
- *Accidentalibus*. Vide in sequentibus sub signo aa.

aa. *Differentiæ*

aa. *Differētiæ* purgationum à rebus accidentalibus, sumūtur à

- *Qualitate.* Nam si
  - *Talia* purgantur, qualia purgari oportet, confert.
  - *Talia* non purgentur, qualia purgari oportet, non confert.
- *Quantitate.* Sic namq; purgationum, alia
  - *Moderata*, quæ est conueniens: & dignoscitur hæc cùm sitis aduenerit, somnus post medicamenti operationem inualuerit, & dejectio ad alium humorem permutata fuerit. Moderata autem purgationis quantitas desumitur à
    - *Copia* materiæ peccantis
      - *Nam* si exuperantia fuerit multa, & vires
        - *Validæ*, vna tū vice tū pluribus euacuari poterit.
        - *Imbecilles*, nō vna vice, sed pluribus euacuari debet.
    - *Viribus.*
    - *Regione.*
    - *Anni* tempore.
    - *Cæli* statu.
    - *Aetate*, &c.
  - *Immoderata:*
    - *Defectu*, cum videlicet medicamentum purgāt nihil, aut propter
      - *Fæcum* duritiem, quas mollire clysteri aut glande conuenit.
      - *Imbecillitatem* medicamenti purgantis, & paucam eius quantitatem, quibus subuenitur, bibito apozemate, ex prunis, aut aqua mulsa, & aliquo purgante medicamento fortiori, diebus sequentibus adhibito.
      - *Imbecillam* ventris facultatem, & eiusdem frigiditatem, quibus subuenitur pannis calidis ventri admotis.
      - *Oris* ventriculi imbecillitatem, ita vt æger faciliùs purgetur vomitu, & medicamentū ventriculo supernatet, quibus prodest parum masticis cum aqua calida bibere, aut cotoneorum miuam. Si verò in ventre assumpto medicamento, non purgetur æger, senserit autem praua symptomata, aqua tepida ebibita medicamentum euomat.
    - *Excessu.* Fit namq; vt purgans medicamentum plus æquo operetur, & languorem afferat facultati, quod ex pulsū & animalis facultatis functionib. deprehendetur. Quibus succurrimus, aut per
      - *Validam* membrorum extremorum frictionem.
      - *Deligationem* partium corporis exteriorum.
      - *Immersionem* extremorum in aqua calida.
      - *Odorata*, naribus admota.
      - *Vini* propinationem, aut panis in vino infusi.
      - *Philonij* aut Theriacæ propinationem.
      - *Somni* prouocationem.
      - *Cibi* & potus astringentis nutritionem.
      - *Inunctiones* aut fomentationes astringentes.
      - *Clysteres* astringentes.
      - *Aerem* temperatissimum, &c.
- *Tempore*, aut
  - *Morbi.* Nam in
    - *Principio* morborum
      - *Acutorum*, in quibus materia
        - *Turget*, tunc nulla expectata concoctione purgare conuenit.
        - *Non* turget, purgatio non est ex vsu.
      - *Diuturnorum*, non purgandum, sed semper expectanda concoctio est.
    - *Statu*, à purgantib. medicamentis abstinendum: nisi natura ipsa expeditè euacuationē absoluerit, tunc opus est medicina. Nam cùm natura ægriùs agit, quod deest, medicos supplere oportet.
    - *Declinatione*, purgandum, si necessitas vrget, & humoris peccantis copia adfuerit.
  - *Anni.* Nam
    - *Vernum*, primum locum habet. Quos enim purgare conuenit, vere purgandi sunt.
    - *Autumnale*, secundum locum habet. Nam vbi quis in melancholicos morbos, ac in eos qui hyeme affligunt, incidere paratus est, autumno purgare conuenit.
    - *Hybernum*, tertium habet locum. Nam ob nimiam frigiditatem purgare non conuenit. Humores enim non cedunt, impacti, tenaces, crassi, & ob frigiditatem immobiles difficilè admodum vacuantur. Humida verò temporis constitutio eligenda est, & tempus pluuium: id enim laxa reddit corpora, & humores fluxiles. Hyeme tamē corpora priùs probè paranda sunt ante purgationem, & magno vrgente vsu purganda, non aliàs.
    - *Aestiuum*, vltimum locum habet. Nam æstate maximè cauere oportet medicamenta purgantia. Quoniam per id tempus vires exoluuntur, & corpus exuritur, & medicamenta purgantia calida sunt valde. Sed si per id tempus aer non adeò calidus foret, liceret quoque corpora purgare, & morbus vehemens adeò fuerit, & vires validiores, tum quoque purgare licet, sed leuibus medicamentis.
  - *Diei* seu horæ. Nam in morbis accessiones
    - *Habentibus*, est hora intermissionis, si quæ fuerit: sin minùs, hora remissionis morbi.
    - *Non* habentibus, & quidem temporibus
      - *Calidioribus.* A quarta in octauam horam diei, siue à matutina in quartam: ieiuno stomacho.
      - *Frigidioribus.* Ab hora octaua in duodecimam, siue à secunda diei hora in sextam: ieiuno ventre.
- *Loco.* Sic purgantium medicamentorum alia purgant per
  - *Superiora* seu vomitum, cùm aut ventriculus aut caua hepatis pars laborat, aut materia ad superiora vergit, tunc huiusmodi purgationes conuenientes sunt.
  - *Inferiora* seu secessum, cùm vel intestina aut sima hepatis pars laborat, aut materia ad inferiora vergit, tunc eiusmodi purgationes sunt ex vsu, &c.
- *Aetate.* *Ordine.* Vide in sequentibus, sub signo b b.

b b. *Differentiæ à rebus accidentalib⁹ nimirũ ab*

- *Ætate.* Nam
  - *Pueri*, cùm continua ac magna dissolutione ducantur, omnino euacuationes non ferunt, nisi vrgente magno vsu, & magna cacochymia præsente
- *Farctu* liberandi, vel poros intrinſecus purgandi. Huiuſmodi ſunt amara & nitroſa omnia, ſiue aſtringant ſiue non. Aſtringẽtia enim ſunt vtiliora. Quoniam partes quoque corroborant, vt ſunt
  - *Abſynthium*
  - *Amygdalæ* amaræ
  - *Aſarum*
  - *Abrotanum*
  - *Carpeſium*
  - *Cubebæ*
  - *Cort.* capp.
  - *Rad.* tamar.
  - *Scolopend.*
  - *Seriphon*
  - *Semen* vrticæ
    - Hæc meatus pulmonis, iecoris, lienis, expurgant, iecinoris quidẽ per ſe, lienis addito aceto, pulmonis mel li crato vel dulcium aliquo.
  - *Iris*
  - *Nitrum*
  - *Nitri* ſpuma
  - *Scilla*
    - Hæc intus & extrà purgant, incidũt craſſos & lentos humores.
- *Rarefaciendi.* Vide in ſequentibus, ſignum *

* Me-

* *Medicamẽtorum* à ſecundis qualitatibus ſumptorum alia facultatẽ habent

- *Rarefaciendi*, quæ ex colore & ſiccitate cum ſubſtantia tenui, oritur. Hæc cutis meatus reſerant: vt
  - *Althea.*
  - *Anethum.*
  - *Adiantum.*
  - *Abrotonum.*
  - *Chamæmelum.*
  - *Fœnum* Græcum
  - *Farina*
    - *Hordei.*
    - *Erui.*
    - *Tritici.*
  - *Lini* ſemen.
  - *Mercurialis.*
  - *Melilotum.*
  - *Oleum*
    - *Chamomelinum.*
    - *Vetus.*
    - *Cicininum.*
    - *Raphaninum.*
    - *Ex* agr. cucum.
    - *Ex* althea, &c.
- *Condenſandi*, quæ ex frigore aqueo originem habent: vt
  - *Lenticula* paluſtris.
  - *Pſillium.*
  - *Portulaca.*
  - *Semperuiuum.*
  - *Tribulus* viridis, &c.
- *Aperiendi*, ora vaſorum aperiunt: Anaſtomatica dicuntur. Oritur facultas hæc à calore partium craſſitie, cuiuſmodi ſunt acria & mordacia: vt
  - *Allia.*
  - *Cepe.*
  - *Ciclaminus.*
  - *Fel* taurinum.
  - *Oleum*
    - *Irinum.*
    - *Amaracinum.*
  - *Vnguentorum* omnium ſubſidentię, &c.
- *Claudendi*, ſeu obſtruendi: gignuntur ex ſicca & cogente materia, & ferè omnia ſunt frigida & partium craſſarum: vt
  - *Acetum*, Alumen, Aloe, Aerugo, Abſynthium.
  - *Balauſtia*, Bolus Armenica.
  - *Calchantum*, Cadmia, Corallium.
  - *Hæmatites*, Myrthus.
  - *Oxalis*, Plantago, Roſæ.
  - *Sanguis* draconis.
  - *Terra* Lemnia. &c.
- *Aduręndi* ſeu colliquandi, ex vehementi calore & craſſitudine ſubſtantiæ gignitur. Horum alia vim habent
  - *Eſcharoticam*, id eſt cruſtam inducendi: oriuntur ex calida & deurente materia.
  - *Septicam*, id eſt putrefaciendi. Huiuſmodi liquẽt, colliquãt, potiſſimùm carnem tenellam, idque abſque dolore: vt
    - *Arſenicum.*
    - *Aconitum.*
    - *Chryſocolla.*
    - *Dryopteris.*
    - *Pityocampe.*
    - *Sandaraca.*
  - *Chatæreticam*, id eſt detrahendi carnis excreſcentias: oriuntur ex calida, ſicca, tenuiũq; partiũ ſubſtantia. Hæc eiuſdem genere facultatis, ſepties ſcilicet ſunt, verùm tantulo imbecilliores, quòd extimam modò ſuperficiem, quã contigerint, detrahant, nõ tamen in altum ſubire valeant, velut Aſiæ, petræ flos quanquam non ſint reuera facultatis cicatricem inducentis, cùm aliquid detrahant.
- *Repellendi*, ex frigore & partium craſſitudine originem ducunt.
- *Attrahendi*, quę ex calore & tenuitate partiũ gignuntur: atq; eorum alia attrahunt per
  - *Se*: & vel
    - *Familiaritate* qualitatis, ſeu totius ſubſtantiæ ſimilitudine: vt ſunt medicamenta purgantia.
    - *Quouis* modo, & nõ familiaritate qualitatis: vt
      - *Thapſia.*
      - *Dictamnus.*
      - *Cyrenaici* ſuccus.
      - *Propoleos.*
      - *Sagapeni*, &c.
  - *Accidens*. Huiuſmodi ex putreſcente acescentéque, generationem ſortiuntur: vt
    - *Fermentum.*
    - *Pſoricum.*
    - *Stercus* columbarum.
    - *Stercus*
      - *Anſerinum.*
      - *Gallinarum.*
      - *Crocodilorum* terreſtrium, &c.

III. *Medicamẽtorum* differentiæ à qualitatib. tertiis sumptæ: quorũ alia facultatẽ habent

*Pus* mouendi. Hæc calida & humida sunt, vt corpus id, in quo pus moueri debet, neque humectent, neq; exiccent. neq. excalfaciant, neq frigefaciant: sed tantũ substantia caloris nostri augeãt: proinde, vim quoq. emplasticã vt habeant necesse est, quo caloris substantiæ effluxus prohibeatur. Sunt autem huiusmodi,

- *Panis* debiliter coctus cum aqua & paculo oleo, emplastratus.
- *Adeps* suillus.
- *Adeps* vitulinus.
- *Cera* cum oleo aliquo calido liquata.
- *Farina* triticea.
- *Pix* cum oleo rosaceo subacta.
- *Resina* cum oleo rosaceo subacta.

} Hæc pus mouent in maximè ardentibus inflammationibus.

- *Adeps* gallinaceorum
- *Adeps* suillus.
- *Panis* mediocriter coctus, & cum hydreleo emplastratus.

} Pus mouent in minùs calidis inflammationibus.

- *Adeps* { *Taurinus.* *Caprinus.* *Anserinus.*
- *Panis* plurimùm coctus, salitus, frumẽtatus, cum oleo & paucula aqua emplastratus.
- *Resina* / *Pix* { Cum oleo sycionio, vel raphanino liquata.

} In minus adhuc calidis inflammationibus pus mouent.

*Menses* prouocandi: ex vehementer calida tenuiq; substantia gignitur hæc qualitas, sed non admodum sicca, ita vt secundi vel tertij quodammodo calida sint, sicca verò primi, vel etiam secundi: de his Gal. cap. 12. lib. 5. de Simp. med. Menses mouentia vrinam etiam ciunt, sed inter se differũt, quòd menses mouentia non tam valenter desiccent, vt vretica. Verùm vretica ad menses prouocandas, atq; ad lac generandum minimè apta sunt, vtpote nimium desiccantia: proinde propriè hæc dicuntur vretica:

- *Artemisia.*
- *Absynthium.*
- *Anisum.*
- *Acorum.*
- *Amomum.*
- *Castorium.*
- *Cicer.*
- *Centaurium* maius.
- *Calamintha.*
- *Gnigulium.*
- *Melissa.*
- *Marrubium.*
- *Myrrha.*
- *Origanum.*
- *Opopanax.*
- *Pulegium.*
- *Petroselinum.*
- *Ruscus.*
- *Ruta.*
- *Radix* rubiæ tinct.
- *Sabina.*
- *Saluia.*
- *Seseli.*
- *Serpillum*, &c.

*Calculum* renum minuendi. Hæc valenter incidere oportet, absque tamen siccitate: vt

- *Abregna* lachyma.
- *Carpesium.*
- *Cyperum.*
- *Cortex* radicis lauri, &c.

*Cicatricem* inducendi, epulotica dicta: ex frigida & astringente fit substantia. Hæc omne vlcus planum claudere valent, proinde vt contrahant, constringant, constipent, densent, siccent, & calli instar indurẽt necesse est: quorum alia inducunt cicatricem

- *Per* accidens, vt cathæreticorum aliqua, si quidem in parua sumantur quantitate: vt { *Diphryges.* *Ostreum.* *Lythargius.* *Myrrha.*
- *Per* se, & vera epulotica appellantur: vt { *Aloe.* *Alumen.* *Amilum.* *Aristolochia.* *Anagallis.* *Bolus* Armenica. *Balaustia.* *Bdellium.* *Corallium.* *Cadmia.* *Aes* vstum. *Glans.* *Myrtus.* *Plantago.* *Pumex.* *Plumbum* elotum. *Papyrus* vsta. *Putamina* mali granati sicca. *Thus*, &c.

*Carnem*: Vide in sequentibus signum **.

**.
*Medicamentorũ* à qualitatibus tertiis sumptorũ, alia habent facultatem

- *Carnem* generandi, id est cauitates implendi. Gignitur hæc facultas ex materia detergente, & siccante in primo recessu à medio. Hæc citra morsum mediocriter abstergere debent: vt
  - *Abiegna* lacryma.
  - *Fuligo* thuris.
  - *Iris.*
  - *Lentiscus.*
  - *Myrrha.*
  - *Pix* arida.
  - *Resina* terebinth.
  - *Styrax*, Thus, &c.
- *Dolorem* sedandi, quæ anodina vocantur. Nascitur ex calore & essentiæ tenuitate, videlicet calore primi ordinis: vt
  - *Anethum.*
  - *Absynthium*
  - *Atriplex.*
  - *Chamæmelum.*
  - *Castorium.*
  - *Cuminum.*
  - *Fœnum* græcum.
  - *Linum.*
  - *Libysticum.*
  - *Lupus* salictarius.
  - *Milium.*
  - *Opopanax.*
  - *Panicum.*
  - *Peucedanum.*
  - *Ruta.*
  - *Sisymbrium.*
  - *Vitellum* oui, &c.
- *Lac* generãdi. Hic sanguinem contemplari oportet, num scilicet in
  - *Quantitate* sit paucior, quàm conuenit. Hic quidem victus ratione augebitur, maximè calida & humida, boniq; succi. Nam quæcunque plus quàm expediat, calefaciunt, quæq; desiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipsius sanguinis vitiantia, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.
  - *Qualitate* deterior, atque vel
    - *Biliosior.* Hic primò purgarionem desiderat, mox victum calefacientem & humectantem, vt diximus.
    - *Pituitosior.* Hic requirit vel
      - *Medicamenta* sola, quæ primo vel secundo ordine calefaciunt, non tamen desiccant. Huiusmodi debiliora sunt.
      - *Medicamenta* & nutrimenta simul, quæ modicè calida esse debent, & minimè crassa, vt Eruca. Fœniculum, Anethum, maximè cũ adhuc virentia humidaq; sunt, Smirnium, Apium, Sion, Polium, omnia quidem virentia. Hæc potentiora sunt.
- *Tussim*
  - *Prouocandi.* Naturam habent extenuandi acrem & mordacem. Nam quicquid mordax ac acre est, ad tussim impetum prouocat. Proinde calida, tenuiumq; partium vt sint, necesse est.
  - *Sedandi.* Naturam habent incrassandi. Proinde frigida, & crassarum partium vt sint, necesse est, Frigore enim cogit, & substantiæ suæ crassitudine incrassat.
- *Semen*
  - *Generandi*, quæ facultas ex tota familiari, & mediocriter calida substantia nascitur. Horum alia sunt
    - *Cibi* bene nutrientes, flatuosi, totiq; substantiis familiares: vt
      - *Cicera.*
      - *Conus.*
      - *Bulbi*
      - *Fabæ.*
      - *Polypedes.*
      - *Terebinthini* fructus.
    - *Medicamenta*; vt
      - *Scincus.*
      - *Satyrum.*
    - *Cibi* & medicamenta simul, quæ calida, simulque flatuosa sunt, vt
      - *Eruca.*
      - *Fraxini* semen.
      - *Lini* semen.
  - *Extinguendi*: ex frigida, sicca, totaq; substantia aduersa gignitur: vt
    - *Nymphæa.*
    - *Ruta* etiam si calida sit, tamen sua siccitate prohibet.
  - *Prouocandi*: ex calida non exiccante, & flatuosa oritur substantia.
  - *Supprimendi*: ex frigida cogente & incrassante substantia prouenit: vt
    - *Atriplex.*
    - *Blitum.*
    - *Cucurbita.*
    - *Cucumeres.*
    - *Lactuca.*
    - *Mora.*
    - *Melopepones.*
    - *Pepones.*

IIII. *Medicamentorũ* differentiæ ſumuntur etiam à qualitate guſtatili: nempe Saporibus. Sic medicamenta aut

- *Calida*
  - *Valde*, atq. partium
    - *Craſſarũ* & ſic carũ ſiue terrearum, ſunt
      - *Amara*: quæ
        - *Humorum* craſſitiem incidunt & attenuant.
        - *Abſtergunt.*
        - *Expurgant.*
        - *Menſes* mouent.
        - *Pus* ex thorace & pectore eiiciunt.
      - *Nitroſa*, minùs calida quàm amara ſunt. Hæc
        - *Erodunt.*
        - *Carnem* colliquant.
      - *Salſa*, minùs calida quàm nitroſa
        - *Contrahunt.*
        - *Conſtringunt.*
        - *Condiendo* ſeruant.
        - *Digerunt.*
        - *Siccant* citra manifeſtam caliditatem.
    - *Tenuium* & humidarũ: ſunt acria, quæ naturæ aduerſantur
      - *Tota* ſubſtantia: vt
        - *Sandaraca.*
        - *Auripigmentum*, &c.
      - *Immoderatione* caloris: quæ ſi fuerint ſubſtãtiæ
        - *Craſſioris*, erodũt atq; exedunt: vt
          - *Arſenicum.*
          - *Hydrargiros.*
        - *Tenuioris.* Hæc
          - *Craſſos* humores incidunt.
          - *Sudores*, vrinas & menſes mouent.
          - *Humores*, flatus & vapores digerũt & diſcutiunt.
  - *Mediocriter* atq. partium
    - *Craſſarum* ſiue terrearum: ſunt dulcia, qualia ſunt caſtaneæ.
    - *Humidarum*: & eiuſmodi humiditas vel eſt
      - *Aquea*: ſunt mediocriter dulcia.
      - *Aerea*: ſunt pinguia, quæ
        - *Humectant.*
        - *Emolliunt.*
        - *Laxant*, &c.
      - *Aquea* & aerea ſimul, vt quæ inter pinguia & dulcia media ſunt.
    - *Humidarum* & craſſarũ æqualiter ſimul: ſunt dulcia magis & minùs, pro vehementia & viribus, quas in ſubiectum exercent humidum & ſiccum melius & deterius permiſcentia: rita tamen, vt neq; humores reſoluant, neq; ſiccas partes adurant. Hæc cõcoquunt, laxant, rarefaciunt, &c.
- *Frigida*, atq. partium
  - *Craſſarum* & terrearum
    - *Magis*: ſunt acerba,
    - *Minus*: ſunt auſtera.

    Hæc
    - *Contrahunt.*
    - *Conſtringunt.*
    - *Denſant.*
    - *Repellunt.*
    - *Incraſſant.*
    - *Refrigerant.*
    - *Exiccant.*
  - *Subtilium* & aquoſarum: ſunt acĩda, quæ
    - *Incidunt.*
    - *Extenuant.*
    - *Diuidunt.*
    - *Farctu* liberant.
    - *Mordent*, &c.

V. *Medicamentorum* differentiæ ſumuntur quoque ab

- *Odoratu.* Ab hoc non tutum eſt coniicere de medicamentorum facultatibus propter inæqualitatem ſubſtantiæ, quòd ſint diſſimilares: proinde non æquè eius partes euaporant, ac perinde ſenſum mouent, niſi partes aqueæ à calore in vaporem reſolutæ.
- *Viſu.* Ab hoc adhuc minùs tutum eſt de medicamentorum facultatibus ſumere indicium, quòd in ſingulis coloribus, calida, frigida, humida, ſicca reperiantur.


VI. Medicamentorum differentiæ sumuntur etiã à quantitate, videlicet
Magnitudine vel altitudine. Sic medicamentorum alia alta
Digitum.
Palmum.
Pedem.
Cubitum, &c.
Mensura. Sic medicamentorum alia mensurantur
Cochleari: est minima pars omnium mensurarum.
Conchula, quæ ponderatur drachma vna cum dimidia.
Ciatho, qui ponderatur drachmis decem, aut cochlearijs viginti.
Acetabulo, qui est quarta pars heminæ, ponderatur drachmis 24, aut cochlearijs 48.
Hemina ponderatur ℔. 1.
Sextario, ponderatur ℔. 2.
Congio, ponderatur sextarijs sex.
Modio, capit sextaria 22, quæ sunt ℔. 14.
Amphora, capit vini & aquæ pedẽ quadratũ, frumenti verò Italicos modios tres, &c.
Pondere: atq; vel ipsius
Nominis. Sic
Græcorum: vt
Granum hordei: huius nota est g.
Siliqua. quæ Græcis κεράτια vocatur, octo lentis seminibus respondet. est tertia pars oboli.
Obulus, qui pendet siliquas tres: cuius nota est ⏑.
Scrupulus (cuius nota est ℈) qui Græcis γράμμα dicitur, habet obulos duos.
Drachma (cuius nota est ʒ) scrupulos tres constituit.
Vncia (nota ℥.) octo drachmas constituit.
Quadrans (nota q̃d.) pondus existit trium vnciarum.
Triens pondus est quatuor vnciarum.
Sextans duarum vnciarum pondus est.
Libra semis (nota est ℔ S.) sex vncias constituit.
Arabum: vt
Manipulus, est herbarum fasciculus, qui manu deprehendi & complecti potest. cuius nota est M.
Pugilus, quantum compressis digitis capi potest huius nota est P.
Aureus, est drachma vna cum dimidia.
Kirath, pondus trium granorum.
Dauic, pondus sex granorum, &c.
Rei. Sic pondus medicamentorum
Simplicium
Radicum in
Balneis, manipulis multis mensurantur.
Clysteribus, fomentis, ℥.ij. pro vno clystere sufficiunt.
Syrupis, decoctis ab ℥.j. vsq. ad ℥.ij. vel ℥.iij. vel ℥.iiij. pro vna verò dosi à ʒ. iij. S. vel ℥.j.
Herbarum in
Balneis, lauacris, manipulis pluribus.
Clysteribus, decoctis à M. S. vsq. ad M. ij. vel iij.
Pulueribus à ʒ.j. vsq. ad ℥. S. vel ℥.j.
Florum in
Antidotis, pulueribus, vnguentis à ℈.j. ad ℥. ij.
Syrupis, decoctis à P. S. ad P. ij. vel P. iij. vel P. iiij.
Fructuũ
Maiorum, numero mensurantur.
Minorum à ℥.j. vsq. ad ℥.j.
Seminum in
Balneis, fotibus, clysteribus ab ℥.j. ad plures.
Decoctionibus, à ʒ. S. ad ij. vel ʒ. iij. vel ʒ. iiij.
Lignorum, corticum
Nobilium ab ℈.j. ad ʒ. iij. vel ℥. S.
Ignobilium ab ℥. j. ad ℔. j.
Compositorum
Pilularum à ℈.j. ad ʒ.j. vel ad summum ʒ.ij.
Electuariorum solutiuorum à ʒ.ij. ad ℥. S. vel ʒ.vj.
Syruporum
Laxantium ab ℥.j. ad ℥.iiij.
Alterantium ab ℥.j. ad ℥.ij.
Puluerum à ℈.j. ad ʒ.j.
Trochiscorum à ʒ. S. ad ʒ.j.
Eclegmatum ab ℥.iiij. ad ℥.vj.
Clysterum ab ℥. x. ad ℔. j. vel ad summum ℔. j. S.
Numero. Sic medicamentorum alia
Simplicia.
Composita, &c. quæ ex pluribus componuntur medicamentis.

VII. *Medicamentorum differentiæ sumuntur etiã à tempore*

*Collectionis.* Sic colliguntur

*Herbæ* serena ac sicca cœli constitutione, atq. tempore meridiano, non nubibus, non imbribus infestę cùm primum floribus ornantur, & c. exceptis iis, quæ tum in medicinæ vsu, tum in cibis, tum etiam in obsoniorum condimentis quotidie virentes vsurpantur.
*Flores* eo tempore, quo magis suo in vigore consistunt, ac tempore merdiano, rore absumpto, non autem cum iam flaccescentes decidui euanescant: exceptis capparum, & rosarum floribus qui decerpendi antequam planè explicati fuerint.
*Fructus* probè maturi, nisi data opera immaturi expetantur.
*Semina*, priusquam defluant, & vbi siccati cœperint herbę. Fructuum verò semina, cùm fructus, à quibus eximuntur, suam maturitatem planè senserint.
*Radices* vere aut ætatis initio, nempe antè florũ & cauliũ & seminũ productionẽ, & post primorũ foliorũ eruptionẽ. Hortensium verò radices, & plerarũq; alimentosarum quouis anni tempore legi possunt.
*Cortices* à fructibus, quo tempore maximè maturi sunt: à radicibus verò & arboribus, verno tempore.
*Ligna*, cum arbores in vigore sunt.

*Succi*
- *Radicum* in vere, cum primùm folia emergunt.
- *Foliorum*, seu herbarum, antequam stirpes flores edant, & earum caules lignosi fiant.
- *Fructuum*, cùm ipsi vltimam maturitatem senserint, exceptis omphacio, acacia, & similibus.

*Gummi*, cum explanaris distillant.
*Animalia*, cum viua & sana sunt.
*Partes* animalium, eo tempore, quo ipsa animalia integra, sana &, boni habitus, & mediæ ætatis sunt.
*Adipes*, autumno, ex animalibus florentibus.
*Medullæ*, ætatis exitu, hyemis initio.
*Metalla* & lapides, de quibus in particulari tractatione, &c.

*Durationis.* Sic durant

*Herbæ* minùs quàm radices: proinde quotannis mutandæ veniunt.
*Flores* in vniuersum sicci ad annum duntaxat, vel quandiu coloris & odoris gratiam retinent.
*Fructus* recentes maiori ex parte per annum: siccati verò diutius asseruantur.
*Semina*, etsi eorum multa reperiantur, quæ ad annum vltra vires suas asseruentur, ea tamen quotannis renouare satius est.

*Radices*
- *Per* menses sex: vt { *Borraginis.* / *Frumentaceorum*, &c.
- *Per* annum, quæ singulis annis radicitùs intereunt: vt { *Dauci.* / *Pastinacæ*, &c.
- *Perpetuo*, vt { *Virides* in cãpis, quædam: *Osmundæ.* / *Asparagi.* / *Fœniculi.* / *Thapsiæ.*
- *Mediæ* inter annuas & perpetuas: vt { *Angelicæ.* / *Smirnij*, &c.
- *Siccæ*, tot annis, quot ab inanitate, teredine & tabe vindicari valeant.

*Cortices*, quousq; nec situ, nec teredine offendantur.

*Succi*
- *Humidi* ad annum proinde singulis annis mutandi.
- *Sicci*, ad duos annos.

*Gummi* diu, modò, non in humido putridóq; loco ponantur.
*Animalia*, pauca integra. Sicciora, vt cantharides, nõ difficulter custodiuntur. Humidiora verò & pinguiora facilè corrumpuntur. putrescunt, & vermes generant, vnde absynthium & similia illis adduntur.
*Partes* animalium pleræq. durant annum, quædam citiùs corrumpuntur, quare quotannis mutandæ sunt.
*Adipes* recentes & absq. sale, non vltra annum.
*Medullæ* non vltra annum.
*Metalla*, lapides, & similia variè: de quibus vide in particularibus.

VIII. *Medicamentorum differentiæ sumuntur etiã à loco*

*Collectionis* Sic colligũtur

*Herbæ* ex locis cliuosis, ventis expositis & perflatis, frigidisq;, & aquis carentibus: in his enim locis vires eorũ longè validiores sunt. Contrà quæ in cãpestribus, riguis & opacis, cæteriq; locis à vento silentibus enascũtur, plerumq; degenerãt, & minus viribus valent. Verũ si ex campestribus locis herbæ colligendæ sint, ex siccioribus, & nõ aquosis, exceptis nymphea, lẽticula & tribulo, &c. colligantur.
*Flores* ex locis maximè oportunis.
*Radices* ex eisdem, quibus herbæ, locis.
*Fructus*, ex loco, vbi perfectiores plantæ habentur.
*Semina*, vbi eorum plantæ excellentiores reperiuntur.

*Cortices* / *Gummi* { *Ex* locis maximè conuenientibus.

*Siccationis.* Sic siccantur probè

*Herbæ* in loco superiore ædiũ perflatili, strato asseribus dolabro leuigatis. Impendente tempestate aliqua, fenestræ maturè claudendæ sunt. Cauẽdũ etiã ne felib⁹ pateat accessus, q̃ herbas cõmingere solẽt.
*Flores* in locis temperatis, quo tempore sæpius reuoluantur, ne situm contrahant, adhibita etiam cura ne sicci natiuum colorem deperdant.
*Radices*, in vmbra, vbi orientales venti respondẽt. Quòd si ex eis fuerint, quæ natura crassæ sunt, vt gentianæ, holenij, &c. & aer sit nubilus, & hyems, in sole ac vento tutò siccatur. Quod cõmodiùs fieri potest, si frustatim dissectæ ita tenui funiculo traiiciantur, vt partes se non contingant.
*Fructus*, in sole, vel in clybano, vbi in sole id fieri nequit.
*Semina*, vt herbæ.
*Cortices*, vt radices.
*Animalia* & eorum partes, in sole aut clybano.
*Succi* in sole aut clybano seu furno, vel ad ignem coquendo inspissantur.

*Rſponſionis.* Vide in sequentibus sub signum **

** *Medicamentorum* differentiæ sumuntur à loco repositionis, seu conseruationis. Sic reponuntur cõmodè

- *Herbæ* siccatæ, decusso puluere, in sacculis ex corio, vel lineo, non compresso: vel ligneis capsulis. ac diligenter claudantur, ne earum vires euanescant.
- *Flores* in ligneis arculis, optimè inclusi: vel in vasis vitreis optimè obturatis.
- *Radices* iis in locis, ad quæ solares radij nõ penetrent, neq; fumo pateat aditus, & quæ nẽq; vliginosa sint, neq; pulueruleuta. Sit igitur locus eminens & siccus, ad Septentrionem vergens, vel etiam ad meridionalem plagam, cùm scilicet ipsæ non prorsus exiccatæ reconderentur.
- *Semina* in arculis ligneis, vel vitreis, in loco sicco,
- *Fructus*
  - *Siccati* in capsulis ligneis potiùs, quàm saccis, ne extraneos humores concipiant.
  - *Recentes*, in locis siccis, minimè asperginem redolentibus: aut super paleas expandantur: aut hordeo, vel milio sepeliantur, vt Medica & Aurantia mala.
- *Cortices*, arculis ligneis.
- *Succi* in vasis vitreis, angusti oris, superfuso oleo digiti crassitudine, aut sale insperso, priùs ad ignem paululum fer uefacti, moxque diligenter defæcati
- *Gummi*, in loco sicco.
- *Animalia*, in vasis fictilibus, vitreatis, optimè obturatis, in loco sicciore, non calido.
- *Partes* animalium siccatæ, in arculis ligneis, loco sicco.
- *Adipes* loco sicco, ad Aquilones spectante, siue figulinis vasculis vitreatis, foliis lauri vel nucum siccis conuolutæ & obturatæ. Vel lotæ, atq; liquatæ ad ignem, deinde colatæ, & in vasis fictilibus seruatæ, in loco frigido.
- *Medullæ*, eodem modo, quo adipes, &c.

IX. *Medicamentorum* differentiæ sumuntur etiam à præparatione, eaque facta modo vel

- *Crasso*: ex quorum genere sunt
  - *Repurgatio* siue mundificatio. Sic purgantur
    - *Herbæ* à puluere vel luto, ex pluuiis aspersо, manibus excutiendo. Maiores verò vulgares herbæ à stipitibus surculisque durioribus, & partibus lignosis, arque corruptis.
    - *Flores* à pediculis, surculis, circumhærentibus foliis, vnguibus, &c.
    - *Radices* primùm à terra & omnibus sordibus. & si quid computruit, aut corruptum est, cultello abraditur. aut amputatur. Quòd si terræ nimis tenaciter adhæresсat, abluuntur. Porrò lignea matrix, quæ omnibus radicibus ferè includitur, ipsis in longum scissis, integra eximitur. Quòd si eximi facilè non possit, pistillo radices tunduntur, & pulsantur à summo vsque ad imum.
    - *Fructus* à corticibus, seminibus, & parte lignosa, &c.
    - *Semina* à suis corticibus (si magna fuerint, vt fabæ, melonũ, &c.) paleis, festucis, pediculis lapillis, &c. mouẽdo hinc inde & inflando, vt quod leue est, & puluerulentũ, in aerẽ dissipetur. Sũt aut semina manibus priùs fricanda, vt quod leuiter hæret & alienum est, tollatur. lapilli & arenæ propter grauitatem ipsorum in fundo colliguntur. Semina maiora & rotunda, in tabulam inclinatã & leuiter manu pulsam, in vas subiectum, relictis lapillis deuoluuntur, &c.
  - *Infusio*, in qua considerandа sunt, humor, cui infundũtur medicãtia, quãtitas, qualitas & tempus. Sic infunduntur.
    - *Radices*, fructus, ligna, cortices, succi, & tẽpore hyberno primùm contusa & confracta in aqua tepida aut calida per vigintiquatuor horas: aut supra cineres, aut supra fornacem, aut in vase calido, aut ad solem, aut loco calido, &c.
    - *Herbæ*, flores, aut fructus recentes & æstiuo tempore, in humore frigido per duodecim horas.
    - *Medicamenta* purgantia, vt Agaricum, Myrobalani, &c. confracta priùs, in liquore aliquo, hyeme horis duodecim, æstate sex.
  - *Dissolutio*. Sic dissoluuntur
    - *Gummi*: vt *Galbanum*, *Ammoniacum*, *Opopanax*, &c. — *In* vino, vel aceto, deinde ad ignem ponuntur.
    - *Metalla* quædã in
      - *Aqua*, vel vino vel aceto, pri⁹ puluerizata: vt *Vitriolum*. *Misy*. (&c. *Chalcitis*,
      - *Aceto*: vt *Schoria* ferri. *Flos* æris, &c.
      - *Aqua*, vino, oleo aut aceto vt Lythargirum.
    - *Margaritæ*, *Coralli* — *In* succo limonum.
    - *Opium*, in aqua aut succo aliquo, &c.
  - *Liquefactio*. Sic alia liquantur
    - *Ad* solem —— vt *Pinguedines*. *Medullæ*. *Oleum* concretum, &c.
    - *Calore*
      - *Moderato*
      - *Maiori*: vt *Cera*. *Pix*. *Gummi*. &c.
  - *Mollitio*. Molliora fiunt medicamenta aut *Calore* leui. *Humore* aliquo addito.
  - *Duratio*. Vide in sequentibus, sub signo **.
- *Subiti*. Vide in sequentibus sub signo A.

** *Medi-*

* * *Medicamentorum differentiæ, à præparatione crasso modo facta, sumptæ. sunt*

- *Duratio.* Indurantur medicamenta aut
  - *Frigore.*
  - *Sicco* aliquo addito.
- *Calefactio.* Calefiunt medicamenta
  - *Igne*, Sole, Fimo.
  - *Aqua* calida.
  - *Vapore* aquæ calidæ.
  - *Lapide*, *Ferro* } *Calefacto.*
- *Coctio.* Coquuntur medicamenta ex aqua, vel sero, vel lacte, vel vino, vel aceto, vel quouis liquore: & uel
  - *Multùm*, diuq; vt
    - *Fructus*, Cortices
    - *Ligna*, Radices
    - *Semina*
    - *Omniáque* sicca.

    } *Hæc* namque tardiùs tenerescunt, intumescunt, &c.
  - *Parum*: vt
    - *Herbæ*
    - *Flores*
    - *Recentia* omnia

    } *Hæc* enim citiùs tenerescunt.
  - *Mediocriter*, quæ medio medio modo se habent
- *ssatio.* Assantur medicamenta humida, vt carnes, fructus, radices. &c. aut
  - *Ad* ignem.
  - *In* veru.
  - *In* clybano, &c.
- *Frixio.* Friguntur medicamenta in oleo, vel pinguedine aliqua, in sartagine.
- *Vstio.* Sic namq; vritur
  - *Sericum* in olla supra prunas ardentes tandiu donec in puluerem redigi queat.
  - *Animalia*, eodem modo, vel in clybano.
  - *Sal* & vitrum ad ignem in vase figulino, donec non ampliùs stridant.
  - *Vitriolum*, in olla discooperata tandiu, donec siccescat colórque mutetur.
  - *Alumen*, donec siccescat.
  - *Ossa*, cornua, vngues, & corallij eodẽ modo supra prunas, donec fumare desinant, colorẽq; mutẽt.
  - *Cancri* supra prunas in vase cupreo cooperto.
  - *Lapides*, qui candescentes in liquore aliquo aliquoties extinguũtur: vel in crucibulis tandiu vruntur, donec in puluerem vertantur.
  - *Plumbum* & cuprum addito sulphure, in olla vel crucibulo, priùs in lamina redacta. &c.
- *Tusio.* Sic medicamentorum alia cõtunduntur
  - *Multùm*: vt medicamenta crassa, cuiusmodi sunt metalla, &c.
  - *Parum*: & vel
    - *Sola*, & sine additione aliqua: vt
      - *Aromatica* omnia.
      - *Radices*, *Herbæ* } *Odoratæ.*
      - *Mastix*, *Gummi* } *Terantur* tantùm.
    - *Cum* aliis nempe cum
      - *Vino*, aut aqua, aut aceto: vt
        - *Galbanum.*
        - *Ammoniacum*, Opopanacum.
        - *Bdellium*, Myrrha.
        - *Succus* glycyrrhizæ, &c.
      - *Succo* aliquo: vt opium, &c.
      - *Aqua* rosarum: vt
        - *Moschum.*
        - *Ambra*, &c.
      - *Oleo* amygdal. dulc. vel aqua ardente: vt Camphura.
- *Lauatio.* Sic lauantur medicamentorum alia priùs
  - *Contusa*, deinde in aqua tandiu infusa, donec resideant, deinde sensim ablata aqua, alia noua superinfunditur, atque aliquoties lauantur, donec aqua superinfusa limpida ac clara euadat, atq; hoc modo lauantur
    - *Calx.*
    - *Aloe.*
    - *Metalla*, &c.
  - *Liquefacta*, & in aqua infusa, baculóq; agitata donec clara aqua euadat: vt
    - *Resinæ.*
    - *Olea.*
    - *Pinguedines*, &c.
- *Extractio.* Sic extrahuntur
  - *Succi* ex herbis & radicibus, priùs contusis, deinde expressis, demum colatis succus ad spissitudinem coquitur: ex siccis verò priùs probè coctis, deinde expressis.
  - *Mucilagines* ex althea, malua, fœno græco, semine lini, &c. cum omphatio probè trita herba, exprimuntur. Alij tritas igni lento calefaciunt: alij tritas loco frigido, vt cella vinaria, vimineo vasi impositas, in catinum subiectum destillare permittunt: vel postridie succum exprimunt.
- *Expressio.* Sic exprimuntur herbæ, radices, decocta, succi, olea
  - *Manibus.*
  - *Torculari.*
  - *Panno* lineo, &c.
- *Colatio.* Colantur decocta, succi, infusa, syrupi, iulapia, olea, gummi liquata per
  - *Cribrum.*
  - *Pannum* lineum.
  - *Filtrum*, &c.
- *Clarificatio.* Sic clarificantur decocta, infusa, syrupi, iulapia, &c:
  - *Repositione.*
  - *Colatione.*
  - *Coctione* & despumatione.
  - *Ouorum* albis, priùs contusis, deinde mixtis, feruefactis & despumatis.
- *Despumatio. Despumantur.*
  - *Decocta*, *Succi*, *Mel* } *Cochleari* ferro perforato, spumam supernatantem auferendo.
  - *Saccharum* cum albis ouorum, priùs contusis, deinde simul feruefactis & despumatis, &c.

A. Subtili


A.
Subtilè modo præparantur medicamẽta per artẽ chymicã, seu destillationem: quæ est humoris per calorẽ in vaporẽ resoluti, ac frigore rursũ insp̃issati, eliquatio. Huiꝰ differentiæ . sumuntur à
Causis
Internis: videlicet
Materia. Sunt autem ex quibus aquæ vel olea extorquentur, aut
Herbæ: vt
Absynthium, Apium, Basilicum.
Calamentum, Chamemelum, Hyssopus.
Ina arthetica, Lauendula, Leuisticum.
Mentha, Origanum Polium.
Rosmarinum, Ruta, Serpillum.
Saluia, Sauina, Thymus, &c.
Semina: videlicet
Amomi, Ammi, Anethi.
Anisi, Carei, Cumini.
Dauci, Fœniculi, Nigellæ.
Petroselini, Sileris montani.
Santonici, &c.
Aromatica: vt
Angelica, Calamus aromat.
Cardamomum, Cariophylli.
Costus odoratus, Cinnamomum.
Cortices citri vel aurantij.
Cubebæ, Cyperus, Galanga.
Grana paradysi, Gingiber.
Iuniperi, Lauri, Macis, Nux moschata.
Piper nigrum, Zedoaria, &c.
Forma: quæ duplex est: per
Ascensum vti vapores sursũ elati, ibi concreti in aquã destillãt. Atq; hic modus facilior ac frequẽtior est: fitq; ab iis rebus, quæ faciliùs & minore negotio succum de se fundũt: cuiusmodi sunt
Herbæ suprà dictæ.
Semina
Aromatica
Lachrymæ.
Resinæ, &c.
Antè nominata.
Descensum, vbi vapores deorsum trusi, in aquam vel oleum destillant. Hæc autem destillatio fit ab iis rebus, quæ succum de se fundunt, aut
Faciliùs: vt rosæ, &c. quæ recẽtes linteolo super peluim tenso imponuntur. Inde patella vas integitur, ignitíque carbones super fundum ponuntur. Sic distillatur odoratissima & efficacissima aqua.
Contumaciùs: vt ligna, &c. quorum destillatio fit olla vitreata in scrobem terræ defossa, cui alia medicamentis referta, in fundo foraminibus pertusa, inseritur, terráque obruitur: supra quam lignis siccis accensis, medicamenti liquor per ollæ fundi foramina, in ollam inferiorem destillat & descendit. Vel fit inuersa bocia, quæ cum fornace optimo luto coniungitur: tum carbones superimponuntur circumcirca & accenduntur, ita vt principio ignis sit lentus, deinde maior, &c.
Agente. Fit calor vel
Humidus: atque vel
Aquæ feruentis. Balneum Mariæ vocatur, quod minùs agit in rem destillandam quàm vel ignis ipse per se; vel etiam per media alia sicca. In hoc destillamus ea, quorum vires ignis violentia dissipari nolumus, & quæ mitia integriora volumus. Aqua autem balnei non magis calere debet, quàm digitus tolerat.
Vaporis aquæ calidæ. In vapore aquæ feruentis destillamus ea potissimùm, quæ cum vino vel aqua ardente parantur medicamenta: vel quorum vires, & saporem odoremq; integriora esse cupimus. A calore enim illo miti, & totius herbæ substantia vapores exhalant, qui in aquam vertuntur, omnium herbæ partium vires adseruantem, quę ex odore & sapore apertè cognoscuntur.
Fimi equini. In hoc distillationes fiunt, si vel paupertas, vel alia causa impediat, quo minùs igne vti liceat: & vel solo fimo, vel cum calce paulatim irrigata, & sæpè mutata. Medico tamen recipiendæ non sunt, propter putredinem ac graueolentiam, præsertim si intra corpus sumendæ sint aquæ. Verùm huius præcipuus vsus est, vt materia destillanda in vase vitreo ei imposita calore ipsius præparetur, putrefiat, &c. Cæterùm fimi calor (propter calcem admistam) medio gradu caliditatem balnei Mariæ excidere videtur.
Siccus: & vel
Igneus: quo vtimur, vbi vehementissimo, atque ardentissimo nobis calore opus est: vt in his, quæ metallica constant substantia. Ex his namq; igneæ caliditatis vehementia aquæ vel olea extrahuntur, cum in cucurbita inclusa igni imponuntur, &c. Ignis autem fiat ex carbonibus accensis: vel etiam lignis siccis, non semiputridis.
Aereus
Solaris. Per solarium radiorum calorem varij flores destillantur, vt odorem & qualitatem retineant. Fiunt autem huiusmodi destillationes, cum cauũ ignitum speculum, solis splendori obuertitur, vitrum cui materia ineſt, inter solis radios, & speculum collocatur, ita vt radij solares in speculo ad vitrum, secundum adiectam figuram, se reuerberent.
Igneus. Balneum aereum siccum appellatur. in hoc potissimum olea & aquæ tam ex seminibus herbarum, quàm fructuum & aromaticis eliciuntur, quæ vires, saporem & odorem egregiè retinent.
Terreus. Sic medicamentorum alia destillantur in
Cineribus calidis: vt olea & aquæ. Aquæ mitissimo calore, qui manu, tum cineres, tum ipsa destillatoria vasa tangendo, discernitur. Olea verò maiori igni & calore vehementiore indigent nempe ficciore. Cineres autem cribrati esse debent. Cæterùm in cineribus destillantur, quæ sicca in vino infusa & macerata fuerunt, eundem prorsus odorem saporémque redditura. Huiusmodi aquæ diutius, quàm quæ in balneo Mariæ vel vapore aquæ calentis destillantur, seruari possunt.
Arena tenui
Scoria ferri
In his destillantur olea, atque ea, quæ vehementiore calore indigent. Sed hęc paulatim calefacienda, atque refrigeranda ne vasa destillatoria rumpantur.
Farina laterum: destillatio omnium optima, atque tutior est. Calorem enim æqualiter fouet, & vitra non æquè facilè rumpit, quæ duo in destillationibus præneceſſaria sunt.
Efficiente: & vel
Externis: videlicet
Fine.
Instrumento. Vide in sequentibus sub signo A.
Accidentibus. Vide in sequentibus sub signo B.

Instru-

A. *Instrumenta* ad destillationē necessaria varia sunt. Eorū namque alia sunt

*Propinqua* seu immediata: vt

*Cucurbita*, in qua ponitur, quod destillādum est. Huius quoque differentiæ habentur aut à

*Materia*. Sic earum alia

*Vitrea*, quæ omnium optima est, præsertim ex vitro albo facta, quia purior ac densior.
*Aurea*, quæ in bonitate secundum locum habet. Atque his vtimur cum de fractura timemus, & cum melior qualitas est addenda.
*Argentea*, quæ aureæ succedit.
*Terrea* seu figulina, quæ post vitream quartum in bonitate locum obtinet, præsertim si ex luto puriore & diligenter cocto, atque intus foriſque lutato fuerit.
*Ferrea*, quæ si ex puro ac optimo ferro fuerit confecta, non est vituperanda, quòd nulla praua qualitas inde in materiam seu liquores redundet. Et vtimur his vbi firmitate opus est. Hæc quintum in ordine locum habet.

*Stannea* / *Plumbea* } *Hæ* { *Propter* ceruſſam & qualitates alias plumbi maleficas, improbandæ. Et in sextum ordinem reponuntur: licet ſtanneæ præferantur.

*Forma*

*Cuprea* / *Aerea* } *Hæ* duo incommoda habent, primùm, quòd aquas reddunt ad rufum colorem declinātes, & vſtilagine vitiatas: deinde quòd ſemper vis quædā venenoſa inſit eis magis quàm cæteris metallis: quapropter meritò poſtremum locum habent.

*Qualitatis*. Sic earum alia

*Recta*, quæ pro illis rebus ad deſtillandum apta est, quæ faciliùs & leuiori calore, in altum ſubleuantur: vt ſunt herbæ, flores, radices, ſemina, &c.
*Curua*. Retorta vocatur, quæ idonea deſtillationis illis est, quæ non poſſunt altiùs attolli, & quæ vehementiorem ignem requirunt: vt ſunt olea, pinguedines, & metallica, &c.

*Quantitatis*. Sic earum alia vel

*Breuis*, præſertim collo: in qua deſtillantur, quæ altiùs aſcendere non valēt: cuiuſmodi ſunt olea & pinguia, &c.
*Longa*, qua vtimur cum liquorem puriorem & ſynceriorem efficaciorémque requirimus: idonea valde ad vinum deſtillandum, &c.
*Lata*, ac capax, qua vtimur, cum materia deſtillanda multa est.
*Angusta*.

*Capitellum*, seu Alembicū: est vas ſuperius, capitis quandam ſpeciē præ ſe ferens. Hoc etiam variat ratione

*Qualitatis*. Sic alembicum vel

*Cæcum*: atq; aut { *Cum* limbo, quo vtimur, cū phlegma ab aliquibus aquis vel oleis, in Sole, aut alio loco calido abſtrahere volumus. *Sine* limbo, quod præparationi, rectificationi ſeu circulationi idoneum est.
*Roſtratum*, per quod guttæ concretæ effluentes deſtillant in vas ſubiectum, quod recipiens nuncupatur.

*Quantitatis*. Sic alembicum est capite { *Amplo* & largo, à quo aquæ & olea copioſiora atque præſtantiora fluunt. *Angusto*: aquas & olea minùs præſtantiora reddit.

*Vas* recipiens: est plerumq; phiala vitrea collo oblongo, cuius ori alembici naſus inſeritur. Atque est aut { *Mediocre*: videlicet pro copia vaporum in vaſis collecta, &c. *Magnum*, ſeu maximum & ampliſſimū, quo vtimur cum olea ex metallicis deſtillamus, &c.

*Remota*, ſeu mediata ſunt Fornaces, quarum differentiæ ſumuntur tùm à

*Materia*, ex qua conſiciuntur. Sunt autem

*Lateres*, qui optimi ſunt crudi, probè tamen Sole arefacti. Quia coctis ſunt tractabiliores, & ad quamcunq; etiam formam ferro facilè incidi poſſunt. Quare priùs in humidum locum, velut in cellam, vt fero tractari meliùs poſſint, erunt recondendi, &c.
*Lutum*, quod pingue ſit, è floxis de panno abraſis & fimo equino ſimul ſubactis. Madefiat autem in aqua multum ſalita, &c.

*Forma*. Sic fornax

*Balnei* Mariæ, ſi ſphærica, in qua lapides ſic aptandi veniūt, ne iuncturæ cōueniant, ſed inæquales fiant, ſic enim firmior fiet conſtructio. Quātitatis verò ſit ſecundum alieni proportionem, ac denſitas ſeu parietum craſſities pro arbitrio tuo. Huic fornaci, vas æneum grande ſuperponatur, aqua plenū, ei verò vaſi æneo vaſcula in arcum ſuperponātur quā plurima poſſunt, in quorum fundo res deſtillanda infit. Balneū autem Mariæ commodè calefit cum amplo canali è cupro in medium immiſſo, in cuius imo craticula est, vt cineres defluant. Imponitur & operculum, è cupro, cum paruo canali tranſuerſo, qui per feneſtram aut foramen aliquod fumum efferat, &c.
*Vaporis* aquæ calidę, fiat ſimilis fornaci balnei Mariæ, niſi quòd vas æneū altius, maiuſq; atq; aqua ſemiplenum tantùm ſit, ita vt vas deſtillatorium aquam bullientem non attingat, ſed ſolo vaporifero humore, ab ea eleuato, inclareſcat, &c.
*Arenæ*, ſeu cinerum, ſit huiuſmodi. In loco aliquo conuenienti, quadram vel rotundam fornacem ſtrues, ea capacitate, quæ mediocri cucurbitæ imponendæ ſatisfaciat: parietes ex lateribus eriges, quos luto optimè præparato conglutinabis. Altitudo pedes duos nō multùm exceder. Parietes intus pedis plus minus ſpatio diſtabunt. conſtructo iam fundo, oſtium fiet, vbi cineres eximātur, qui à carbonib⁹ à ſuperſtructa ſtatim craticula decidérint. E directo ſummitatis oſtij, ferream cratem lateribus inſertam conſtitues. Super hāc oſtiū aliud, per quod carbones immittantur: ac ſuper oſtij ſummitatē rurſus crucem ferreā, lateribus & ipſam inſertam collocabis. Cæterùm ſuper hanc crucem lebetem in ſummo ferream vel terream impones, eam vel cineribus vel arena implebis, & luto circumponatur in fornacis apice quatuor foramina fiant, per quę fumus exeat, &c.
*Ignis*, eodem modo inſtruatur, quo de cinerum fornace ſuprà dictum est, niſi quòd lebete careat ferreo, vel terreo: & quòd crux ferrea in medio caua ſit, vt vas deſtillatorium commodè recipere poſſit, &c.
*Balnei* aerei ſicci, eodē modo cōſtruatur, vt ignis materiā in cucurbita velvaſe cōtētā nullo modo tāgat, ſed tantū è longinquo, mediāte ſcilicet aere multū incalefacto, calefaciat.

B. *Deſtil-*


Destillationũ differẽtiæ sumuntur etiã ab accidentibus: videlicet
Qualitate, Sic materia
Destillanda, aut est
Calida: vt
Absinthium.
Apium.
Agrimonia.
Arthemisia.
Betonica, &c.
Frigida: vt
Acetosa.
Cucurbita.
Endiuia.
Portulaca, &c.
Humida: vt
Lactuca.
Semperuiuum.
Viola, &c.
Sicca: vt
Ruta.
Nigella, &c.
Destillata, vt aqua vel oleum, vires simplicium, à quibus extrahuntur, retinent.
Quãtitate
Materiæ
Recentis, sic pro magnitudine & capacitate cucurbitæ seu bociæ, ita tamen, vt ad dimidiã vel tertiam partem cucurbita vacua permaneat.
Siccæ. Hæc liquore aliquo temperanda est, ita vt singulis vncijs materiæ siccæ destillanda vna libra liquoris permisceatur.
Caloris. Sic medicamentorum alia destillantur in gradu caloris
Primo: videlicet
Balneo Mariæ
Vapore aquæ calidæ
Fimo equino
Cuiusmodi sunt
Herbæ
Flores
Recentes.
Vinum.
Et reliqua, quæ facili negotio sursum pelluntur.
Secundo: videlicet
Cineribus
Arena, &c
Vt sunt
Semina.
Aromata.
Olea.
Et cætera, quæ difficiliùs ascendunt.
Tertio: videlicet igne: vt metallica.
Loco. Sic materia
Destillanda, destillatur vel in
Balneo Mariæ.
Vapore aquæ calidæ.
Fimo equino.
Cineribus.
Arena.
Aereo balneo sicco, calidóque
Igne.
Destillata (cuiusmodi sunt olea) aut
Fundum petit: vt oleum
Cinnamomi.
Cariophillorum.
Macis, &c.
Innatat: vt oleum
Anisi.
Cardamomi.
Piperis, &c.
Tempore
Collectionis. Sic herbæ destillandæ, flores aliaq; ex plantis, in ipsa maturitate colligi debent: præcipuè verò crescente luna, cœlo sereno, & per diem in vmbra relinqui, deinde destillari, &c.
Digestionis. Sic
Herbæ
Recentes, breuiore tempore ad digestionem indigent, cum in vino vel liquore alio macerantur: videlicet tribus diebus.
Aridæ, paulò longiore, videlicet septem diebus indigent.
Semina
Aromata
Duodecim vel quatuordecim diebus indigent.
Radices, mense, aut longiore, aut breuiore tempore indigent, præsertim si fuerint recentes.
Metalla longo tempore ad digestionem opus habent.
Præparatione. Vide in sequentibus sub signo **

- *Incidenda* cultro, vel contundenda pistillo, si recens fuerit.
- *Conterenda*, si fuerit ficca, non quidem minutatim, sed crassè.
- *Infundenda* in liquore, aliquo si sicca fuerit.

*Destillandæ.* Sic materia destillanda' est prius

*Putrefacienda* seu digerenda aut in
- *Fimo* equino, in vase vitreo, probè obturato per dies aliquot.
- *Vinaceis*, per autumnum.
- *Hypocausto* iuxta fornacem tempore hyberno, in arena vel cineribus calidis.
- *Sole*, tempore æstiuo.
- *Balneo* Mariæ.

*Vt* autem commodè digeras, pone materiam destillandam in cucurbitâ vitream cum alumbico cæco, atque vase totum in fimo occultetur, aut vinaceis, &c.

*Materiæ*

*Aquæ* destillatæ
- *Insolantur* & rectificantur in vase vitreo, ad tertiam vsque partem repleto & corio obstructo, atque in arenam feruentem imposito, per quadraginta dies, vt phlegma omne consumatur. debet autem tertia pars in arena condi. Destillatæ verò calidæ facultatis aquæ, in vino aut aqua ardente priùs infusæ, ne nimio calore homini noceat, loco frigido in arena humida per mensem aut ampliùs, relinquantur, similiter tertia parte vasis in arenam condita, &c.
- *Circulantur*, ad quam circulationem optimus est pellicanus. Verùm ad hanc media pars vasis aut saltem tertia, in aerem liberum & frigidum eminere debet.

*Destillatæ.* Sic

*Olea*
- *Rectificantur*, si in vase aqua pleno decoquantur, per aliquod tempus ad olei tertiam partem: & sic humiditas excrementitia, si quæ fuerit, facilè consumetur, & oleum rectificabitur.
- *Separantur* ab aqua infundibulo vitreo: idq; commodè fiet, si infundibuli fistula vel cuspis ima cera obstruantur, & sic collocetur, vt fistula versus ima propendeat, pars q; latior superior sit, & sic infundatur totum destillatum, eodemque situ teneatur ad horas aliquot, aut etiam dies. Post temporis itaque spatium facta segregatione diuersarum partium à sua ipsarum natura, tunc obturans materia celeriter & dextrè amoueatur: & obtenso digito educ, quod & quantum, & quando voles.

** *Destillationũ* differẽtiæ sumuntur etiã à præparatione

*Instrumentorum*

*Vasorum.* Sic.
- *Capitellum* cum cucurbita perlutãdum est, ne odores & qualitates eorum quæ destillantur, expirent: quod commodè fiet, si caput cum corpore, & rostrum extremum cum recipiente committantur, aut calce cum albumine oui misto, aut argilla & pilis: vt inferiùs dicetur.
- *Cucurbita* incrustatur, seu loricatur luto, vt ab ignis vehementia tueatur, minusq; frangatur.
- *Capitellum* refrigeratur inter destillandum, vel pannis aqua frigida madefactis, vel alio instrumento ad id apto, vt citiùs spiritus & vapores condensentur.

*Luti.* Sic lutũ pro
- *Fornacibus* extruendis, sit ex creta aut argilla tenaci & viscosa, cui parum arenæ aut sabuli, & filamenta panni, & stercus equinum permixta fuerint: consistentia plus molli, quàm dura aut sicca,
- *Vasis* illinendis, sit ex luti tenacis & pinguis lb. iij, farinæ tegularum cribratæ, battituræ ferri tritæ, arenæ tritæ & cribratæ, sing. lb. j. omnibus simul mistis & incorporatis cum lana tonsa, cucurbitæ illinantur.
- *Ruptis* ac fissis coniungendis & vniendis, sit ex minio, vitro contrito & vernice liquida, ac pauco oleo lini, simul omnibus mistis, panno lubtili iuncturis imponatur, &c.
- *Vitris* claudendis, commodè adhibetur farina, calx, & bolus armenus, permista in forma pastæ.

# De Medicamentorum differentiis, in specie.

*Medicamentorum* differentię in specie, à superioribus causis deducũtur. Medicamenta igitur alia conferunt ad

*Sanitatem* vel conseruandam, vel præseruandam, vel restituendam. Hæc autem medicamenta cùm sint corpora mixta, mixtio ipsorum sit vel

*Naturæ* atq; horum alia colliguntur ex corporibus, aut
- *Simplicibus.* Vide in sequ. sub signo A A.
- *Mixtis.* Vide in sequentibus sub signo B B.

*Arte.* Vide in sequentibus sub signo C C.

*Ornatum.* Vide in sequentibus sub signo D D.

De Sim-

# AA. De Simplicibus medicamentis.




# BB. De Medicamentis mixtis.

*Metalla.* Vide in ſequentibus ſub ſigno. I.



I. *Metalla* agunt qualitate vel

- *Prima.* Sic eorum alia
  - *Calida*: vt
    - *Auripigmentum*, Aerugo, Aes vstum. Alumen. Borax.
    - *Chalcitis*, Cinnabaris, Diphriges, Flos æris, Chalcantum.
    - *Nitrum*, Sulphur, Sal, Squamma æris, &c.
  - *Frigida*: vt
    - *Litharg yros* seu argenti spuma.
    - *Plumbum* elotum atq; vstum.
    - *Saccharum* candi.
    - *Spodium*, Squamma ferri & stomomatis.
    - *Stibium*, Pompholyx seu Thutia, &c.
- *Secunda.* Sic horum alia
  - *Astringentia*: vt
    - *Argentum*, Aerugo, Aes vstum, Aeris flos & squamma.
    - *Auripigmentum*, Alumen, Borax, Chalcantum, Chalcitis.
    - *Cinnabaris*, Diphriges, Lithargyros, Plumbum, Sal.
    - *Spodium*, Squamma ferri, Stibium, Thutia.
  - *Discutientia*: vt — *Nitrum*, Sulphur. / *Sal*, &c.
  - *Glutinantia* & cicatricem inducentia: vt
    - *Argentum*, Alumen, Aerugo, Chalcitis.
    - *Diphriges*, Plumbum, Aes vstum.
    - *Stibium*, Thutia, &c.
  - *Erodentia* seu carnis excrescentia depascentia: vt
    - *Aerugo*, Flos æris, Calx, Chalcitis.
    - *Diphriges*, Lithargyros.
    - *Auripigmentum*, Aes vstum, Sal. &c.
  - *Dolorem* mitigantia: vt
    - *Nitrum*, Sal.
    - *Squamma* ferri, &c.
  - *Purgantia*: vt
    - *Aerugo*, Alumen, Borax seu Chrysocolla.
    - *Nitrum*, Sulphur, Aes vstum, Sal, &c.
    - *Stibium* præparatum: cuius
      - *Dosis* à g. iv. ad 7. vel. 9.
      - *Correctio*, Tragacanthum.

II. *Medicamen*torũ differẽtiæ ab aqua sumptæ variæ sunt: videlicet

- *Ambarum*
  - *Calefacit*, Siccat.
  - *Cerebrum* / *Cor* — Roborat.
  - *Senibus* & natura frigidis mirificè opem præstat.
  - *Vino* infusum, temulentos efficit.
- *Asphaltum*, Bitumen, Naphta
  - *Calefacit*, Discutit, Glutinat, Emollit.
  - *Ab* inflammatione tuetur.
  - *Contra* *Veteri* procidentiam / *Strangulationes* / *Morbum* comitialem — *Suffitu* prodest.
  - *Tussim* veterem iuuat.
  - *Dentium* dolores mitigat.
  - *Cœliacis*, Dysentericis, Podagricis / *Articulorum* doloribus / *Lethargicis*, &c. — Confert.
- *Mumia*
  - *Calefacit* & siccat, Astringit.
  - *Sanguinis* profluuia sistit.
  - *Cruentas* excreationes sanat.
  - *Hemicrania* / *Paralysi* / *Comitiali* morbo / *Vertigini* — Medetur.
  - *Diuturnos* capitis dolores tollit, &c.
- *Coralliũ*
  - *Refrigerat*, Abstringit.
  - *Excrescentia* coërcet.
  - *Oculorum* cicatrices abstergit.
  - *Cicatricem* inducit.
  - *Sanguinem* sistit.
  - *Vrinæ* difficultati auxiliatur.
  - *Lienem* absumit, aqua potum.
  - *Morbo* comitiali prodest.
  - *Dentes* commotos firmat.
  - *Oris* vlcera sanat.
  - *Dysenteriam* curat.
  - *Menses* / *Albos* vteri fluores — Reprimit.
  - *Cor* confortat atque exhilarat.
- *Margaritæ*
  - *Ad* cordis affectus præcipuam opẽ ferunt.
  - *Oculorum* nubeculas detergunt, &c.
- *Blatta* Bizantia, seu vnguis odoratus
  - *Ad* suffitus, idoneus.
  - *Contra* *Veteri* strangulationes / *Comitiales* — Valens.
  - *Ventrem* emolliunt, poti.
- *Succinum*
  - *Astringit.*
  - *Menses* / *Sputum* sanguinis — Sistit.
  - *Vlcera* pectoris ac pulmonis consolidat, &c.


III. Medicamentorum differentiæ sumuntur etiã à corporib⁹ animatis
Sine sẽ su, & vel
Cum sensu. Vide in sequentibus sub signo k.
Terrestribus: nimirum plantis & aboribus. Sunt au tẽ huiusmodi aut
Aquatilibus: vt spongia vsta
Acris est, & digerentis facultatis.
Similia vlcera siccat.
Abstergit.
Astringit, &c.
Folia q̃ vel agũt qualitate
Prima: atq; eorũ alia
Temperata: vt
Adiantum.
Asparagus, &c.
Intemperata
Calida in gradu
Primo: vt
Absynthium, Althea, Brassica.
Bugloſſa, Beta, Chamæmelum.
Eupatorium, Cassutha, Sesamum.
Malobatrum, Spica nardi, &c.
Secundo: vt
Apium, Anethum, Arthemisia.
Chamæpitys, Peucedanum, Melissa.
Intybũ, Marrubiũ, Ocimum, Polium.
Tertio: vt
Abrotanum, Ammi, Anethum aridum.
Asarum, Anisum, Agnus, Arum.
Antomum, Camædrys, Cuminum.
Calamenthum, Epithymũ, Fœniculum.
Hyssopum, Mentha, Menthastrum.
Origanum, Petroselinum, Pulegium.
Raphanus, Ruta, Maiorana, Sabina.
Saluia, Sisimbrium, Trifolium, &c.
Quarto: vt
Allium, Costus, Lepidium.
Thitymalli, Nasturtium, Porrum.
Ruta sylueſtris, Sinapi, &c.
Frigida: in gradu
Primo: vt
Attriplex, Gramen.
Malua. Myrtus.
Viola, &c.
Secũdo: vt
Blitum, Lactuca, Lens paluſtris.
Rhu obsoniorũ Intybũ, Hyacinthus.
Plantago, Poligonũ, Psillũ, Solanum.
Tertio: vt
Portulaca, Mandragora.
Semperuiuum, Hyosciamus, &c.
Quarto: vt — Cicuta, Papauer, &c.
Humida: in gradu
Primo: vt
Bugloſſum, Intybum, Malua.
Helxine. Sesamum, &c.
Secundo: vt
Atriplex, Lactuca.
Lens paluſtris, Blitum.
Portulaca, Viola, &c.
Sicca in gradu
Primo: vt
Braſſica, Beta, Chamæmelum.
Fœniculum, Hyacinthus, Myrtus, &c.
Secũdo: vt
Arthemiſia, Anethum viride.
Burſa paſtoris, Cassutha.
Intybum, Plantago, Gingidium.
Mentha, Roſmarinus, Spica nardi, &c.
Tertio: vt
Abrotanum vſtum, Anetum vſtum.
Apium, Asarum, Ammi, Anisum.
Abſinthium, Calamintha, Cuminum.
Peucedanum, Petroselinum, Ruta.
Chamedris, Chamæpitys, Epithymum.
Hyſſopum, Marrubium, Origanum.
Maiorana, Siſimbriũ, Trifol. Sabina, &c.
Secunda. Vide in sequentibus sub signo IV.
Flores. Vide in sequentibus sub signo a.
Fructus. Vide in sequentibus sub signo b.
Semina. Vide in sequentibus sub signo c.
Radices. Vide in sequentibus sub signo d.
Liquores. Vide in sequentibus sub signo e.
Succi. Vide in sequentibus sub signo f.
Gummi. Vide in sequentibus sub signo g.
Cortices. Vide in sequentibus sub signo h.
*Arida*, quæ cõstant ex sale vel milio torrefactis, vel eruo, vel panico, vel auena, vel hordeo, vel cumino, interdum ex arena: quodlibet etiã calefacto, & in linteũ vel sacculos lineos coniecto. Hæc tenues & aquosos humores dissipãt, euacuãtq;. Verũ de his inferiùs, vbi de sacculis mẽtionẽ faciem⁹, agemus, &c.

μ. Epi-

μ.
*Epithemata* veteribus malagmata vocabantur, diuersa quā olim ratione è stillatitijs liquorib. adiectis specieb. aliquot, componuntur. Ea autem magna ex parte fic miſcent, vt ℔. vni liquorum ʒ.j.S. aut duæ ſpecierū reſpondeāt. Horū alia conferūt

- *Omnibus* corporis partibus in febribus: vt
  - ℞. *Succi* lactucæ, vuæ immaturæ, portulacæ, ſolani, vmbilici Veneris, ana ʒ.iii.
  - His ſpongia aut linteum imbutum, partibus, quæ febris veluti fomites ſunt, imponi debent.
- *Aliquibus* videlicet
  - *Cordi*: in
    - *Febri* continua: vt
      - ℞. *Aquarum* roſ. cichorij, bugloſſi, ana ʒ.ij.S. Intybi ʒ.i.S.
      - *Pul.* diamargariton frigidi ʒ.S.
      - *Diagemmæ*, ſantali citrini, coralli, rubri, ana ϑ.i.
      - *Scobis* eboris ϑ.S. Margaritarum g.xij.
      - *Croci* g. ii. Vini & aceti roſ. ana ʒ.i.S.
      - Linteum vel ſpongia his omnibus imbuta, hora vna, vel ſeſquihora ante cibum cordis regioni applicetur, per ætatem, frigidū ſæpiusq; mutetur.
    - *Ardentibus*, febribus: vt
      - ℞. *Aquarum* bugloſſi, roſarum, ana ʒ.iii.
      - *Violarum* ʒ. vi. Spec. diamarg. frig. ʒ.i.
      - *Cryſtalli* ʒ.i.S. Succi citri ʒ.S.
      - Miſceantur.
    - *Virium* imbecillitate, ex ſpiritibus reſolutis & extinctis: vt
      - ℞. *Aquarū* bugloſſæ, meliſſæ, flor. arantiorū, ana ʒ.iii.
      - *Ex* floribus myrti, vel roſarum ʒ ii.
      - *Vini* Cretici ʒ.i. Spec. diagemmæ ʒ.i.
      - *Trochiſcorum* caphuræ ϑ.i.
      - Mixta cordi applicentur.
  - *Iecori*
    - *Supercalefacto*: vt
      - ℞. *Aquarum* roſarum, intybi, cichorii, ſolani, ana ʒ.iii.
      - *Aceti* roſati. ʒ .i.
      - *Spec.* diatrion ſantalon ʒ.ii.
      - *Spodij* ʒ.i.S.
      - Mixta omnia regioni iecoris admoueantur.
    - *Obſtructo*: vt
      - ℞. *Cichorij* cum rad. Intybi recentis cuiatorii, ana M.i.
      - *Abſynthij* M.S. Florum cichorii P.i.
      - *Sem.* quatuor frig. maiorum & minorum, ana ʒ.i.S.
      - *Cyperi* ʒ.ii Lupinorum ʒ.iii.
      - *Santalorum* omnium, ana ʒ.i, Iunci odorati ʒ.S.
      - Hæc omnia in ſacculum coniecta ex octo aquæ vncijs, vini & aceti ana ʒ.ii. in vaſe fictili cooperto ſimul ad ignē inferueſcāt, & epithematis modo applicentur.
  - *Vētriculo*
    - *Debili*: vt
      - ℞. *Roſarum* rub. P.ii. Plantaginis M.i.
      - *Abſynthij* M.S. Omnium ſantalorum, ana ʒ.ii.
      - *Coralli* rubri ʒ.iii.
      - Omnia ſacculo impoſita ex aqua cum momento aceti & vini coquantur: linteum duplicatum hoc iure calido imbutum ventriculo admoueatur.
    - *Bilioſo*: vt
      - ℞. *Acetoſæ*, intybi, ana M.i.
      - *Altheæ* cum rad. M.S. Abſynthii ſicci P.i.S.
      - *Roſ.* rubr. P.i. Coriandri præparati ʒ.S.
      - *Santalorum* omnium, ana ʒ.i.S. Berberorum ʒ.ii.
      - Decoquantur ex aqua ℔. ii. in ſacculo ad tertias, cui addantur ſucci cotoneorum ʒ.iii.
    - *Pituitoſo*: vt
      - ℞. *Meliloti*, chamęmeli. maluę, altheæ, mēthæ, abſynthii, ana M.i.
      - *Nardi* M.i.
      - Omnia ex aqua in ſacculo coquantur: iuri addatur olei roſacei, abſynthii, maſtichini, ana ʒ.S. adipis anſerini ʒ. ii. Ventri cū ſpongia applicentur.
    - *Dolenti*: ex cauſa
      - *Calida*: vt
        - *Decoquantur* herbæ frigidæ ſuperiùs nominatæ in aqua ad dimidias, ſpongiæ aut lintea iure iſto madida & expreſſa ventriculo imponātur: deinde vnguenta odora illinantur.
      - *Frigida*: vt
        - ℞. *Menthæ*, pulegii, calaminthæ, anethi, ana M.i.
        - *Flor.* chamæmeli, meliloti, ana P.S. Roſ. rub. P.i.
        - *Nardi*, iunci odorati, ana ʒ.ii.
        - *Sem.* aniſi, carui, dauci, anethi, fœniculi, ana ʒ.i.
        - *Sem.* lini ʒ.iii. Galangæ, zedoariæ, ana ϑ.i.
        - *Caryophillorum*, nucis moſchatæ, ligni aloes, ana ϑ.i.
        - In aquæ & vini æquis partibus decoquantur.
  - *Teſticulis* in febribus ardentibus: vt
    - ℞. *Aquarum* roſ. ʒ.viii. Acetoſæ, nymphææ, bugloſſi, ana ʒ.iii.
    - *Santalorum* omnium, corallii vtriuſque, ana ʒ.i.S, Croci ϑ.S.
    - *Aceti* ʒ.S. Caphuræ g.iii. Miſce.
  - *Arterijs*, iuxta manum: vt
    - ℞. *Caryophillorum*, nucis moſchatæ, ligni aloes, cinnamomi, ana ϑ.i.
    - *Aquarum* roſarum, bugloſſæ, borraginis, ana ʒ.i.
    - *Aceti* roſacei, ʒ.ii.
    - His cōmixtis, linteum aut pannum ſericum duplex imbutū, obducitur.
  - *Capiti* dolenti ex calida cauſa: vt
    - ℞. *Aquarum* roſarum, lactucæ, ana ʒ.iii.
    - *Albuminum* ouorum, numero i.
    - *Olei* roſacei ʒ.S. vel, ʒ.i. Aceti roſ. ʒ. S. Miſce.

v.
*Inſeſſus*, eſt dimidium ſolium, cui ægri ad ventriculum vſque tantũmodo inſident, crturibus & brachijs exemptis. Horũ vſus ob balneorum defectum, aut ægri imbecillitatem exiſtit. Vtimur aũt his potiſſimũ in renum, veſicæ, coli, ani & vteri malis. Variantur autem pro morborum diuerſitate: ita vt eorum alij cõferant ad

- *Dolorem*
  - *Colicum*: vt
    - ℞ *Altheæ*, rutæ, maioranæ, arthemiſiæ, ana M.ij.
    - *Fol.* lauri ℥.ij S.
    - *Sem.* apij, aniſi, cumini, ana ℥.ij.
    - In aqua decoquantur, quanta ſolium dimidium repleat.
  - *Nephriticum*, & colicum, cum flatuum copia: vt
    - ℞ *Anethi*, origani, calaminthæ, chamomillæ, lauri, ana M.iiij.
    - *Sem.* carui, cumini, aniſi, fœniculi, fœnigræci, ana ℥.ij.
    - *Baccarum* lauri ℥.S.
    - *Maluæ*, altheæ, parietariæ, violarum, ana M.j.
    - Coquantur in aqua, &c.
- *Anum* prolapſum: vt
  - ℞. *Plantaginis* M.j.
  - *Roſarum* rubr. M.S.
  - In aqua decoquantur, cui antea chalybs fuerit extincta.
- *Vteri* fluorem nimium, & hæmorrhoidas ani: vt
  - ℞. *Plantaginis* polygonij, equiſeti, rubi foliorum, ana M.j.
  - *Roſ.* P.iiij. Malicorij ℥.ij.
  - *Rad.* ſymphyti ℥.j. S. Calicum glandium ℥.j.
  - Decoquantur in aqua pluuiali, cui chalybs fuerit extincta.
- *Renes* inflammatos: vt
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, ana, M.iiij.
  - *Sem.* lini, fœnigræci, ana ℥.ij.
  - Decoquantur in aqua, &c.
- *Calculoſos*: vt
  - ℞. *Raparum* paſtinacæ, ſiſeris, chamomillæ, florum Verbaſci, Betonicæ, Brunellæ, Aquilegij, rutæ murariæ, arthemiſiæ, ana M.j. Coquantur in aqua cœleſti, &c. Vel
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, chamomillæ, meliloti, parietariæ, ana M.ij.
  - *Rad.* Maluæ ℔.S. Rad. fœniculi ℥.iij. Sem. lini ℥.iij.
  - *Fœnigræci* ℥.ij. Rubiæ tinct. ℥.j. In aqua coquantur.
- *Menſtrua* prouocanda: vt
  - ℞. *Arthemiſiæ*, roriſmarini, marrubij, thymi, calaminthæ, ana M.ij.
  - *Sabinæ* M.j. Fol. lauri P.iij. Flor. roriſm. ſambuci, ana P.ij. Rad. cyperi ℥.ij.
  - *Valerianæ*, apij, petroſelini, fœniculi, ana ℥.j. Gran. iuniperi ℥.j.S.
  - Omnia inciſa, ſacculoq; condita, coquantur ex aqua fluuiali, &c.
- *Hæmorrhoides*: vt
  - ℞. *Verbaſci*, plantaginis, ana M.j.
  - *Florum* Verbaſci P.j. Sem. lini ℥.ij.
  - *Cort.* mal. punicorum, balauſtiorum, rhus obſoniorum, baccarum myrti, ana ℥.j.S.
  - In aqua & vino auſtero decoquantur ad inſeſſum.
- *Vteri* inflammationem: vt
  - ℞. *Rutæ*, pulegij, nepitæ, marrubij, thymi, arthemiſiæ, altheæ, ana q.ſ.
  - Ad inſeſſum decoquantur. Poſt huius vſum, vterus oleo laurino vel nardino inungatur.
- *Teneſmum*: vt
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, violariæ, verbaſci, ana M.j.
  - *Florum* verbaſci. P.j. Sem. lini ℔.S.
  - In horum decocto ex aqua, æger ad vmbilicum vſque inſideat.
- *Vulnera*. Aquæ & oleo, æquis partibus ſolio inditis, ægri ad vmbilicum vſque inſideant.
- *Podagram*, &c. vt
  - ℞. *Lixiuij* ex fagi cineribus parati, & quater colati, vini, ana partes æquales.
  - *Aluminis* ℥.ij.
  - Omnia in fictili vitreato calefiant ad ignem, ſed ita vt non ferueſcant, deinde transfundantur in vas, in quo pedes conſiſtere poterunt, vt aqua ſupra talos excedat, fiatq; pedum lotio, &c.

p.
*Medicamenta*, quæ figurã pinguem habent, ſunt olea, parata aut modo

- *Craſſo*: hoc eſt per impreſſionẽ. Horũ alia
  - *Calida*: atque vel accommodata
    - *Capiti*, ſunt omnia ferè.
    - *Thoraci*, vt
      - *Amygdalarum* dulcium.
      - *Seſaminum*, Irinum.
      - *Leucoion*, &c.
    - *Ventriculo*: vt oleum
      - *Abſynthij*.
      - *Menthæ*, Maſticis.
      - *Nardinum*, &c.
    - *Hepati*: ſunt eadem, quæ ventriculo competunt.
    - *Lieni*: vt
      - *De* capparibus, Spicæ.
      - *Irinum*, Nardinum.
      - *Amygd.* amarrarum, Behen, &c.
    - *Vtero*: vt
      - *Irinum*, Nardinum.
      - *Cicinum*, Leucoion.
      - *Anethinum*, Spicæ, &c.
    - *Articulis*: vt
      - *Rutæ*, Spicæ.
      - *Nucum*, Laurinum,
      - *Vulpinum*, Coſtinum, &c.
  - *Frigida*: atque vel accommodata
    - *Capiti*: vt oleum
      - *Violarum*, Roſarum.
      - *De* papauere.
      - *Nymphææ*, &c.
    - *Thoraci*: vt
      - *Violarum*.
      - *Nymphææ*, &c.
    - *Ventriculo*: vt
      - *Roſarum*.
      - *Citoniorum*.
      - *Myrtinum*, &c.
    - *Hepati*: vt
      - *Roſarum* Citoniorum.
      - *Myrtinum*.
      - *Omphacinum*, &c.
    - *Vtero*: vt
      - *Violarum*.
      - *Roſarum*, &c.
- *Subtili*, ſeu Chymico. Vide in ſequentibus ſignum a a.

a a. *Olea*, chymico modo parata, per distillationem fiunt. Horum alia distillantur ex

*Herbis*, earumq; floribus, ex quibus parum olei elicitur. Primùm herbæ vel flores earum inciduntur, contunduntur q; : deinde induntur vitro, miscentur q; postea, si siccæ valde sint, aqua fontana perfunduntur: sin humidæ & aquosæ fuerint, per se vase occluso, in sole alióve loco calido macerantur, quoad oleum in superficie appareat, quod inuerso vitro, & cæra perforata relictis fæcibus seiungitur. Hoc deinde cum aqua effluente simul ampullæ imponitur, & ex feruescente euocatur rursus. Aliàs herbæ & flores ita maceratiex balneo pariter destillantur, postea oleum separatur.

*Easdem*, quas herbæ vnde fiunt vires obtinent, sed multò efficaciores.

*Seminibus*: quæ contusa conquassataq; in fimo equino macerãtur dũ putrescãt: deinde vinũ stillatitiũ, vel aqua superfunditur, & ex arena, vel in balneo aereo sicco destillãtur. Ex seminibus autẽ est oleũ

- *Anisi*
  - *Vertigini*
  - *Angustiæ* pectoris
  - *Præfocationi*, Vomitioni
  - *Cruditatibus* stomachi
  - *Sõmacho*, Intestinis
  - *Vesicæ*, Vtero
  - *Omnib.* membris neruosis
  - *Vteri* fluorem album exiccat.
  - *Oris*, habitusq; fœtorem emendat.

  *Opitulatur.*
- *Fœniculi*
  - *Capitis* affectibus confert.
  - *Visum* acuit.
  - *Pectoris* anguſtiæ, *Difficultati* spirandi — Succurrit.
  - *Stomachum* & concoctionem iuuat.
  - *Flatus* dissipat.
  - *Calculos* arenosos comminuit.
  - *Vrinam* & menstrua promouet.
- *Cumini*, &c.
  - *Stomacho* difficulter concoquenti prodest.
  - *Flatus* discutit, & tussi medetur.
  - *Anhelationi* conducit.
  - *Expectorationem* iuuat.
  - *Colicis* doloribus subuenit.
  - *Vrinæ* stillicidium & ardorem impedit.
  - *Lieni* vulnerato salubre.

*Vsus* est eius, si aliquot guttarum instar ex vino vel iusculo manè assumantur: quinetiam tabellis rectè additur.

*Fructibus* & radicibus, cum scilicet tunduntur: deinde vasi imponuntur, & tot aquæ fontanæ mensuris affusis, quot illarum sunt libræ: macerantur per dies tres aut quatuor: postea vesicæ aereæ, quali instillando vino vulgò vti consueuerunt, induntur, & commissuris luto obductis, per aquam frigidam extillantur: primo igne exiguo, postea auctiore, tamdiu, dum nihil ampliùs olei emanarit. Vbi itaq; tantum liquoris, quantum impositum est, fluxisse apparuerit, tunc igne remoto, vas, quod excipit, simul auferri debet, ne adustionem respiat: atque id quod collectum est, separare conuenit, & consequeris oleum præstantissimum.

*Aromatibus*, primũ crassè in puluerẽ redactis: deinde ex aqua fontana, quanta opus est, maceratis, atque in vasis vitreis vel per cineres, vel per arenã moderato igne destillatis, vasis etiam in id idoneis subinde refrigeratis, &c. Sunt autem aromatũ olea aut

- *Cinnamomi*
  - *Vires* mirificè reficit.
  - *Stomachi* vitiosos humores discutit.
  - *Obstructiones* venarum aperit.
  - *Omnibus* morbis frigidis conuenit.
  - *Omnem* putredinem impedit.
  - *Vulnera* & vlcera curat illitum.
  - *Partus* accelerat.
  - *Senes* debiles reficit.
  - *Animi* deliquio parturientis præsentissimum est remedium, vna aut altera gutta per se ori indita.
  - *Concoctionem* iuuat, &c.

  Idem præstat aqua cinnamomi.
- *Macis*
  - *Calidæ* est facultatis.
  - *Colicæ* frigidæ prodest.
  - *Cor*, *Ventriculum*, *Vterum* — *Roborat*, tres aut quatuor guttæ in luris cochelari primo, aut vini potu sumptæ.
- *Caryophillorum*
  - *Ventriculo*, *Iecori*, *Cordi* — *Idoneum* est.
  - *Vniuersas* facultates habet, quas balsamum natiuum.
  - *Vulnera* omnia recentia & puncturas sanat.
  - *Artuum* saniem & vulnerum sanguinem profluentem reprimit.
  - *Ventriculum* & iecur firmat.
  - *Cor* & caput corroborat.
  - *Sanguinem* melancholicum purgat.
  - *Vertiginem* discutit.
  - *Visum* acuit, &c.
- *Piperis*
  - *Multò* efficatiores facultates habet quàm ipsum piper.
  - *Penetrat* & flatus discutit.
  - *Pituitam* absumit, duabus aut tribus guttis sumptis.
  - *Horrorem* atq; tremorem febris tertianæ impedit, tres guttæ cum cotoneorum miua sumptæ.
- *Nucis* moschatæ
  - *Ventriculum* frigidum calefacit ac roborat.
  - *Superfluos* ventriculi humores consumit.
  - *Inflationem* tumoremq; ventriculi prohibet.
  - *Flatus* discutit, & colicos dolores sedat.
  - *Oris* halitum commendat.
  - *Vesicæ* affectibus succurrit, trium aut quatuor guttarum instar ex primo cochleari iusculi, aut vino cretico assumptum, &c.

*Lignis*. Vide in sequentibus signum **.

**. *Olea*, chymico modo parata, destillantur aut ex

- *Lignis*: quæ per descensum destillantur. Ex quorum numero sunt oleum
  - *Ligni* guaiaci: Vlceribus & doloribus ex lue gallica ortis prodest.
  - *Iuniperi*
    - *Membris* ex frigore debilitatis competit.
    - Renes & vterum roborat.
    - *Conceptionem* iuuat.
    - *Vlcera* maligna & vulnera sanat.
    - *Dolores* mitigat.
  - *Hebeni*
    - *Vlceribus* ex morbo gallico ortis mirificè conuenit.
    - *Dolores* gallicos lenit, &c.
  - *Fraxini*
    - *Artheticam* frigidam curat.
    - *Excoriationes* cicatrizat.
    - *Morpheam* albam soluit, & ipsam denigrat.
    - *Paraliticos* & lienicos curat.
- *Resinis*, liquoribus, concretis, & gũmi, &c. vt est oleum
  - *Terebinthinæ*: quod ex ampulla erecta, non alta nimis vel potiùs ex incuruata optimè destillatur in arena. Alij lb. tribus terebinthinæ addunt manipulũ salis, & vini stillatitij modicum, priùs macerant, deinde distillant. Alij vni libræ terebinthinæ addunt vncias tres cineris. Alij addunt arenam lotam, & destillant, &c.
    - *Frigidis* neruorum affectibus conuenit.
    - *In* asthmate & anhelitus difficultate mirificum est, & duæ drachmæ singulo mane sumantur.
    - *Empyema* curat.
    - *Colicos* dolores sedat.
    - *Cicatrices* decorat ac corrigit.
    - *Rimas* vberum in mulieribus curat.
    - *Vulnera* citissimè consolidat.
    - *Spasmum* tollit.
    - *Surditati* succurrit, &c.
  - *Succini*. Succinum modicè teritur, & retortæ, luto probè obductæ imponitur, silicibus paruulis interim cõmixtis: hęc deinde in fornace locatur deorsum vergens, & igne mediocri extructo, elicitur:
    - *Capitis* affectibus
    - *Neruorum* resolutioni
    - *Morbo* attonito
    - *Comitiali*

      Succurrit, gutta aliqua cum aqua tiliæ sumpta.
    - *Ab* omni veneno & aeri pestilenti præseruat, naribus inunctum.
    - *Renum* & vesicæ morbis conuenit.
    - *Calculos* educit.
    - *Vrinam* mouet, ex vino potum.
    - *Colico* morbo medetur.
    - *Vteri* strangulatui prodest, naturalibus illitum, Fœtum euocat.
    - *Partum* facilè reddit, si gutta ex aqua verbenæ parturienti propinetur.
    - *Omnes* facultates corporis roborat & reficit.
    - *Cerebrum* confirmat.
    - *Humores* consumit, &c.
  - *Mastichinum*. Mastix primum in vino coquitur, deinde reponitur, maceratúrq; ex eodem per dies aliquot: postea ampullæ erectæ luto diligenter oblitæ, inditur, oleúmq; & aqua per operculum ex nudo igne proliciuntur. Hæc denuò cucurbitæ vitreæ imponuntur, & in balneo Mariæ destillantur, dum aqua ab oleo seiungatur. hoc deinde per cineres calidos à crassiore materia separatur, & effluet tenue, flauum & subtile: tandem quod crassius est, à fæcibus suis in arena euocatur, & in solis calore corrigitur.
    - *Nobile* est oleum propter vim penetrandi: qua omnia mẽbra reficit.
    - *Stomachum* corroborat.
    - *Ventriculi* cõcoctionẽ adiuuat.
    - *Viscerum* inflammationib. conuenit.
    - *Abscessus* lenit.
    - *Dolores* sedat.
    - *Neruos* omnes confirmat.
  - *Thuris*. Libra semis thuris in puluerem redacti ampullæ orificio magno præditæ inditur: deinde vitrum calicis modo formatum, quali in potu quotidiano vti consueuimus, imponitur: vt in medio ampullæ consistat, idémq; aqua calida impletur: postea operculum in vertice perforatum applicatur: cuius foramini infundibulum coaptatur, & oleum commissuris oblitis euocatur. Inter destillandum verò aqua calida per illud in vitrum, quod dixi, guttatim stillatur: ita tamen, ne hoc repleto, illa effluat. atq; sic cum aquæ vapore oleum simul ascendit suauissimum.
    - *Virtutes* habet balsami.
    - *Conseruat* ac tuetur omnia à putrefactione.
    - *Faciem* pulcherrimam conseruat atq. iuuenilem conciliat, si eo inungatur.
    - *Vulnera* citissimè consolidat.
    - *Aurium* surditatem tollit, &c.
  - *Myrrhæ*. Vnciis sex myrrhæ adduntur aquæ vitæ vnciæ xij. atq. in fimo equino diebus sex quiescunt. postea destillantur in balneo, vsque quo aqua tota ascenderit, tum in fundo bociæ remanebit oleum, quod per pannum linteum est colandum:
  - *Caphuræ*, &c. Caphura in aqua valida dissoluitur, & oleum, quod supernatat, seiũgitur: hoc vitro imponitur, vinóq. stillatitio pertusum in balneo digeritur tandem igne destillatur:
    - *Febribus*
      - *Ardentibus*
      - *Continuis*
      - *Pestilentialib.*

      Prodest, ex humore idoneo sumptum.
    - *Laterum* inflammationibus conuenit.
    - *Vlcera* maligna curat.
  - *Belzoinum*. Huius puluer is libra ex humore aliquo in cineribus calidis maceratur, deinde aqua igne lento destillatur: postea auctiore vrgetur, dum oleum effluat: hoc tandem aut in solis, aut balnei calore corrigitur. Similiter ex styrace vtraq; etiam elicitur. Valet ad faciendam aquam odoriferam, &c.
  - *Ceræ*, &c. Cera in sartagine liquata permiscetur arenæ lotæ, quod satis est: vbi refrixerit, ampullæ erectæ imponitur, & igne primum lento, postea auctore vrgetur, dum nihil effluat, &c.
    - *Dolores* podagricos mirificè sedat.
    - *Vlcera*
    - *Vlcera*

      Curat, &c.
- *Metallis*. Vide in sequentibus signum B B.
- *Gemmis* & lapidibus. Vide in sequentibus signum C C.

BB. *Olea*, chymico modo parata destillantur etiam ex metallis videlicet

*Auro*, ex quo liquor, seu oleum, seu potiùs rubedo in hũc modũ extrahitur Auri per regale cementum, siue stibium purgati lamellæ, ex viridi salis liquore in puluerem resoluuntur: is deinde aqua pluuiali stillatitia tandiu abluitur, donec nulla ampliùs salsedo subesse percipiatur. Aut si celeriùs idem expedire cupias, auri lamina cũ plumbo in lamellas redacto, obteguntur, & per horas viginti quatuor cementantur, leuigantúrque dũ calx auri subtilissima fiat. Postea tantum spiritus vini super elotũ puluerem funditur, quantum sex digitos transuersos superemineat: ac iũcturis vasis probè oblitis, macerantur in aqua temperatè calida, siue balneo Mariæ, diebus viginti, aut triginta. Tũ liquor citrinus, relicto in fundo vasis puluere candido, effunditur, & spiritus vini ex ampulla vitrea per operculum à flauo auri liquore, modicè ex balneo separatur. Postremò idem liquor auri extractus, ad summum gradum vsque eleuari, hoc est, quinquies per ampullam incuruatam vrgeri debet: atque tunc quinta essentia auri absolutè parata dicitur, summum chymicorum mysterium. &c.

- *Corpus* humanum integrũ tuetur.
- *Vitiatum* corpus pristinæ sanitati restituit.
- *Spiritum* quasi emortuum, reficit.
- *Humidum* radicale auget.
- *Corpus* ipsum roborat.
- *Obstructiones* aperit.
- *Vniuersas* corporis partes penetrat.
- *Sanguinem* vitiosum emendat.
- *Superf.* humores absumit.
- *Omnes* corporis facultates confirmat.
- *Vniuersos* tũ interiores, tũ exteriores corporis morbos radicitus euellit, &c.

*Argento*. Vnde fit liquor argenti, hoc modo Salis nitri libræ duæ: terræ lutæ libræ quatuor miscentur, destillantúrque, vt oleũ salis viride, igne primũ modico, deinde paulatim adaucto, donec spiritus promanare desierint. huius liquoris vncię sex, super argenti purissimi in lamellas redacti vncias duas funduntur, & vitro occluso, in cinerem modicè calidũ, vel solem ponuntur, dum illæ exsoluantur: postea quod solutum est, fæcibus relictis, in aliud vas percolando effunditur, & cum aqua pluuiali stillatitia abluitur tandiu, quoad nulla ampliùs salis acrimonia percipiatur: hinc spiritu vini diluitur, rursusque seiungitur & exiccatur. Tandem aqua vitæ correcta perfunditur, & vasculo bene obturato, in loco calido per dies quatuordecim digeritur, paraturq; liquor ea ratione, qua ex auro:

- *Omnibus* morbis ex cerebri imbecillitate & inflammatione ortis, conuenit.
- *Neruorum* conuulsioni
- *Morbo* attonito
- *Maniæ*.
- *Insaniæ*
- *Lienis* } *Obstructionibus*
- *Iecoris* }

} *Prodest*, &c.

*Ferro*. Fit oleum ferri, si in resinam, siue oleum rubicundissimũ per aquã aluminis redigatur: vel si chalybs per acetũ stillatitiũ læuigetur in puluerem croco similem: atq; hinc sal armoniacus octies, aut nouies eleuetur: postea in oleũ resoluatur, idémq. aqua stillatitia diligenter lauetur, dum dulcescat:

- *Profluuio* alui prodest triũ aut quinque guttarũ instar cum oleo nucis mosch. scrupulo dimidio ex vino rub. bibitum, &c.
- *Maiorem* in chymia vsum quàm in medicina habet.

*Aere*. Fit oleum seu balsamum æris, quando illud in chalcantum redigitur, resoluitur, & ex terra, oleum rubicundum paratur:

- *Cancrum*
- *Phagedenas*
- *Fistulas*
- *Gangrenas*
- *Vlcera* maligna

} *Curat.*

*Stanno* Fit oleũ stanni externum hoc modo. Stannũ in calcẽ siue cinerẽ redigitur, perfunditúrq; aqua valida, & dum lapilli crystallini prosiliãt, in ampulla finitur: deinde humor omnis per arenam modicè extillatur: postea acetũ destillatũ affunditur, & in balneo macerantur omnia, donec soluantur, horisq; decem aut duodecim coquuntur, & vbi refrixerint, quod clarum est. eximitur, destillatúrq;, materiæ exiccatę, aliud acetũ admiscetur. coquitúrq; vt anteà, donec omnis eliquescat: atq; tunc acetũ stillare finitur: idque iteratur vsque dum illa olei modo in fundo subsistat: quod dum adhuc calet, eximi debet, ne mellis instar fiat spissum:

- *Vlcera*
- *Vulnera* recẽtia.

} *Intra* horas viginti quatuor curat

*Plumbo* Fit oleum plumbi, dum hoc in calcem, vel cinerem aduritur, & super hũc aceti optimi stillaritij, quantum satis est funditur, maceratúrque per biduũ in cineribus calidis: deinde hoc relictis fęcibus effunditur, & recens admiscetur, finitúrque, & eximitur vt anteà: idque toties repetitur, donec omnis dulcedo extracta fuerit: postea acetũ quod collectũ est, ampullę inditur, & ex balneo destillatur, vsque dum in fundo materia, siue sal plumbi album remaneat, quod in oleũ tandẽ deducitur, &c.

- *Vlnera* } *Deplorata* intra paucos dies sanat.
- *Vlcera* }
- *Membris* { *Conuulsis* / *Resolutis* } *Cũ* oleo terebinthinæ permixtum & vnctum, medetur.
- *Tumores* cum oleo chamomelino discutit.
- *Inflammationes* } *Restingit.*
- *Ambusta* }
- *Colicam* curat, &c.

*Lithargirio*, hunc in modum. Lithargyrij libra cõteratur optimè, imponatúrque fictili, quod super ignem ad latus collocetur, & rudicula agitando bene incalescere sinatur: deinde in acetũ ebulliens, quod sartagini ex aurichalcho inditum fuerit, effundatur: atque tunc oleũ à lithargyrio seiungitur: postea acetum excoletur, & in sartagine coquatur, donec ad mellis liquidioris spissitudinem peruenerit. Alias lithargyrium aceto stillatitio perfundunt, & in loco calido macerant: deinde effundunt: aliúdque admiscent, digerique sinunt vt prius: & eundẽ laborem reiterant toties, quoad acetum non ampliùs coloretur: postremò hoc ampullæ indunt & in balneo extillare permittunt, donec oleum in fundo remaneat, &c. Valet ad

- *Tumores*.
- *Inflammationes*.
- *Exulcerationes*.
- *Ambusta*.
- *Dolores* ex calore, &c

*Hydrargyro*. Vide in sequentibus signum **

** *Olea*, chymico modo parata, destillantur etiam ex metallicis: videlicet

*Hydrargyro*, fit oleum ad externa vitia hoc modo. Hydrargyri in altū eleuati sesquilibra, salis armeniaci albissimi per fæculas vini præparati selibra, ampullæ perlutatæ induntur, eleuantúrque toties, donec in fundo remaneant, & ceræ instar liquescant: deinde refrigerata cōteruntur, & cū aqua salis armeniaci per se, aut ex ouorum aqua soluta humectantur, rursusq. exiccātur nouies, vel decies: tandem supra marmor in loco humido, sinū tur, dum in aquam resoluantur. Postea eius selibra, foliorum auri, & argēti, vtriusque drachmæ duæ ampullæ imponuntur, maceratúrq. horis vigintiquatuor: deinde liquor per balneum ebulliens, vel cineres calidos seiūgitur, & vitro probè reconditus, in loco calido ad vsū reseruatur, &c.

- *Cancrum*
- *Fistulas*
- *Serpiginem*
- *Vlcera* serpētia

} *Curat* sine dolore

- *Tubercula* squamosa tollit.
- *Durities* emollit.
- *Scabiem*, aliaq; cutis vitia, ex morbo Gallico, sanat.

*Auripigmento* seu arsenico, hoc modo. Auripigmentum cum duplo salis nitri pondere cōteritur: deinde carbonibus sub dio accensis, catinus imponitur, sinitúrque dum excandescat: huic postea chymicus assidens, auri pigmentum immittit, quod lento igne liquescere sinit, donec non ampliùs ebulliat: mox rursus tantum iniicit. idémque ut priùs exurere permittit. hoc tamdiu agit, vsque dum satis iniectum fuerit: atque tunc cōsumpto iam sale nitri, igne vehementiore per horas quatuor, aut quinque vrget, quoad auripigmentū in fundo butyri instar liquefactum resideat, refrigeratúmq. aereo nitore inalbescat. post conteritur, imponitúrque marmori, & in loco humidiore ad liquorem resoluitur: qui tandem artificio ex ampulla destillatur.

- *Crassitiem* extenuat cum melle illitum.
- *Elephantiasim* abigit, terebinthina exceptum.
- *Ani* vlceribus, & iis quæ cicatricem ægrè ducūt, prodest.
- *Purgat.*
- *Extrahit.*
- *Siccat.*
- *Suppurationes* discutit.
- *Excrescentias* reprimit.
- *Pilos* euellit.
- *Vlceribus* narium, orisque conducit.
- *Vlcera* serpentia, &c. curat.

*Talco*, hoc modo. Talci libra catillo imponitur, & in igne luculento horis quatuor excandescere finitur: deinde vbi refrixerit, fornaci, in quo panis iam coctus est, immittitur, & refrigescere modicè permittitur: postea eximitur, humectatúrq. oleo oliuarum, & fictili inditur, atq. per descensum oleum extillatur. Valet ad vlcera putrida, sordidáq. curanda, eorúmq. tumores discutiendos, & dolores leniendos, &c.

*Sulphure*, fit oleum ad externa hoc modo. Sulphuris detriti vnciæ duæ: fœcularum vini in puluerem contusarum vncia: calcis viuæ contusæq. vnciæ octo, miscentur simul, & in ampulla incuruata vrgentur. Aliàs sulphuris sesquilibra, salis armeniaci vnciæ quatuor, calcis non extinctæ libra, miscentur, & aqua in salis modicum solutū sit, perfunduntur, oleúmq; ex retorta destillatur: quod à phlegmate seiunctum, vitro probè reconditur. Efficacissimum quoq. oleum ex sulphure prouenit, quando totius essentia per acetum stillatitium, & fæcularum vini in calcem redactārum salem, ita extrahitur, vt postea balsami instar ex operculo distillet: quod non solùm externis corporis vicijs, verùm etiam ad interna potu assumptum, saluberrimum existit.

*Stibio*, hoc modo. Stibij puluis subtilissimus ampullæ vitreæ imponitur, perfunditúrq. aceti spiritu, & in balneo maceratur, donec illud rubescat: deinde hoc ipso effuso, recens admiscetur, sinitúrq. residere, vt antea: idq. repetitur, vsq; dum idem non ampliùs coloretur: atq. tunc, quod collectum est, ex ampulla stillatur, quoad in fundo extractus stibii liquor, inspissetur. tandem hic in fimo equino per mensem digeritur, dum fiat oleum. Ad vlcera maligna valet, &c.

*Crystallo*, hoc modo. Crystalli subtilissimè cōteruntur, & vel æquali nitri, vel duplo sulphuris pondere commixti in calcem aduruntur: hæc deinde ex aqua pluuiali stillatitia lauatur aliquoties, rursūsq. siccatur: postea spiritu vini perfunditur, maceratúrq. tum extillatur rursus, & quod in fundo remanet, iterum calcinatur, lauatur, destillatúrq; toties donec in vino eliquescat niuis instar. tandem incoquendo sal prouenit, quod in loco humido resoluitur in liquorem:

- *Calculos* renum & veficę cō minuit, ac expellit, dimidia drachma potui assumpta.
- *Vrinam* prouocat.

*Sale*, fit in hunc modū. Salis cōmunis libræ tres: terræ luteæ libræ sex: salis nitri purgati drachma j. S. simul misc̄tur optimè, & ampullę collo oblōgiore præditæ, argillaq. probè oblitę indūtur: deinde hæc in fornace ad latus locatur, & vase, quod liquorē excipiat satis amplo opposito, commissurísq. diligēter cōglutinaris ignis per initia exiguus extruitur, donec ꝙ aquosū ineſt ſtillare, & spiritus colorati apparere cœperint: postea calore vehementissimo, repleto nimirū fornace carbonibus, in modū aquæ validę, ꝙ reliquum est, expellitur. Tandē vasis refrigeratis, omnis eximitur liquor qui infusus cucurbitæ vitreæ, ex calidis cineribus distillatur, dū phlegma ab oleo siue spiritib. seperetur:

- *Dolores* podagricos egregiè sedat, tophósq. discutit, cum oleo verbasci commixtum.
- *Hominem* renouat.
- *Aquam* intercutem consumit.
- *Morbum* comitalem discutit.
- *Febres* abigit.
- *Arquatum* sanat, trium guttarum instar ex aqua vitæ sumptum, &c

*Sale.* Vide in sequentibus, signum **

* *Olea* chymico modo parata, destillãtur etiã ex metallis: videlicet

*Sale* armeniaco, hoc modo. Sal Armeniacus cũ æquali squamarũ ferri pondere cõteritur, indituráque nasi,& igne primùm exiguo, postea adauctiore vrgetur, donec excandescat, in eoq. caloris gradu seruatur horis duodecim: deinde refrigeratis omnibus, eximitur id quod eleuatum est,& cum pari salis præparati pondere, rursum in altum pellitur, vt antea: idque toties reiteratur, donec sal niuis instat albescat: quod in oleum soluitur.

- *Lachrymas* oculorũ cohibet.
- *Visum* acuit.
- *Cor*, *Pulmones*, *Iecur* } Reficit.
- *Stillicidio* vrinæ subuenit.
- *Vesicam* purgat,&c.

*Sale* nitri, eodem modo fit, vt oleum salis viride

- *Ventriculi* humores incidit & dissipat tres guttæ cum vino sumptæ.
- *Vesicam* à superfluis liberat.
- *Sanitatem* conseruat.
- *Linguæ* nigræ calideque medetur.
- *Putrelaginem* oris aufert.
- *Vlceribus* canis conuenit,&c.

*Chalcantho*, in hunc modũ. Calchanti libræ duodecim vasi vitreo luto obducto induntur, & exigne phlegma extillatur: deinde illud eximitur, contenditurque ex phlegmate rursus perfunditur, idemque euocatur, vt antea, vsque dum nihil ampliùs emanet, & spiritus prosiliant: postea ab igne remouetur,& calx rubicunda, in puluerem redacta, vel per se sola, vel laterum fruſtulis adiectis, ampullæ incuruatæ, siue erectæ potiùs imponitur,& vase amplo quod excipit adaptato, commissuriſque diligentissimè luto obseratis, noctu dieque lucu lentissimo igne vrgendo oleum destulatur. Vbi omnia refrixerint, totus liquor eximitur, infunditurque ampullæ vitreæ,& ex arena calida primùm aqua insipida, deinde acida, acriſque, quam oleum appellant, separatur, purgaturque à sedimento. Valet ad

- *Apoplexiam*.
- *Epilepsiam*.
- *Paralysim*.
- *Febres* ardentes.
- *Pestem*.
- *Sitim*.
- *Stomachum* biliosum.
- *Morbos* vterinos.
- *Alios* morbos innumeros, ex humore idoneo guttarũ instar potione assumptũ.

*Tartaro*, hoc modo. Tartari albi libræ quatuor in puluerem rediguntur: deinde ampullæ incuruatæ, argillaq. obductæ induntur: hæc in fornacẽ locatur,& vasi, quod excipit amplo appositum, iuncturæ luto occluduntur diligenter: postea igne per initia exiguo, tandẽ auctiore vrgetur, donec nulli ampliùs spiritus appareant: tunc refrigeratis vasis liquor eximitur, infunditurq. ampullæ vitreæ erectæ, & in balneo calente corrigitur, separaturque aqua ab oleo: idem ex cineribus vel arena iterũ euocatur à sedimẽto crasso,& oleũ aurei coloris prouenit:

- *Vlcera* maligna, præsertim ex morbo gallico orta, curat.
- *Calculos* renum & vesicæ conterit, atque expellit, ex vino hausta.
- *Vrinam* mouet.
- *Vlcera* purgat.

CC. *Olea* chymico modo parata, destillantur etiam ex gẽmis, lapidibus, &c. videlicet

*Margaritis*, seu vnionibus, in hunc modum. Primùm in puluerem rediguntur,& vitro oris anguſti induntur, perfunduntúrque a ceto distillato optimo, ita vt hoc ad duos digitos supereminet: deinde in cineres calidos ponuntur, donec soluantur postea, quod solutum est, in balneo extillatur ad siccitatem vsque,& super calcem hanc, vnionum aqua pluuialis stillatitia funditur, rursusque destillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens aqua stillatitia, rursusque detrahitur, vt antea: atque is labor ter quatérve reperitur, quoad nihil aceti subesse percipiatur. Tandem puluis, siue calx vnionum, aut in loco humido supra marmor dissoluitur, aut ex spiritu vini maceratur, distillaturque dum in liquorem olei instar redigatur:

- *Ad* { *Resolutionem* neruorum, *Conuulsionem*, *Marcorem* senilem, *Phrenitidem* } *Dantur* grana sena ex humore aliquo.
- *Corpus* sanum conseruat.
- *Læsum* corpus pristinæ sanitati restituit.
- *Lac* muliebre emendat.
- *Naturalium* partium vitia auget.
- *Semen* corrigit.
- *Abscessibus*, *Vlceribus*, *Cancro*, *Hæmorrhoidibus* } *Medetur*,&c.

*Coralliis*, fiunt eodem modo, quo margaritæ. Alij corallia minutim contusa, in aqua ardenti, siue viridi salis liquore soluunt prius in calcem: deinde hanc abluunt stillando, donec nulla ampliùs salsedo percipiatur: postea puluerem vini spiritu excipiunt,& per balneum sexies, aut septies refundendo abstrahunt. Alij corallia in calcem subigunt: hanc resoluunt,& ex vini spiritu nouies extillare sinunt, dum salis instar dissoluantur. quicquid autem in fundo remanet, id recenti vini spiritu perfundunt,& priore modo euocant, vsque dum tinctura coralliorum proueniat:

- *Morbos* internos omnes radicitùs euellit.
- *Corpus* cœlesti quadam vi intemperatum habitum restituit.
- *Morbum* comitialem in quinque septimanis prorsus subtrahit.
- *Omne* alui profluuiũ, à quacunq. causa ortum, cohibet.
- *Sanguinem*, à quacunque parte manantem, coercet.
- *Vterinos* fluores omnes sistit.
- *Spiritus* animi recreant,&c.

*Granatis*, eodem modo fit vt oleum crystallorum. Valet ad

- *Tremorem* cordis.
- *Sputum* sanguinis.

*Saphyro*, eodem quoque modo, vt oleum crystallorum fit. Valet ad

- *Insaniam*.
- *Pestilentiam*.
- *Carbunculum*.
- *Cordis* palpitationem, &c.

*Sarda* & hæmatite, eodem modo vt crystalli. Valet ad sanguinis profluuia, &c.




τ. Medicamenta


1. Medicamenta figuram habẽtia coactam aut habent
Humidam
Siccam. Vide in sequentibus signum 6.
Actu: vt
Potentia. Vide in sequentibus signum 5.
Electuaria: quorũ alia
Conserue. Vide in sequentibus signum 2.
Ecligmata. Vide in sequentibus signum 3.
Condita. Vide in sequentibus signum 4.
Alterant vel qualitate
Purgant. Vide in sequentibus signum 1.
Prima. Sic horum alia
Secunda. Sic eorum alia
Calida: vt
Aurea Alexandrina.
Confectio anacardina.
Elect. de baccis lauri.
Diacastorin.
Musa enea Mesuæ.
Diacorum Mesuæ.
Diaireos Nicolai.
Tryphera Sarracenica.
Tryphera magna Nicolai.
Theriaca, Mithridatium, &c.
Frigida: vt
Philonium Mesuæ.
Philonium maius Nicolai.
Electuarium resumptiuum.
Requies Nicolai.
Tryphera persica, &c.
Astringunt: vt
Diacodion
Mesuæ.
Actuarij.
Michleta Nicolai.
Philonium Persicum.
Tryphera minor Phœnonis.
Diaolibanu, &c.
Somnum inducunt: vt Philonium Mesuæ.
Tussim sedant: vt Diaireos Nicolai.
Dolores mitigant: vt Philonium maius Nicolai.
Venerem excitant: vt
Diasatyrium
Mesuæ.
Nicolai.
Diacorum Mesuæ.
Venenis aduersantur, &c.
Theriaca
Andromachi.
Diatesseron Mes.
Mithridatium
Damocratis.
Galeni.
Andromachi.
Esdræ antidotus.
2. Electuaria cathartica, solutiua, & laxatiua, purgãt, aut
Bilem
Flauam
Clementer: vt
Diaprunis lenitiua
Diacatholicon
Dosis ʒ.j.
Valenter: vt
Electuarium de succo rosarum
Electuarium rosatum Mesuæ
Electuarium de Psyllio
Diaprunis solut.
Catarchticum imperiale
Dosis ʒ.vj. aut paulò plus, minúsve, pro ratione ætatis, temporis, & sumentis viribus.
Atram
Debiliter: vt
Diacasia
Diasena lenitiua
Diacatholicon
Dosis ʒ.j.
Vehementer: vt
Confectio Hamech.
Minor
Maior
Dosis ʒ.iiij. vel sex, plus, minúsve, &c.
Electuariũ de epithymo, &c.
Pituitam
Clementer: vt
Hiera piera Galeni
Diaphenichon
Valenter: vt
Electuariũ Elescoph
Electuarium Indum
Benedicta laxatiua
Diacarthamu
Diatirpetu, &c.
Dosis ʒ.vj. aut plus, minúsve.

2. Conserue


2. Conſeruæ
Calefacientes ſiue roborantes
Caput: vt
Roriſmarini ſeu anthos.
Betonicæ, Lauendulæ.
Saluiæ, Pæoniæ.
Maioranæ, &c.
Pectus: vt
Capillorum Veneris.
Hyſſopi.
Enulæ, &c.
Cor: vt
Meliſſæ.
Borraginis.
Bugloſſæ, &c.
Stomachum: vt
Menthæ.
Saluiæ.
Acori, &c.
Frigefacientes
Caput: vt
Roſarum.
Violarum.
Nenupharis florum, &c.
Pectus: vt Violarum.
Cor: vt
Roſarum.
Acetoſæ.
Borraginis.
Bugloſſæ, &c.
Ventriculum: vt
Roſarum.
Violarum.
Acetoſæ.
Florum nenupharis.
Hepar: vt
Roſarum.
Violarum.
Cichorij, &c.
3. Eclegmata, ſunt aut
Calida
Mitiora: vt Loch de
Pino
Pulmone vulpis
Tuſſi diuturnæ, & aſthmati medetur.
Vehemẽtiora: vt Loch
Ad aſthma
Sanũ & expertũ
De Scilla
Aſtmathi antiquę à craſſis & viſcidis humoribꝫ auxiliãtur.
Frigida: vt Loch de papauere. Tuſſi à caliditate & ſiccitate ſuccurrit.
4. Cõdita, ſũt aut
Calida: vt conditum
Acori
Cerebri
Affectib. pituitoſis cõfert.
Neruoſarum partium
Helenij rad.
Stomachũ corroborat, aliaq; nutritoria mẽbra.
Valet contra pituitam, &c.
Galangæ
Stomachum corroborat.
Concoctionem iuuat.
Flatus diſcutit.
Venerem mouet, &c.
Mali Citri
Ventriculum roborat.
Cor confirmat.
Venenis reſiſtit.
Zingiberis
Intẽperiem ventriculi frigidam & humidã ſanat.
Concoctionem iuuat.
Viſcera infirma roborat.
Flatus diſcutit.
Alimenti diſtributionem acelerat.
Hyeme ſenibus & natura, vel ex morbo frigidis ſalubre.
Nucis moſchatæ Indicæ
Coctionem iuuant.
Vẽtriculũ firmãt & reliqua viſcera.
Venerem excitant, &c.
Eryngij
Temperatè cale facit.
Vrinas mouet.
Calculos expellit, &c.
Myrobalanorũ
Chebulorum
Stomachum, Ventriculum, Iecur: Firmant.
Appetentiam excitant.
Cerebri actiones promouent.
Viſum clarificant.
Corporis habitum tuentur.
Obſtructiones diſcutiunt.
Emblicorum
Cerebrum, Cor, Iecur, Ventriculum: Confirmant.
Frigida: vt cõditum
Cotoneorũ
Ventriculum roborat.
Appetitum excitat.
Vomitum compeſcit.
Aluum aſtringit.
Perſicorũ, Prunorũ, Scorborũ, Pirorum
Vẽtriculũ roborat.
Sitim extinguit.
Aluum ſiſtit, &c.
Myrabalanorum citrinorum.
Radic. Cichorij
Iecoris intemperiem calidam corrigit.
Obſtructiones hepatis aufert.

5. *Medicamenta* humida potentia, medio calore sunt: vt ea, quę ex pinguib. constant. ex quorũ genere sunt

- *Cerata*, quæ à cera nomen habent, & vnguentis solidiora sunt. Fiũt à cera, resinis, oleis & speciebus. Damus pro qualibet olei vncia, pulueris ʒ. j. vel ad summum ʒ. ij. cum resina, quantum satis erit. Horum alia
  - *Calida*: vt Cerotum stomachale, &c.
  - *Frigida*: vt
    - *Cerotũ* infrigidãs Galeni
    - *Sanltainum*, &c.
- *Emplastra*, quæ fiunt ex herbis, floribus, radicibus, cera, resina, oleis, metallicis, &c. crassẽ contusis. Pro quolibet manipulo, oleorum aut alterius liquoris ʒ. j. aut ʒ. j. S. ponitur, &c. Horum alia
  - *Calida*, siue digerentia: vt emplastrum
    - *Diachylon*
      - Simplex.
      - Compositum.
    - De meliloto.
    - *Oxycroceum*.
    - *Apostolicum*.
    - De baccis lauri.
  - *Frigida*, repellentia: vt emplastrum
    - *Album*.
    - *De* crusta panis, &c.
- *Vnguenta*, quæ componuntur ex speciebus, iuxta morbi naturam, oleis & cera vel gummi. Pro qualibet olei vncia damus ʒ. j. pulueris siue specierum, aut ad summum ʒ. ij. cum pauco ceræ. Horum autẽ alia sunt vel
  - *Calida*, rarefacientia, siue digerentia: vt vnguentum
    - *Arogon*.
    - *Agrippæ*.
    - *Dialtheæ*.
    - *Alabastrinum*.
    - *De* meliloto.
    - *Martiatum*, &c.
  - *Frigida*, repellentia: vt
    - *Cometissæ*.
    - *De* bolo.
    - *Infrigidans* Galeni.
    - *Populeon*.
    - *Santalinum*.
    - *Rosatum*.
- *Linimenta*. Hæc ex iisdem ferè rebus fiunt, quibus vnguenta, dempta sola cera, consistentiam paulò molliorem & liquidiorem accipere debent.

*Cataplasmata*. Hæc ab emplastris differunt, quæ fiunt tantùm è plantis viridibus contusis, vel iisdẽ ad mollitudinem vsq. in aqua decoctis, absque aliquo liquore pingui, hypochõdriis adhiberi solent, aliisq; partibus, quæ suspecta semper sunt, nisi priùs corpore vacuato.

*Dropax* seu picatio, à pice vocata est, qua membra externa omnia, extenuata, resoluta, frigida & humida oblini solent. Est autem duplex dropax, simplex & compositus. Simplex sola pice modico oleo liquata constat. Calefacit, humectat, sanguinemq; ad partes membrorum emaciatas, attrahit, reficitq;. Compositus præter picẽ oleo liquatam recipit etiam piper, pyrethrum, semen rorismarini, bitumen: & si opus sit siccare, sulphur viuum, salem cinerem sarmentorum: sin vellicare adarcem, aut ephorbium. atq. hæc trita liquefactis adiicitur, vt maiorem calorem excitent. Cæterùm dropax vterque calidus adhuc cuti illinetur, & prærasis mẽbris adglutinabitur. Priusquam autem perfrigescat, auelletur, rursusq. calefactus, ad ignẽ admouebitur, idẽ anteà quàm refrigescat, auelli debet, idque sæpius, &c.

*Sinapismus*, qui nihil aliud est, quàm cataplasma, aut emplastrum ex sinapi confectum, qualia sunt, q̃ hodie vocantur vulgò rubificantia. Imponitur autẽ, vbi ex alto ad superficiem extrahere volumus, ideoq. alicui parti admotus, non amouetur, dũ cutẽ exulcerat, aut cruento colore suffundat. Vsus sinapismi in diuturnis potissimum passionibus, vbi reliqua præsidia non suffecerint. Maximè prodest capitis dolori hemicraniæ, morbo comitiali, vertigini, insaniæ, capiti admotus, Thoraci autem in asthmate, orthopnœa, tussi diuturna, &c.

6. *Medicamenta*, quæ figuram habent coactam siccam, sunt aut

- *Confectiones*. Vide in sequentibus signum 7.
- *Trochisci*. Vide in sequentibus signum 8.
- *Catapotia*. Vide in sequentibus signum 9.
- *Glandes*. Vide in sequentibus signum 10.
- *Pessi*. Vide in sequentibus signum 11.
- *Apophlegmatismi*. Vide in sequentibus signum 12
- *Dentifricia*. Vide in sequentibus signum 13.
- *Odoramenta*. Vide in sequentibus signum 14.
- *Sacculi*. Vide in sequentibus signum 15.
- *Suffimenta*. Vide in sequentibus signum 16.
- *Collyria*. Vide in sequentibus signum 17.

7.

*Confectiones* solidæ, quarum aliæ sunt rotundæ, & vocantur orbiculi, vel rotulæ: aliæ sunt frusta aut quadrata, aut oblonga. quadrata tabulæ, oblõga, morselli, seu morsilli & lozangæ appellantur. Fiunt hoc modo. Coquitur saccharum ad perfectionem exactam, deinde ab igne remotum, ligneo pistillo agitatur, & species iniiciuntur, ac probe miscentur. Mixtis simul cunctis, in tabulam farina vel puluere aliquo stratam, vel superficie humectatam, vel (vt in rotulis) spatula assiduè saccharum pari & æquali quantitate extrahatur: vel (vt in tabellis) saccharum secundum longitudinem effundatur, postea præciduntur morsuli, &c. Cæterùm in rotulis accipiuntur vnciæ quatuor sacchari ad drachmas duas specierum. In tabulatis verò eadem seruatur quantitas, vel paulò plus specierum additur. In morsellis quoque aliquantò plus specierum sumitur. Sunt autem, tabulæ, vel orbiculi, aut

- *Alterantes*, hoc est,
  - *Calefacientes*: seu confortantes
    - *Caput*: vt
      - *Diambræ.*
      - *Dianthos.*
      - *Diamarg.* calidi.
      - *Diamoschi.*
      - *Electl.* plirisarcotion.
    - *Pectus*: vt
      - *Diaireos.*
      - *Diapenidion.*
      - *Diaprasii.*
      - *Diatrag.* calidi.
      - *Diacalamenthi.*
    - *Cor*: vt
      - *Diambræ.*
      - *Diamoschi* dulcis.
      - *Dianthos.*
      - *Diamarg.* calidi.
      - *Electl.* de gemmis.
      - *Electl.* lętitiæ Galeni.
    - *Ventriculum*: vt
      - *Aromatici* rosati
      - *Aromat.* cariophillati.
      - *Diagalangæ.*
      - *Diacymini.*
      - *Dianisi.*
      - *Diacinnamomi.*
      - *Diaxyloaloes*, &c.
    - *Hepar*: vt
      - *Diacinnamomi.*
      - *Diacalamenthi.*
      - *Diacosti.*
      - *Dialaccæ.*
      - *Diacurcumæ.*
    - *Lienem*: vt
      - *Diacapparis.*
      - *Diacalamenthi.*
      - *Diacosti.*
    - *Matricem*: vt
      - *Diambræ.*
      - *Electuarij* de gemmis.
      - *Electl.* ducis.
      - *Diacalamenthi.*
      - *Electl.* dulcis.
  - *Refrigerantes*
    - *Caput*: vt
      - *Saccharum* ros. tabulatum.
      - *Diarrod.* Abb.
      - *Diacorallij.*
      - *Diacodion.*
      - *Manus* Christi.
    - *Pectus*: vt
      - *Saccharum* violarum tabulatum.
      - *Diatrag.* frigidi.
      - *Diapapaueris.*
    - *Cor*: vt
      - *Diamarg.* frigidi.
      - *Diacorallij.*
      - *Manus* Christi.
      - *Saccharum* ros. tabulatum.
    - *Ventriculum*: vt
      - *Diarrhod.* Abb.
      - *Saccharum* ros. tabulatum.
      - *Triasantali.*
    - *Hepar*, splenem & matricẽ: vt
      - *Diarrhod.* Abbatis.
      - *Triasantali.*
- *Purgantes*, aut purgant humores
  - *Vnum.* Vide in sequentibus signum *
  - *Duos*: videlicet bilem & pituitam: cuiusmodi est tabularũ forma
    - *Vna*: vt
      - ℞. *Pulueris* electuarij diacnicu ℥. S.
      - *Diaturpeti* cum rhabarbaro ʒ. vj.
      - *Sacchari* ℥. iij. S.
      - *Redigantur* in placentulas pendentes ʒ. iij.
    - *Altera*: vt
      - ℞. *Carnis* cotoneorum ℥. j.
      - *Diatrag.* frig. ℥. S.
      - *Zingiberis* ʒ. ij.
      - *Medullæ* sem. cnici ℥. iv.
      - *Diagridij* ʒ iij.
      - *Turpeti* ʒ. vj.
      - *Mannæ*, Mellis ros. ana, ℥. j.
      - *Sacchari* optimi ʒ. x.

        Fiant tabulæ, pendentes semunciam singulæ.

* *Tabulæ*

*Tabulæ* purgantes, aut purgãt humorem vnum: videlicet

- *Bilem*
  - *Flauam*: vt tabulæ ex
    - *Electuario* de succo rosarum Nicolai.
    - *Succo* rosarum
      - *Primæ*: vt
        - ℞. *Mannæ* electæ ʒ.iv.
        - *Succi* rosarum ℔.ij.
        - *Conserua*, buglossi, Borraginis, ana ʒ. ij.
        - *Diagridij* ʒ.vj.
        - *Sacchari* albi quantum sufficit.
        - Fiant tabulæ, vnciam semis pendentes.
      - *Alteræ*: vt
        - ℞. *Succi* ros. rub. ʒ.j.S.
        - *Mannæ* electæ ʒ.iij.
        - *Santalorum* omnium, Galliæ moschatæ, Trochiscorũ de berberis, ana ʒ.iij.
        - *Conseruæ* cichorii, Bugloss*æ*, ana ʒ.ij.
        - *Diagridij* ʒ. j.
        - Cum saccharo formentur tabulæ, drachmas duas aut tres pendentes.
  - *Atram*: vt
    - ℞. *Succi* cotoneorum, Mellis optimi despumati, ana ℔. j. S.
    - *Caryophillorum*, Zingiberis, Cinnamomi, ana ʒ. i.
    - *Conseruæ* bugloss*æ*, Borraginis, Violarum, ana ʒ.ii.
    - *Epythimi*, Senæ, ana ʒ.S.
    - *Veratri* nigri ʒ.vi.
    - Ex saccharo fingantur tabellæ, drachmas duas pendentes.
- *Pituitam*: vt tabulæ
  - *Communiores*, ex
    - *Diacnicu.*
    - *Diaphœnicone.*
    - *Diaturpeto.*
  - *Rariores*:
    - ℞. *Diatragacanthi* frigidi ʒ.S.
    - *Carnis* cotoneorum ʒ.i.
    - *Zingiberis* ʒ.ii.
    - *Medullæ* seminis cnici ʒ.iv.
    - *Turpeti* ʒ.ii. Mellis rosati ʒ.i.
    - *Mannæ* ʒ.i. Sacchari optimi ʒ.x.
    - Fiant tabulæ, pendentes ʒ.S. singulæ.

8.

*Trochiscus*, rotunda quædam compositio est, depressa ad formam seu similitudinẽ magni lupini. Dosis eorum est à ʒ.i. S. vsq. ad ʒ. ii. Exhibẽtur triti, ex aqua, aut vino, aut alio quouis liquore. Nonnũquam antidotis, saccharo, pilulis, clysteribus, vnguentis, aliisque huiusmodi comiscẽtur. Horum alii alterant qualitate

- *Prima*. Sic eorum alii
  - *Calefaciunt*, siue aperiũt: vt Trochisci de
    - *Absynthio.*
    - *Eupatorio.*
    - *Rhabarbaro.*
    - *Myrrha.*
    - *Lacta.*
    - *Cappare.*
    - *Alipta* muscata.
  - *Frigefaciunt*, seu constringunt: vt Trochisci de
    - *Carabe.*
    - *Spodio.*
    - *Vesicaria.*
    - *Terra* lemnia.
    - *Caphura.*
    - *Berberis.*
    - *Diarrhodon.*
    - *Ramich.*
    - *Terra* sigillata, &c.
- *Secunda*. Sic eorum alii
  - *Purgant*
    - *Bilem*: vt Trochisci de
      - *Rhabarbaro.*
      - *Violis*, cum diagrydio, &c.
      - *Diagrydio*, quæ sunt huiusmodi: vt
        - ℞. *Masticis*, Nucis pineæ, Vuarũ passarum, ana g.v.
        - *Cumini* g.vii.
        - *Diagridij* ϑ.i.
        - *Ex melle* fiant pastilli, qui vna vice sumi possunt.
    - *Pituitam*: vt Trochisci de Alhandalo & Agarico.
  - *Tussim* sedant: vt Trochisci Bechii albi & nigri.

9. *Catapotia* seu pilulæ, à figura paruæ pilæ dicuntur, vt semel non masticata deglutiantur. Conficiuntur massæ pilularũ, vel cum succis, vel cum aquis distillatis, vel cũ syrupis, vel mel le, vel oleo aliquo destillato. Dosis communiter est ʒ. i. & plus minúsve iuxta materiam simplicem, ex quibus conficiũtur. Harum aliæ

- *Purgant*
  - *Bilẽa*
    - *Capite*
      - *Clementiores*
        - *Communes* siue pestilentiales.
        - *Sine* quibus, &c.
      - *Valentiores*
        - *Arabicæ.*
        - *Aureæ.*
        - *Assaieret.*
    - *Hepate.* De Rhabarbaro.
    - *Toto.* Aggregatiuæ.
  - *Pituitã à*
    - *Capite*
      - *Clementiores*
        - *Assaieret.*
        - *De* hiera S.
        - *Sine* quibus, &c.
      - *Valentiores*
        - *Cochiæ,* Fœtidæ.
        - *De* opopanaco.
        - *Arabicæ.*
    - *Oculis.* Pilulæ lucis.
    - *Pectore*
      - De hiera cum agarico.
      - De agarico.
    - *Stomacho*
      - *Debiliores*
        - *Alephanginæ.*
        - *Stomachicæ.*
      - *Vehement.* Mastichinæ
        - *Mesuæ.*
        - *Conciliatoris.*
    - *Iunctur is.* Arthriticæ.
    - *Toto.* Aggregatiuæ.
  - *Atrã bilem*
    - *Debiliores*
      - *Inde*
        - De fumo terræ
      - Ab hepate & liene.
    - *Vehementiores*
      - De lapide lazuli
      - De lapide armeno
- *Alterant,* qualitate secunda, hoc est, vel
  - *Astringunt* fluxiones ad asperam arteriã descendentes: cuiusmodi sunt
    - *Hypoglottides*
      - ℞. *Acatiæ* ʒ. S.
      - *Hypocistidis,* boli armeni, terræ sigillatæ, ana ʒ. j.
      - *Rosar.* ipõgię, spinę albæ radicis, bistortę, ana ʒ. ii. Amyli ʒ. iij.
Quæ sui conseruationem indicat. Nam quatenus per se nũc bona est, eatenus conseruanda est in suâ temperie: quatenus verò ad optimam constitutionem à qua deflectit referatur, ad optimam traduci postulat. Sed de hac in neutrorum cura tractabimus, nunc tantũ de temperatura deflectente, vt nunc & per se bona agentes hæc (inquam) semper cõseruãda est. Seruatur autem suis similibus. Similia autem sunt, quæ ipsi temperaturæ maximè respondet. Itaque quantum temperatura ista excedit temperaturam optimam, tantum quoque Res nõ naturales excedant, Res non naturales optimæ constitutionis. Si namque temperatura ista vno gradu fuerit calidior tẽperatura optima, victus quoque ratio vno gradu calidior optima victus ratione esse debet. Sin vnico gradu frigidior fuerit temperatura, victum quoque vnico gradu frigidiorem esse conuenit ab optimo victu. Atque eadem ratio cum cęteris temperaturis, &c. habenda est.

*Compositio* deflectens, non tamen ita, vt iam insalubris sit, sed aut nullam afficiat molestia hominem, aut sanè exigua, & ferè insensibili. Itaque sic per se considerata, semper sui conseruationem indicat, vt scilicet in eo statu conseruetur, ne vlteriùs lædatur. Quòd si verò optimæ compositioni conferatur, compositio deflectens ad eam reduci postulat. Verùm reductio non in omnibus possibilis, & conseruatio. in omnibus non eadem. Siquidem

- *Magnitudo*
  - *Excedens*, sui diminutionem indicat: quod commodè fiet quiete & alligatione.
  - *Deficiens*
    - *Ventriculi*, sui conseruationem indicat: vt ventriculus paruus, pauca quantitate cibi & proba qualitate conseruetur.
    - *Partis* alterius, indicat auctionem sui: quod fiet frictione moderata, exercitio, & iis quæ sanguinẽ attrahere possunt.
- *Numerus*
  - *Auctus*, indicat sui ablationem.
  - *Diminutus*, vel partium
    - *Carnosarũ*. hęc regenerari poterit.
    - *Spermaticarum*. restitui nequit.
- *Cõformatio* hoc est
  - *Figura*
    - *Curua*
    - *Obliqua*
    - *Valga*
    - *Vara*

    Correctione indiget: qđ in infantib. tãtũ fieri poterit formatione & ligatione.
  - *Cauitas*
    - *Ampla*, sui minutionem indicat. quod fiet in crescentibus tantùm quiete & alligatione.
    - *Parua*, indicat sui auctionem, quod exercitatione commoda fiet.
  - *Meatus*
    - *Magni* minuendi quiete, &c.
    - *Parui*, dilatandi victu attenuante.
  - *Superficies*, quæ
    - *Victu*
    - *Medicamentis*

    Emendanda.
- *Situs*. transpositione indiget, &c.

AD *eundem modum partium temperaturæ sanæ & compositiones administrandæ ac curandæ.*

XIIII. *Corpora*

XIIII. *Corpora* salubria in specie variã tur, tum ratione

*Aetatis.* Sic

*Officij* Sic de

*Infantium*

*Cognitio*, hoc est { *Natura.* Complexio humida: compositio proba. / *Signa.* A die ortus vsque ad annos quatuor perdurat.

*Cura* seu cõseruatio, q̃ suis indicationib. perficitur. Quare quid sit agendum, indicat tũ

*Compositio.* Nam infans ad eã magnitudinẽ perductus, vt alimenti copiã in vtero capere nõ possit, aut etiã aerem inspirare cupiat, calcitat & acetabula dis rumpit: & in lucem prodit aut formatus

*Malè* indicat sui correctionem. Itaq.

*Bene* Huiusmodi sui conseruationem indicat. Itaq. post mundificationem infantis, fasciis deligandus, sed corpori prius tori sale modicè inspersо, quo cutis densior solidiorque reddatur.

*Obstetrix* membra aptè formabit, & præsertim caput ad figuram sphæræ vtrinq. leniter compressæ, palpebras eleuabit, quibus ex ore aquam instillabit, & purgabit oculos, sicuti & aures & nares, leuiter comprimendo, & anum digito minimo aperiet, vt paulò pòst meconium excernat. Est id excremẽtum, quod à iecore ex sanguine menstruo delatum fuit ad intestina infantis, dum in vtero permansit, nihil ore sumens, id verò fœculentum & vstum est & nigrum, ad picis modum: & salẽ cuti inspergat, vena vmbilicali quatuor digitis à ventre scindenda acuto scalpro aut forcipe, deinde sanguis exprimendus, reliqua pars prope vmbilicũ liganda validè, vt deinde intra tertium aut quartum diem, vt fieri solet, decidat. Lanæ deinde floccus superponatur vmbilico, aut ex panno linteo lacero, penicillus, aut linimentum concerptum, fiat cum pauco rizo tosto, aut cineris flore. Deinde fascia obuoluatur vmbilicus, deinde toto corpore vnctus oleo, obuoluatur infans pannis mollibus, & leuiter comprimentibus, &c.

*Tẽpera* turas cilicet humidior quę similib⁹ cõseruanda. Itaq. victus ratio instituta, secundum

*Qualitatẽ* similem, id est humectantẽ: atq. vel vsq. ad annum

*Secundum.* Sic

*Recens* infantulus primò quidẽ fasciis deligandus: deinde mel digito lingendum detur, vt appetitus prosecutionis alimenti excitetur, & sugere incipiat, oblecta mento dulcedinis motus.

*Lacte* matris, vel nutricis boni habitus corporis & regiminis pro alimento vtatur. A sexto ætatis mense etiã interdum offa panis in iure pullorum malaxti, nec nõ amygdalaris, puris ac pomis assis cum saccharo vti poterunt. A carnibus verò & vino prorsus abstineãt.

*Loco* exercitij prosunt vagitus & vociferatio, nec nõ motus nutricis, quæ corpus ipsius moueat, aut in cuna, aut lectulo pendenti.

*Inanitione* vtatur per { *Frictiones* blandas ex oleo. / *Balnea* crebra aquarum tepidarum.

*Ab* ira cundia & fletu nimio cauendus.

*Tertium* & quartum, à secundo scilicet. Sic

*Aer* conuenit temperatus.

*Cibus* sit { *Ius* carnium. / *Caro* { *Hœdina.* / *Vitulina.* / *Veruecina*, Auium. / *Oua* sorbilia. / *Ex* piscibus, parui. / *Ex* fructibus { *Pruna*, Vua passa. / *Nuclei* pini. / *Amygdalæ*, &c.

*Potus.* Aqua.

*Exercitatio* conuenit libera & sine contentione. Item frigido ex oleo.

*Balneum* aquæ dulcis.

*Animus* sit tranquillus. Quare pædagogo indigebunt, qui impetus & vitia eorum compescat.

*Quantitatem* iustam. Sic

Ab initio parum lactandus est infans, & bis aut ter vel quater in die. Et cum suspicio est lactis vitiosi, manè bis aut ter emulgendum est, antequam sugat infans.

*Tempus* commodum. Sic { *Non* exercendus infans post lactis suctionem. / *Balneandus* est cum surrexerit à matutino somno. / *Ab* vno anno vsque ad duos lactandus, vel quousq; primores dentes emittat.

*Puerorum* / *Puberum* / *Adolescentum* / *Iuuenum* } Cognitio & cura. Vide insequentibus, sub signum*

*Senum.* &c. Cognitio & cura. Vide in neruorum curatione, cùm correctione potiùs quàm conseruatione indigeant.

*Laborantium* / *Ociosorum* / *Iter* agentium / *Nauigantium*, &c. } *Cognitione* & cura. Vide in neutrorum curatione.



* *Puero-*


* Puerorũ, adolescentũ & iuuenũ corpora salubria conseruanda quoque veniũt. Itaque
Puerorũ & puberum
Cognitio hoc est
Natura. Sic
Puerorum calida est & humida. Calida quidem non minùs atq; infantium: humida verò non eodem gradu. Siquidem omne animans ab ipso statim ortu siccius indies efficitur. Et est ab anno quarto vsque ad septimum.
Puberum, calida est, & minùs humida quàm puerorum. Et est ab anno septimo vs. vsque ad 14. vel 18.
Signa
Puerorum
Puberum
Numerus annorum manifestat. Eorum verò salubritatem, tum temperatura bona, tum compositio inculpata.
Cura, suis indicationib. perficitur. Quare quid sit agendum, indicat eorum natura seu temperatura, quæ conseruãda est similib. Quod fiet victus ratione instituta secundum
Qualitatem similẽ: videlicet humectãtem. Quare
Aer sit purus & temperatus.
Frictio ex oleo in vsu est.
Exercitium mediocre.
Balneo interdum vtatur aquæ tepidæ.
Cibus sit
Ius carnium.
Pullorum, Vitulina.
Veruecina.
Anatum, &c.
Amygdalarum.
Oua sorbilia.
Ex fructibus
Amygdalæ.
Vua passa.
Pruna.
Poma
Pira.
Cocta cum saccharo.
Potus, Aqua fontana
Animus ad obsequelam & temperantiam exercendus probis consuetudinibus, & grauibus, & disciplinis, quæ animo modestiam pariant, instruendus: vel alia arte.
Quantitatem cõmodam. Sic
Fricandi & exercitium moderatum, ne corporis incrementum impediatur.
Cibus & potus moderatus: & ter vel quater in die.
Somnus paulò longior quàm adolescentum.
Tempus commodum. Sic
Fricandi ac lauandi tempus est, cùm à matutino somno surrexerint, deinde luserint, ac iam cibum petant.
Balneo rarò vtantur, & non nisi dum luctari condiscunt.
Ordinem decentem. Sic
Cibus & potus balneum sequatur.
Exercitium ante cibum inhibendum.
Adolescẽtũ & iuuenum
Cognitio, hoc est,
Natura Calida & ficca est.
Signa
Temperatura
Ab anno 14. vsq; ad annum vigesimumquintum perdurat.
Compositio
Non læsa. Vnde actiones probæ.
Cura, indicationib. perficitur. Quare quid sit agẽdum indicat tẽperatura, quæ cõseruanda est similib. quod cõmodè fiet victus ratione ordinata secundum
Qualitatem si milem, hoc est mediocriter calefacientem & siccantem. Quare
Aer sit in calido & frigido temperatus, & modicè siccus.
Frictio prius linteolo, deinde cum oleo, modicè velox.
Exercitium sit mediocre vel
Armorum.
Pilæ.
Saltus, &c.
Balneum aquæ dulcis modicè calidum.
Cibus sit
Caro
Caponum, Gallinarum.
Perdicum, Phasianorum
Hædina, Vitulina, &c.
Ex piscibus, laxatiles.
Ex oleribus
Endiuia.
Lactuca.
Cichorium, &c.
Ex fructibus
Amygdalæ.
Vua passa, &c.
Potus. Vinum album dilutum optimè.
Somnus moderatus.
Venus moderata.
Quantitatem debitam. Sic
Exercitium fiat, dum corpus intumescat, & color illi floridus appareat, sudorq; cum calido vapore mistus, tum exercitatio inhibenda.
Frictio sit, dum floridus color in cute appareat, tum artuum flexibilitas & habilitas ad omnem motum.
Tempus commodum. Sic
Exercitatio adhibenda, cum hesternus cibus duplici concoctione iam prorsus sit confectus, expulsis priùs excrementis tum alui, tum vesicæ.
Ordinem decentem. Sic
Frictio præcedat exercitium, ne periculum rumpendi alicuius, nec obstruendi vereatur.
Cibus sequatur exercitium.
Somnus cibum sequatur, &c.

# LIBRI SECVNDI

## PARS II. ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

## De Cognitione & curatione corporis insalubris in genere.

*Absoluta prima huius libri parte, in qua de corpore salubri egimus, ad alteram siue secundam, quæ de corpore insalubri tractat, transeundum erit.*

- *Corpus* itaq; insalubre tũ in
  - *Genere* habetur ex eius
    - *Cognitione*, hoc est
      - *Causarũ*: videlicet
        - *Materiæ*. Sic corpora insalubria sunt
          - *Simpliciter*
            - *Semper*: ægrotabilia in summo tam in temperatura quàm compositione, & vtroque simul. Rarò quidem talia nascuntur, & nata non diu viuunt. Talia sunt insanabilia.
            - *Vt plurimum*: ægrotabilia tam in temperatura quàm compositione & vnione. Talia sæpe contingunt, sed rarò supersunt. Et vix sanabilia sunt.
          - *In* præsentia, seu vt nunc, ægrotabilia in temperatura, vel compositione, vel vtroque simul. Huiusmodi frequentissimè reperiuntur, & sunt sanabilia, si nullus error contingat.
        - *Formæ* id est
          - *Morborum*. Vide A.
          - *Symptomatum*. Vide suprà in libro primo, in Pathologia.
        - *Efficientis*: id est, Causarum
          - *Morborum*. Vide in sequentibus signum B.
          - *Symptomatum*. Vide in sequentibus signum C.
      - *Signorum*. Vide in sequentibus signum D.
    - *Curatione*. Vide in sequentibus, sub signo E.
  - *Specie*. De quo post generalem Curationem.

## De Morborum differentiis.

- A. *Morborum* differentiæ sumũtur à
  - *Causis* constitutionibus. Sic alij
    - *Similarium* partium: & vel
      - *Simplex*
        - *Calidus*.
        - *Frigidus*.
        - *Humidus*
        - *Siccus*.
      - *Compositus*: & vel
        - *Sine* materia
          - *Calidus* & humidus.
          - *Calidus* & siccus.
          - *Frigidus* & humidus.
          - *Frigidus* & siccus.
        - *Cum* materia
          - *Phlemone*.
          - *Erysipelas*.
          - *Oedema*.
          - *Scirrhus*, &c.
    - *Instrumentalium*, hoc est vel in
      - *Conformatione*, id est
        - *Figura*.
        - *Cauitate*.
        - *Leuitate*.
        - *Asperitate*.
      - *Numero*
        - *Abundante*.
        - *Deficiente*.
      - *Magnitudine*
        - *Maiore*.
        - *Minore*.
      - *Situ*.

      *Et* vel
      - *Simplex*.
      - *Compositus*.
    - *Vtrique* parti communis. Vnitatis solutio.
  - *Accidentibus*. Vide in sequentibus signum *.

* *Morborum* differentiæ ab accidentibus, sumuntur à

- *Qualitate* seu more. Sic morborum alius
  - *Benignus*, cuius natura seu species, & symptomata superuenientia non sunt mala: verbi gratia si morbus fuerit ephemerus, aut tertianus, &c. Si pulsuum adsit bonitas, mens & vires constent facilis tolerantia, facilis anhelitus, facies similima sanis, &c. fuerit.
  - *Malignus*, cuius species & symptomata superuenientia, multa, diuturna, valida & maligna sunt: cuiusmodi est pestis, difficilis tolerantia, pulsuum malitia, spirandi difficultas, facies sanis dissimilima, aures frigidæ, oculi caui, color faciei niger, vel viridis.
- *Quantitate*. Sic morborũ alius
  - *Magnus*, cuius symptomata multa, magna & vehementia sunt, vel qui vehemẽs est, & in specie plurimùm auctus: vt magna intemperies calida, magnum vulnus, quod magnũ locum occupat.
  - *Parvus* magno contrarius est qui paruum à sanitate recedit, vt vulnus paruam occupans partem. hi Medici auxilio non indigent, sed sola Natura curantur.
- *Loco*. Sic morborum alius parti
  - *Proprius*, cuius pars per essentiam & propria affectione laborat, & propriis accidentibus dignoscitur.
  - *Improprius*, qui ex συμπαθείᾳ, hoc est per compassionem, seu consensum fit, aut
    - *Transmisso*
      - *Vapore*, qui à ventriculo sursum ad caput fertur.
      - *Humore*, qui sursum ad caput fertur, ipsumq; distendit ac calefacit.
    - *Non* transmissa aut
      - *Materia* aliunde præparata: vt in voce spiritus.
      - *Facultate*: vt in crure resoluto animalis facultas per neruum.
- *Aetate*. Sunt namq; morbi peculiares
  - *Pueris*
    - *Infantulis* nempe
      - *Vlcera* oris.
      - *Vmbilici* inflationes.
      - *Aurium* humiditates.
      - *Variolæ*.
      - Morbilli, &c.
    - *Aetate* prouectioribus
      - *Febres*.
      - *Conuulsiones*.
      - *Alui profluuia*, &c.
    - *Adolescentibus*
      - *Asthma*.
      - *Lumbrici*.
      - *Strumæ*, Verucæ, &c.
  - *Iuuenibus*
    - *Febres* acutæ, Tabes.
    - *Sputum* sanguinis.
    - *Comitiales* morbi, &c.
  - *Consistentibus*
    - *Pleuritides*, Pulmoniæ.
    - *Phrenitides*, Dysenteriæ.
    - *Choleræ*, Lienteriæ, Quartanæ, &c.
  - *Senibus*
    - *Asthmata*, Destillationes, Tusses.
    - *Apoplexiæ*, Vertigines, Tremores.
    - *Vrinæ* stillicidia.
    - *Morbus* articularis.
    - *Pruritus*, &c.
- *Tempore*
  - *Morbi*
    - *Totius*. Sic morborũ alij
      - *Acuti*, quorũ motus est velox, & citò pericula adueniunt: & vel
        - *Propriè*
          - *Exactè*, qui ad decimumquartum extenduntur diem.
          - *Non* exactè, qui ad vigesimũ extenduntur diẽ.
        - *Peracuti*
          - *Exactè*, qui quarto die vel citiùs finiuntur.
          - *Non* exactè, qui in diem septimum, aut intra hebdomadam vnam propagantur.
      - *Non* acuti, quorum alij
        - *Breues*, qui citò terminantur: vt febris ephemera.
        - *Longi*, qui ad multos dies extenduntur, vt febris quartana, & tumores duri præter naturam.
    - *Partium*. Habent namq; morbi sua tempora, quæ ætates appellamus, metaphora sumpta ab animalib. Vt enim hæc postquam genita sunt ad vigorẽ vsq; augentur, subinde verò tabescentia ad extremam vsq; corruptionẽ perueniunt, sic etiam morbi iuxta primam eorundem generationis constitutionem, via quadam ad vigorem vsq; progrediuntur atq; increscunt, donec pro incrementi prioris portione decrescentes in totum dissoluantur. Vt autem non omnia animalia ad extremam ac constitutam à Deo vsq; senectutem perueniunt, atq; omnes ætates pertranseunt, ita nec omnes morbi ob eorum malitiam ac ægro tantium imbecillitatem, singula tempora attingere possunt. Sunt autem tempora morborum numero quatuor
      - *Principium*, est totius morbi pars, quę cruditatis signis definitur. Quã diu enim cruditatis signa seu excrementa cruda apparuerint, morbi erit principium.
      - *Augmentum* seu incremẽtũ, seu ascensus, est id quod statim post principium incipit: in quo parum cocta excrementa apparent, & ad vigorẽ vsque durat.
      - *Vigor* seu status, est vehementissimum totius morbi tempus, in quo probè & integrè cocta excrementa apparent.
      - *Declinatio*, est quod vigorem sequitur, in quo quãtitate diminuta sunt excrementa.
  - *Anni*. Sunt namq; morborum alij
    - *Verni*, Aestiui
    - *Autumnales*
    - *Hyemales*

  } De quibus suprà in libro primo, & parte prima.

De Cau-

# De Cauſis morborum ſimilarium in genere.

B. Cauſæ morborum partium vel
- Similarium
  - *Simplicium.* Vide in ſequentibus ſub ſigno *
  - *Compoſitorũ*, exintẽperie
    - *Sola*
      - *Calidorum* & humidorum, Calidæ & humidæ.
      - *Calidorum* & ſiccorum, Calidæ & & ſiccæ.
      - *Frigidorum* & humidorum, Frigidæ & humidæ.
      - *Frigidorum* & ſiccorum, Frigidæ & ſiccæ.
      - *Calidorum* & frigidorum, Calidæ & frigidæ
      - *Humidorum* & ſiccorum, Humidæ & ſiccæ.
      - → Faciunt intemperiem inæqualem in toto vel in parte.
    - *Cum* materia
      - *Calidorum* & humidorum, vt Phlegmones, Sanguis calidus & humidus.
      - *Calidorum* & ſiccorum, vt Eryſipelatis, Bilis flaua calida & ſicca.
      - *Frigidorum* & humidorum, vt Oedematis, Pituita frigida & humida.
      - *Frigidorum* & ſiccorum, vt Scirrhi, Atra bilis frigida & ſicca.
- Inſtrumentalium
  - *Simplicium*
    - *Conformationis.* Vide in ſequetibus, ſub ſigno **.
    - *Numeri*
      - *Deficientis* vel partis
        - *Reſectio.*
        - *Vſtio.*
        - *Putrefactio* vel ob
          - *Medecamenta*, quæ ſuapte natura putrefacere poſſunt.
          - *Excrementa* in ipſo animali genita.
          - *Ea*, quæ tranſpirationem impediunt.
        - *Refrigeratio* nimia.
      - *Superflui*
        - *In* vtero
          - *Natur ali* ſpecie. Vtilis materiæ multitudo.
          - *Specie* præter naturam. Inutilis materiæ multitudo.
        - *Extrinſecus*
          - *Caro* ſupercreſcens in vlcere.
          - *Pterygion* in oculis.
    - *Magnitudinis*
      - *Auctæ*
        - Vtilis materiæ magnitudo.
        - *Virtus* valida.
      - *Minutæ*
        - *Vtilis* materiæ defectus.
        - *Potentia* non valida.
    - *Compoſitionis* præter naturam
      - *Poſitionis*
        - *Subitarius* & vehemens motus.
        - *Intemperies* humida in articulis, à qua ligamenta humeſiunt & luxantur nimium.
        - *Fractio* ſuperciliorum in finibus coxarum.
        - *Prominentia* ſuperficiei ab initio cotylæ.
        - → Hæc omnia interluxationum cauſas enumerantur.
        - *Meatus* à peritonæo ad teſticulos pertingẽs dilatatus vel ruptus, &c.
      - *Conſenſus*
        - *Inepta* coaleſcentia partium.
        - *Ventriculum*
        - *Ligamentum*
        - → Laxum, intentum aut ruptum, &c.
  - *Compoſitorum*, facilè inueniuntur. Quoniam ex ſimplicibus iam dictis componuntur.
- *Vtriſq;* communium (id eſt, vnitatis ſolutionis)
  - *Simplicium*
    - *Internæ*, vt
      - *Motus* repentinus, inæqualis & validus. Idcirco veteres antequam ſe mouebant, vngebant ſe priùs & fricabant.
      - *Humores*
        - *Acres* ſeu erodentes.
        - *Praui.*
      - *Plenitudo* ad vaſa.
    - *Externæ*
      - *Erodentia*, vt
        - *Ignis.*
        - *Medicamenta* acria & cauſtica.
      - *Tendentia* & rumpentia *Vt*
        - *Caſus* ab alto.
        - *Corpus* validum & durum irruens.
      - *Fragentia* & contundẽtia *Vt*
        - *Caſus* ab alto.
        - *Corpus* validum & durum irruens.
      - *Incidentia*, vt
        - *Acuta*
        - *Ad* ſecandum habilia.
  - *Compoſitorum* ex iam dictis facilè cognoſcuntur.


Causæ morborum partium similarium simplicium, vel
Calidorum
Internæ
Putredo humorum, & maximè bilis, totius vel partium, in quibus hi putrefiunt, vt in erysipelate, herpete, phlegmone, carbunculo, tertiana febri, &c.
Constipatio. Hæc cute densata per frigus, balneum aquæ aluminosæ vel alterius quod huiusmodi vaporum transpirationem prohibet: qui si sint fuliginosi, febrem cumulati accendunt.
Externæ
Vicinitas corporis calidi, vt
Ignis.
Solis.
Aeris calidi, &c.
Motus
Corporis magnus, qui facit vel
Lassitudinem, si est saltem in
Musculis.
Articulis.
Febrem, si cor vnà cum toto corpore afficiatur.
Animi, vt ira, quæ propter motum nimium sanguinis circa cor, febrem interdum accendit.
Alimenta calida, acria, vt
Allium.
Porrum.
Cæpa.
Vinum vetus, &c.
Medicamenta acria, & alexiteria, & amuleta, &c.
Frigidorũ
Internæ
Pituita.
Rarefactio totius vel partis, calorem natiuum dissipans, vt
Medicamenta rarefacientia.
Aer circumfusus calidus.
Constipatio maxima totius vel partis, facta
Interceptione arteriarum propter vel
Sanguinis redundãtiam, ita vt nullus in ipsis vacuus relinquatur locus, in quem arteriæ dum attolluntur, aerem frigidum attrahere possint.
Orarum obstructionem, ita vt excrementa nullam habeant transpirandi viam.
Aere frigido.
Aquis frigidis & astringentibus.
Vinculis violentis.
Externæ
Vicinitas corporis frigidi: vt
Aeris.
Aquæ.
Glaciei.
Nivis, &c.
Motus immodicus.
Ocium.
Cibus & potus
Qualitate frigidus.
Quantita nimia sumptus, &c.
Medicamentum frigidum, vt
Papauer.
Cicuta.
Mandragora.
Hyosciamus, &c.
Humidorum
Internæ. Pituita.
Externæ
Aeris & temporis constitutio humida: vt imbres plurimi.
Aquarum dulcium crebræ balneæ.
Cibus & potus copiosior, & natura humidior.
Somnus longior.
Vita ociosa.
Vitæ ignauia.
Mollis educatio.
Animi tranquillitas.
Medicamenta potentia humida.
Siccorum
Internæ
Atræ bilis.
Transpiratio plurima.
Externæ
Aeris constitutio sicca.
Aquæ naturam habentes
Sulphuris.
Nitri.
Aluminis
Cibus
Potus
Parcior, & natura siccior.
Medicamenta exiccantia.
Labores
Curæ
Vigiliæ
Immodicæ.

Can-

** *Causæ* morborũ instrumentalium simplicium conformationis

- *Figuræ* vitiatæ
  - *Malus* conformator
    - *In* vtero matris, ob
      - *Motus* naturalis spermatis impedimentum.
      - *Nimiam* materię quantitatem.
      - *Materiæ* qualitatem non idoneam.
    - *Extrinsecus*,
      - *Obstetricis* in
        - *Inuoluendo* fasciis infantem adhuc mollem & fluxilem.
        - *Erigendo*, reponendo & mouẽdo vehemẽtiùs, vt per stationem & ambulationem.
        - *Deligando* strictiùs partem aliquam.
      - *Illius* ipsius, in
        - *Mouendo* immodicè, vt cùm ægrotus membrum ad vsum accommodet, priusquam firmus cõstiterit callus.
      - *Medici*, in
        - *Deligando* & formando membra nõ probè, & ipsorum figuram inuertendo.
  - *Plenitudo* vel defectus
    - *Partis* vnius, cuius figura deprauatur vel
      - *Primaria* ratione, vt
        - *Nasus* simus
        - *Aures* acutę
        - *Labra* crassa
        - } Elephantiasi videntur. Atq; in totum qui sic laborant, satyris similes sunt.
        - *Nares* acutę
        - *Collapsa* tempora
        - *Oculi* concaui
        - *Scapulæ* & brachia in alarũ modum porrectę
        - } In phthisicis deprehenduntur.
      - *Per* accidens ob
        - *Neruorum* resolutionem, & trahitur à musculis, qui adhuc actione valent.
        - *Conuulsionem*, & à musculis trahitur conuulsis.
        - *Phlegmonem*
        - *Scirrhum*
        - *Præduram* cicatricem inductam
        - } Omnes partes proximas intendendo trahunt
        - *Dissectionem*
          - *Tendonum*
          - *Neruorum*
          - } Quemadmodum in resolutis.
    - *Corporis* totius, vt
      - *Elephas*
      - *Tabes*
      - } Qui morbi planè formam immutant.
- *Asperitatis*
  - *Humores* acres
  - *Medicamenta* abstergentia
  - *Puluis*
  - *Fumus*
  - } Vt in oculis
  - } Huiusmodi vitia in ossibus & carnibus videre est. Si autem hi fuerint valentiores, in osse cariem efficiunt, in carne verò vlcus. Si autem modicè sint, solùm asperitatem gignunt.
- *Leuitatis*, humor
  - *Pinguis*
  - *Viscosus*.
- *Cauitatis*, seu meatus partium internarum omnino amissi, aut læsi per
  - *Coalitum*, vt si superficies interna exulceretur, & postea coalescant partes.
  - *Angustiam*,
    - *Caruncula*, vel tuberculum.
    - *Phlegmone*, Scirhus, abscessus, & cęteri tumores pręter naturam instrumenti internam cauitatem comprehendentes.
  - *Obstructionem*
    - *Humor* lentus & crassus.
    - *Callus*.
    - *Grumus*.
  - *Compressionem*, vt si aliquid extrinsecùs incidat & vehementiùs comprimat.
  - *Subsidentiam* in sese
    - *Astringentia*, frigus.
    - *Siccantia*, seu arefacientia.
    - *Facultas* retentrix immodicè mouens.
  - *Patefactionem*
    - *Excretricis* facultatis motus immodicus.
    - *Contentricis* imbecillitas.
    - *Medic.* aut aqua aperiendi vim habens
    - *Mollicies* immodica instrumentorum.
    - *Aer* humidus & calidus.

# De Symptomatum cauſis, Facultatis animalis ſenſificæ, viſus aboliti, debilis & deprauati.




Cauſæ


Causæ symptomatum functionis animalis sensificæ
Auditus aboliti, debilis, depraua-ti
Facultatis audiendi, læsæ, vt morbus
Nerui auditorij
Similaris
Simp.
Calidus. Frigidus.
Humidus.
Siccus.
Compos.
Calidus & siccus.
Calidus & humidus.
Frigidus & humidus.
Frigidus & siccus.
Instrument.
Obstructio.
Compressio.
Tumor præter naturã, &c.
Vtriq; parti communis, id est vnitatis solutio.
Cerebri, præsertim ea parte, qua ex eo neruus auditorius oritur
Intemperies
Calida. Frigida.
Humida, Sicca.
Calida & humida.
Calida & sicca.
Frigida & sicca.
Frigida & humida.
Obstructio.
Tumor.
Solutio continui.
Instrumenti principalis, id est meatus auditorij internæ extremitatis, quæ dilatato neruo committitur: vt
Intemperies
Calida.
Frigida.
Humida.
Sicca, &c.
Obstructio vel
Tumore præter naturam.
Sorde.
Callo.
Solutio continui.
Partium primo instrumento auditioni seruientium, id est, earum quæ extrinsecus in meatus anfractu consistunt
Intemperies
Calida.
Frigida.
Humida.
Sicca, &c.
Obstructio ab
Inflammatione.
Tumore aliquo,
Abscessu.
Oedemate.
Scirrho.
Tuberculo.
Sorde, &c.
Solutio vnitatis.
Olfactus aboliti, debilis & deprauati
Facultatis olfaciendi læsæ
Intemperies
Calida
Frigida
Spiritus ventriculorum cerebri anteriorum.
Obstructio.
Compressio.
Tumor præter naturam.
Solutio continui.
Instrumenti principalis, id est anteriorum cerebri ventriculorum
Intemperies
Calida.
Frigida.
Humida.
Sicca, &c.
Obstructio.
Partium primo instrumento olfactui seruientium, id est nasi, & internæ membranæ narium, & ossium ethmoideon
Intemperies
Sola
Calida. Frigida.
Humida.
Sicca, &c.
Cum humore putri.
Obstructio ab
Excremento, vt in destillatione & grauedine.
Polypo, Callo.
Tuberculo. (&c.
Tumore aliquo præter naturam
Solutio continui.
Gustus aboliti, debilis, depra-uati
Facultatis gustandi, à cerebro per neruum mollem descendentis, morbus
Cerebri
Similaris, id est intemperies vel
Calida.
Frigida.
Humida.
Sicca, &c.
Instrumentalis ab
Obstructione.
Compressione.
Tumore aliquo præter naturam.
Vtriq; parti communis, id est Solutio continui.
Nerui mollis linguæ
Similaris.
Instrumentalis.
Vtriq; parti communis, id est solutio (continui.
Instrumenti principalis, id est tunicæ linguam ambientis
Intemperies.
Tumor præter naturam.
Solutio continui.
Partium primo instrumento seruientiũ, id est similaris linguę corporis & palati
Intemperies.
Tumor aliq s præter naturã.
Solutio cõtinui.

Causæ


Causa symptomatum tactus
Non exquisiti (omnib. qualitercunque sentientibus communis)
Debilis
Solius tactus, vt hæmodiæ. siue dentium stuporis: cibi
Acidi.
Acerbi.
Austeri.
Tactus & motus simul, vt torporis in toto corpore & maximè in artubus
Refrigeratio.
Compressio. ab aliquo corpore duro
Funiculo.
Phlegmone.
Scirrho.
Osse fracto, vel luxato.
Obstructio, ab humoribus
Crassis
Lentis
Viscidis
Quod in neruis accidit, qui meatum habent, vt optici.
Torpedinis marini contactus.
Duritie nerui, à
Cibis lentis, crassis, viscidis.
Frigore magno.
Vitæ ignauia.
Consuetæ vacuationis suppressione.
Aboliti cum motu, vt paralysis in
Omnibus corporis neruis, vel etiam cerebro, tunc totum corpus sensu motuque priuatur, aç mortem celerem, respiratus priuatione infert.
Spinalis medullæ
Principio, solùm particulæ, quæ in facie sunt, sentiunt & mouentur, quoad viuit homo.
Vertebræ
Quarta, vox amittitur.
Quinta, motus & sensus brachiorum perditur.
Sexta, brachij partes motu tantũ priuantur, quia primæ illæ sæ perstant.
Septima, multò magis illæsæ seruantur.
Octaua, nullã aut admodũ paruam noxã brachij partes sentiunt, sed maximã partes inferiores.
Exquisitissimi in ore ventriculi: id cùm afficitur, vel
In consensum trahit alia membra: quod fit, quando os ventris exactè sentit, à causa vehemente, qualis est humor valdè frigidus, vel spiritus frigidus, potio, vel cibus, vel temperamentum valde frigidum, vel intẽperies frigida ingens sine humore, humor valde calidus, valde mordax, cibus vel corruptus, vel suapte natura vitiosus. Tum si principia, id est cor & cerebrum imbecilla sint, facilè consentient, & vel
Ambo simul, tum spiritus fit abolitio. Dispnœa, hoc est, difficilis spiratio, fit, cùm propter septi transuersi contractionẽ, tum propter ambarum harum partium sympathiam.
Alterum solum, & vel
Cor, passio, quæ sequitur præceps, & acuta cardiaca, est. In hoc affectu arteria vix, aut non pulsat prorsus, aut vitiosè. Fit propter vicinitatem affecta per arteriam magnam cordi cõmunicato.
Cerebrũ, atque causa vel est
Frigida, cum vel humor vel flatus frigidus ad cerebrũ per neruos ascendit
Conuulsio.
Epilepsia.
Caros.
Catalepsis.
Lethargus.
Somnus tumultuosus.
Insomnia.
Melancholia hypochondriaca.
Affectio habens accidentia suffusioni similia.
Calida, cũ humor calidus ad cerebrum peruenit, vel flatus
Paracope.
Deliria.
Demẽtiæ species aliæ.
Non consentientibus. Vide in sequentibus sub signo **
** Non


Non consentientibus aliis partib⁹, & est vel appetentia
Abolita, atq; vel
Deprauata, & vel
Cibi
Potus: excessus vel
Frigoris sensum consopientis.
Humoris, quo tempore potu corpus non eget.
Quia sensum non accepit à cerebro.
Suctionis sensus stomachi non factus, cum
Nimio humore, præsertim crasso ac lento, madens venter suctionem non percipit.
Sensifica vi deperdita est, vt in
Vehementi intemperie.
Vehementi fluxione.
Alias multo humore calore fuso.
Suctio ventriculi deperdita: id quod fit cùm vel
Vasa nimis plena sunt.
Nimium resoluuntur.
Corpus non attrahens, fit cùm
Plenum est.
Euacuatio aliqua suppressa est.
Calor imbecillus non digerit.
Cutis clausa est.
Humor trahendus crassus est.
Quod ingeritur multum est, quod digeritur parum.
Cibi, duplex est: vel enim appetit
Immoderatè, vt in
Appetentia canina
Acidus humor.
Per totũ corpus vacuatio amplior.
Bulimo. Indigentia & imbecillitas & refrigeratio simul.
Aliena
Mala qualitas aliena.
Mali humores.
Potus
Immoderata
Humor
Salsus.
Biliosus.
Penuria natiuę humiditatis.
Feruor natiui humidi.
Aliena, & ciborum appetentiæ alienæ respondet. Est autem humor corruptus in tunicis ipsius oris existens.


Causæ
Vigiliæ
Sœcitas.
Calor immodicus.
Mœror.
Solicitudo.
Dolor.
Veterni
Frigiditas, magis quàm
Humiditas.


Dolor, est pathos præter naturam, violenter & affatim incidẽs. Causæ doloris
Solutionis continui
Sectio, sub qua intelligitur punctio.
Erosio ab acribus, quæ mordent, & sunt vel
Externa
Fumus.
Pulus in oculis.
Interna, acres vel calid
Humores.
Vapores.
Contusio in
Duris
Magnis
Grauibus
Foris incidentibus.
Tensio, quæ etiam rumpit, Huius causæ sunt vel
Externæ.
Internæ, quæ sua multitudine distendunt: qualia sunt
Flatus.
Vapores.
Humores.
Ruptio.
Intẽperiei
Sine humore
Caliditas vehemens: notas habet caloris sine tensione, granitate, punctura, erosione & pulsatione.
Frigiditas. Notas habet frigoris, &c.
Humiditas. Hæc vix vllum dolorem generat, quia sensus consopit.
Siccitas, exiguum sensum sui facit, nisi vehemens sit, tum distendendo, & quasi continuum soluendo, dolorem parit.
Cum humore
Sine qualitate aliena, & faciunt
Tensionem.
Grauitatem.
Cum calore & frigore & dolore fiunt vt supra, sed adiunctam habent
Distensionem.
Erosionem.
Grauitatem.
Punctionem.
Pulsationem.

Causa




*Ex his conuulsio & palpitatio, solius morbi sunt opera, nihil ad illorum generationem conferente natura. Opera verò solius naturæ, sunt rigor, horror, sensus vlceris, pruritus, tussis, sternutamentum, oscitatio, pandiculatio, singultus, vomitus, ructus, sed à causa aliqua præter naturam excitata. Amborum enim naturæ & morbi simul, sunt omnes motus torpidi, ac alij quoq; quibus ij, quorum nerui resoluuntur, sed nondum resoluti sunt, mouentur: præterea & tremor. Galenus lib. 2. de Simpt. caus.*


Causæ symptomatum functionis animalis principis
Imaginationis
Abolitæ, vt Cari
Intemperies frigida vehemens.
Humor frigidus pituitosus.
Medicamenta frigida.
Imbecillæ: Cataphoræ, quam coma vocant. (Est enim comatis quædam species.) Causæ prædictæ, sed mitiores.
Depravatæ, vt Delirij
Praui succi calidi.
Intemperies cerebri calida.
Vapor calidus.
Memoriæ
Abolitæ, vt Obliuionis
Humor frigidus.
Morbi in abscessum declinantes.
Senectus, &c.
Imbecillæ, vt Torporis: Causæ iam dictæ, sed minores.
Depravatæ, vt Delirij
Humores calidi.
Intemperies calida.
Vapor calidus.
Abolitæ: vt Amentiæ
Cerebri intēperies frigida vehemens.
Morbi finientes in abscessum.
Senectus, &c.
Rationis
Debilis: vt Stultitiæ: causæ priores, sed mitiores.
Depravatæ: vt
Phrenitidis: Humor calidus, meningas, vel substantiam cerebri inflammans. Non est sine febre.
Melancholiæ: Atra bilis substantiam cerebri occupans.
Maniæ, quæ sine febre est
Humor mordax & biliosus.
Intemperies calida cerebri.
Causæ symptomatum actionū naturalium
Attractionis
Abolitæ, cùm ventriculus cibum omnino non trahit (vocaturq; hoc symptoma paralysis stomachi) morbus.
Similaris, id est intemperies
Simplex.
Composita.
Instrumentalis, vt
Tumor
Phlegmone.
Oedema.
Scirrhus.
Obstructio à
Tuberculo.
Humoribus
Crassis.
Lentis.
Viscosis.
Debilis, cum ægrè trahit, quo tempore relaxari quidem incipit, relaxatus tamen adhuc non est. Causæ prædictæ, sed minores.
Depravatæ, cùm prauè & non ritè trahit, vt cùm ab inferioribus clysteres, vel stercus trahit.
Retentionis
Abolitæ, cùm ventriculus cibum omnino non retinet: Morbus
Similaris.
Instrumentalis.
Debilis
Flatus ex
Ventriculo modicè frigido.
Cibis flatulentis.
Fluctuatio, eùm vel
Nihil in ipso continetur ventriculo, quod in flatum verti possit: quæ fit non sine potione.
Frigore nimio laborat.
Depravatæ, cum ventriculus cibum quasi tremendo, palpitando, conuellendo, &c. amplectitur, quorum causæ in symptomatum differentijs dictæ sunt.
Concoctionis. Vide in sequentibus, sub signo *


Causæ symptomatum actionū naturalium
Concoctionis seu alterationis
Abolitæ id est cruditatis, per quam cibus ne minimum quidem permutatur, nec corrumpitur.
Debilis, id est tardę concoctionis.
Depravatæ, id est cibi corruptelæ.
Quorum causa communis est alteratricis facultatis aberratio, quæ accidit vel
Cum potentia ipsa affecta est, à morbo vel
Similiari intemperie
Calida, ructus fumosus.
Frigida, ructus acidus.
Humida, post hydropem.
Sicca, post senectutem.
Instrumentali
Phlegmone
Erisipelate
Ructus fumosus.
Scirrho
Oedemate
Ructus acidus.
Errore extrinseco accidēte, vel à
Ventriculi excremētis
Calidis & biliosis, sequitur ructus fumosus.
Frigidis & pituitosis: ructus acidus.
Cibis & potionibus
In nimia quantitate sumptis.
Qualitate
Calida: ructus fumosus.
Frigida ructus acidus.
Intempestiuè sumptis.
Ordine præposteto sumptis.
Dormiendi tempore, vt somnum breuem.
Studijs, sub quibus continentur
Equitatio.
Piscatio.
Venerea.
Balnea.
Deambulationes,
Nauigationes.
Venationes.
Digestionis
Abolitæ: morbus
Similaris intemperies.
Instrumentalis.
Vehemens partium trahentium.
Debilis
Intemperies
Morbus instrumentalis
Mitior.
Depravatæ, cibi
Crassiores.
Viscosiores.
Nutricationis
Abolitæ
Alteratricis facultatis imbecillitas.
Attractricis facultatis imbecillitas.
Expultricis facultatis immodicus motus.
Alimenti priuatio.
Imbecillis
Imbecillitas
Alteratricis
Attractricis
Facultatis.
Defectus alimenti.
Depravatæ, alimenti prauitas.
Expulsionis
Abolitæ, cum omnino non expellit
Intemperies maxima.
Viarum angustia, ab
Obstructione
Tuberculo.
Crassis ac lētis humoribus.
Tumore
Phlegmone.
Scirrho.
Oedemate.
Debilis, cùm debiliter expellit: causæ abolitæ expulsionis, sed mitiores.
Depravatæ, excrementi vitium, multitudo, crassities, & lentor, ob
Alteratricis facultatis læsionem, ab intemperie
Calida, bilem efficit, vel melancholam.
Frigida pituitam, & excrementum aquosum parit.
Ciborum vitiū, suapte natura gignentium
Bilem quæ facit vel
Morbum regium.
Erysipelata.
Atram: bilē, quæ efficit vel
Elephantiam, cùm in totum corpus funditur.
Cancrum, cùm in vnā partē mittitur.
Pituitam: fit hydrops, vel œdema.
Aquosa: fiunt vel
Papulæ.
Ascitos.

Causæ


Causæ symptomatum affectuum corporis nostri
Visilium, id est, colorum præter naturam
Intemperies, vt videre est ex libro de Symptomatum differentijs.
Humores
A naturali specie degenerantes.
In profundū sub euntes.
Cutem illuentes.
Vel propter
Permutationem aëris nos ambientis.
Corporis affectum.
Animi affectiones.
Sanguinem
Multum.
Paucum, &c.
Olfactilium, id est odorū.
Gustatiliū, id est, saporū.
Audibilium, &c. id est, vocis & soni.
Præter naturā
Intemperies
Simplex
Calida
Frigida.
Humida.
Sicca.
Composita
Calida & sicca.
Calida & humida.
Frigida & humida.
Frigida & sicca.
Morbus instrumēt.
Obstructio.
Compressio.
Vide librum de Symptomatum differentijs, & de Symptomatum causis, in fine.
Causæ symptomatum retētionis & excretionis immodicæ
Hæmorrhagiæ, id est, excretionis sanguinis quauis exparte
Partis diuisio à
Vulneratione, ab
Acutis.
Secandi vim habentib.
Contusione, à
Grauibus.
Duris.
Ruptione, à
Succi abundantia.
Casu ab alto.
Duro vt graui quodam incidente.
Erosione, ab humoribus acribus.
Osculorum vasorum apertio vel propter
Vasis imbecillitatem.
Sanguinis, qui ad os eius impetu ruit, copiam.
Aërem quampiam, quæ illi extrinsecus incidit qualitatem.
Sanguinis per venas transudatio propter
Rarefactam tunicam, sanguine verò tenuato oritur.
Gracilium vasorum adapertionem.
Vomitus
Quantitas cibi & potus ventriculum grauans.
Qualitas rei mordacis, vt
Cibi per cruditates ingesti, & referentis ructum acidum, nidorosum, &c.
Excrementorum
Biliosorum.
Pituitosorum.
Serosorum.
Nec grauia nec mordacia, sed quædam in ventriculo contenta præter naturam, quæ posteaquam concocta sunt alere non possunt, vt
Pituita
Acida.
Salsa.
Sanguis in ventriculo effusus.


Causæ symptomatum excretionis & retentionis immodicæ
Deiectionis
Citæ
Ciborum copia, ventriculum grauans.
Punctio ventriculi & intestinorum à re mordente.
Alimenta li
Humidiora.
Viscosiora.
Grauiora.
Tardæ
Intestinorum
Facultas expultrix imbecilla.
Obtusus sensus, & molesta non percipiens.
Musculorum abdominis imbecilla expultrix, præsertim vbi excrementa fuerint duriora.
Alimentorum
Quantitas pauca.
Qualitas
Acerba.
Sicca.
Austera.
Paucæ
Alimenti in corpus vehemens distributio.
Cibus paucus & parum excrementosus.
Multæ
Digestio per corpus nulla vel imbecilla.
Cibus multus, præsertim excrementosus.
Fluxus excrementorum à supernis ad ventris cauitatem.
Ociun.
Assidua
Retentricis facultatis imbecillitas, ventriculi & intestinorum ob intemperiem.
Mordicatio ventriculi & intestinorum à contentis acribus in ipsis, vt
Medicamentis, cibis coniunctis, vel per se sumptis.
Alimentis in ventriculo corruptis.
Excrementis mordacibus
A corpore ad ventrem defluentibus.
In ventre genitis.
Vehemens ventriculi & intestinorum sensus, siue is à natura, vel vlcere procedat.
Resolutio musculorum sedis.
Cruentæ, id est sanguinis.
Vtilis, per quosdam circuitus excreti, ob
Membrum aliquod mutilatum.
Derelictam exercitationem consuetam.
Inutilis, qualitas acris: qualis sæpe in morbis acutis criticè excernitur.
Medij inter vtilem & inutilem id est aquosi sanguinis, quia quæ, in aqua carnes nuper mactatæ cruentæ ablutæ sunt, similis est. Cuius causa est hepatis imbecillitas.
Vel synceri vel grumosi cum pure, vel ramentis intestinorum, vel stercore denso cruentis guttis respersо. Et hæc propriè Dysenteria dicitur, atque ob intestinorum exulcerationem fieri solet. In hac sæpe & paulatim deijcitur: in præcedentibus verò tribus affatim & multum.
Vrinæ expulsionis
Abolitæ, id est ischuriæ
Vesicæ imbecillitas, non potentis vrinam excernere.
Angustia orificij vesicæ:
Obstructi à
Grumo.
Crasso pure.
Lapide.
Callo.
Tuberculo.
Clausi à
Tumore, vt
Phlegmone.
Scirrho.
Oedemate.
Siccitate multa.
Renum imbecillitas, cùm penitùs nihil vrinæ attrahunt.
Debilis. Eædem causæ sunt cum prioribus, sed minores.
Depranatæ, id est
Strangulæ
Vesicæ imbecillitas, vel vlcus.
Vrinæ acrimonia.
Diabetæ, liquato & resoluto in serosam saniem
Copore vniuerso.
Succo seu sanguine in venis contento. Tum enim serum purgatur à venis, & continenter vesicæ transmittunt.

Causa sym-

- *Causæ* symptomatum excretionis & retentionis immodicæ
  - *Flatus* ventris
    - *Calor* naturalis debilis.
    - *Humores* pituitosi in ventriculo contenti.
    - *Cibus* natura flatulentus.
  - *Sudoris*
    - *Multi*
      - *Corporis* raritas.
      - *Excrementorum*
        - *Tenuitas.*
        - *Abundantia.*
      - *Vires* robustæ.
      - *Resolutus* habitus corporis, seu retentricis imbecillitas.
    - *Retenti*
      - *Excrementum*
        - *Paucum.*
        - *Lentum.*
        - *Crassum.*
      - *Constipatio* meatuum, ab
        - *Obstructione*, humoribus
          - *Multis.*
          - *Crassis.*
          - *Lentis.*
        - *Clausione*, à
          - *Nutritione* copiosa.
          - *Refrigeratione.*
          - *Mollitie.*
      - *Facultatis* expultricis imbecillitas in carne.
  - *Menstruũ*
    - *Retentorũ*, id est abolitorum
      - *Vteri* corpus
        - *Durum.*
        - *Densum.*
        - *Intemperatum.*
      - *Venarum* angustia ab ortu mulieris
      - *Compressio* apartibus vicinis
      - *Sanguis* menstruus
        - *Crassus*
        - *Lentus*
        - *Copiosus*

        } Ora vasorum in vtero obstruens.
      - *Multæ* exercitationes.
      - *Victus* tenuis.
      - *Humorum* ad alias partes declinatio.
    - *Diminutorum.* Eædem causæ, sed mitiores.
    - *Deprauatorum*
      - *Immodicorum*
        - *Ocium* diuturnum.
        - *Victus* plenior.
        - *Proprij* vteri morbi in cornibus, ceruice vel toto corpore.
      - *Alienarum* per vterum defluxionum, id est fluxus muliebris, ob affectum aliquem ipsum infestantem. Redundantia in toto corpore
        - *Sanies* sanguinis, excrementũ rubrum.
        - *Pituita*, album excrementum.
        - *Bilis* flaua, pallida.
  - *Gonorrhœa*, id est profluuij seminis
    - *Retentricis* facultatis imbecillitas in vasis seminarijs, si non intento
    - *Conuulsioni* quodammodo similis affectus, si intento

    } *Virili* pudẽdo fiat

# De Signis insalubribus diagnosticis.

- D. *Signorum* insalubrium alia indicant insalubritatem
  - *Præsentem* (Diagnostica dicũtur) & vel
    - *Simpliciter*
      - *Semper.* Hæc ab ipso ortu naturæ morbosam indicant constitutionem.
      - *Vt multum.* Quæ non longè à pessima constitutione recedunt.
    - *In* præsentia, quæ nunc indicant, vel ipsius affectionis
      - *Causas*, hoc est
        - *Materiam*, seu locũ affectũ. Vide in sequentibus signum a.
        - *Formam* siue affectionem ipsam. Vide in sequentibus signũ b.
        - *Efficientes* causas. Vide in sequentibus signum c.
      - *Accidentia.* Vide in sequentibus signum d.
  - *Futuram*, dicuntur Prognostica.
  - *Præteritam*, dicuntur Anamnistica: quæ magis ab ægri & astantium sermone, quàm ab artificiosa coniectura deprehenduntur.

a. *Signa* Diagnostica, indicantia locum affectum, per

- *Accidens*, seu per consensum : quando proprijs accidentibus discerni nequit, nec perpetuò permanet, sed cum pars aliqua cum alia sic afficitur, vt irritata quidē vna, altera vehementiùs molestetur, remissa verò irritatione, quiescat.
- *Se*, seu propriè : quādo proprijs accidentibus dignoscitur, ac semper eadem fuerint perpetua, neq; alijs præcedentibus superueniunt : vt cerebrum in phrenitide vera, oculus in suffusione, &c. Hæc sumuntur ab
  - *Actionibus*
    - *Animalibus*
      - *Principibus* : vt læsa
        - *Imaginatio*
        - *Ratio*
        - *Memoria*

        } *Cerebrum* affectum esse indicat.
      - *Minùs* principibus : & vel
        - *Sensibilibus* : vt læsa
          - *Visio*, oculum
          - *Auditio*, aures
          - *Olfactio*, nares
          - *Gustatio*, linguam
          - *Tactio*, neruos

          } *Laborare* indicat.
        - *Motorijs*. Neruos & musculos, in ea parte, quæ motu priuatur, affectos esse demonstrant.
      - *Vitalibus* : vt pulsus, cor & arterias affectus denunciant.
    - *Naturalibus*
      - *Appetitrice* : vt
        - *Cibi* fastidium oris ventriculi affecti signum est.
        - *Appetentia* nimia : vt in pica mulierum stomachi læsi nota est.
      - *Expultrice* : videlicet excrementis
        - *Secundū naturā*
          - *Vrina* excreta per vulnᵐ, vrinarios meatus, vel vesicam affectam esse indicat.
          - *Stercus* per vulnᵐ eiectū, intestinorum aliquod affectum esse demonstrat.
          - *Cibus* per vulnus reiectus, ventriculum laborare denunciat.
          - *Efflatus* spiritus inter respirandum per thoracem, membranam costas succingentem affectam esse ostendit.
        - *Præter naturā*
          - *Lapis*, renes vel vesicā affectam esse ostēdit.
          - *Pus* vel sanguinis grumus per tussim eiectus, thoracem, &c.
          - *Lumbrici*, intestina affecta indicant.
        - *Non veris*, sed partib. loci patientis : vt
          - *Bronchium* tussiendo excretū. pulmones ægrotare indicat.
          - *Ramentum* per aluum eiectū, intestinorū affectū ostēdit.
          - *Caruncula* per vrinā excreta, renes affectos, &c.
          - *Excrementa* lamarum speciē referentia, per vrinam excreta vesicam esse affectam portendunt.
  - *Passionibus*
    - *Intrinsecis*, proprijs : vt
      - *Suffusio*, oculos affectos.
      - *Hæmodia*, dentium stupidorum est nota.
      - *Rubedo* maxillarum, peripneumoniam indicat.
      - *Excrementa* similia loturæ carnium, nuper mactatarū, hepatis imbecilli est signum.
      - *Durus* in dexrra hypochondriorum parte tumor, hepar, in sinistra splenem affectum, &c.
      - *Dolor*
        - *Punctorius*, membranas
        - *Pulsatorius*, arterias

        } *Affectas* indicat.
        - *Grauis*, viscera, aliamue partem sensus hebetioris.
        - *Antè* in nota vlceris per vomitum, ventriculū : Pòst, gulam affectam esse monstrat.
    - *Extrinsecis*
      - *Lædentibus.*
      - *Iuuantibus.*

b. *Signa*

b. *Signa* morborum & symptomatum sumuntur ab

- *Actionibus*
  - *Vitalibus*: vt variæ differentiæ pulsûs læsi, varias febrium, aliorumque affectum differentias ostendunt
  - *Naturalibus*, ex putridæ scilicet, seu potiùs excrementis
    - *Veris*
      - *Secundum* naturam: vt
        - *Deiectio* cibi nondum mutati, indicium est diarrhœæ.
        - *Mictus* potus, non mutati, signum est diabetæ.
        - *Sudor* multus, morbum portendit.
      - *Præter* naturam
        - *Sabulosa* vrina, lapidem denunciat.
        - *Excrementa* seminibus cucurbitæ similia, vermes significant.
    - *Non* veris, sed partibus loci patientis: vt ramentum per *Aluum*, *Collum*, *Vrinam*, *Alium* quemuis meatum — Deiectum, vlceris indicium est.
- *Passionibus* propriis cuique
  - *Affectus*: vt
    - *Aduncæ* vngues, tabem significant.
    - *Horror* intempestiuus cum febre, inflammationis ad suppurationem transitionem ostendit.
    - *Lingua* nigricans, ardentis febris signum esse consueuit.
    - *Calor* totius corporis præter naturam, febrem.
    - *Dolor* lateris punctorius, pleuritidem.
    - *Dolor*: *Pulsatorius*, inflammationes; *Tensiuus*. & flatus; *Grauis*, humorum copiam — Ostendit.
    - *Color*: *Totius* corporis citrinus, vel tantùm oculorum, morbum regium.
    - *Corporis* totius niger, icterum nigrum, &c.
  - *Parti* affectæ
    - *Suffusio* solis oculis accidit.
    - *Lapis* in renibus & vesica tantùm gignitur, & vt quidam volunt, in colo.
    - *Lumbrici* solùm in ventriculo & intestinis.

## SIGNA *intemperaturarum & compositionis malæ ex prima parte secundi libri petenda, vbi de signis deflectentibus egimus.*

c. *Signa* causarum internarum & externarum sumuntur à

- *Causis*, forma scilicet ipsius morbi. Sic
  - *Synochus* non putris, sanguinem.
  - *Febris* tertiana, bilem.
  - *Quotidiana* pituitam.
  - *Quartana*, melancholiam.
  - *Phlegmone*, sanguinem.
  - *Erysipelas*, bilem.
  - *Oedema*, pituitam.
  - *Scirrhus*, atram bilem.
- *Accidentibus*
  - *Actionibus* læsis: *Animalib.*, *Vitalibus*, *Naturalib.* — Vt suprà.
  - *Passionibus*
    - *Intrinsecis*: vt *Colore.*, *Odore.*, *Sapore.*, *Calore.*, *Mollitie.*, *Duritie.*
    - *Extrinsecis*: *Ladentibus.*, *Iuuantibus.*


d.
Signa indicatia ipsius affectionis accidentia, hoc est
Qualitatem siue morē morbi, siue benignitatem, siue malignitatem, sumuntur à
Causa.
Effectibus
Salutaribus
Sputum coctum.
Facies sanis similima.
Respiratio bona.
Mentis constantia.
Color faciei naturalis.
Decubitus naturalis.
Pulsus bonus.
Vires constantes, &c.
Lethalibus
Sputum nigrum.
Facies sanis dissimilima.
Respiratio difficilis.
Mentis turbatio.
Extremorum frigiditas.
Inquietudo.
Liuor, &c.
Quantitatem
Magnitudinem, sumuntur ab
Essentia morbi. Sic
Pestis, magnitudinem morbi notat.
Ephemera, paruitatem.
Signorum, seu symptomatum magnitudine. Siquidem syptomata
Magna, morbi magnitudinem indicant.
Parua, affectus paruitatem indicant.
Longitudinem & breuitatem, sumuntur ex
Signis morborum temporū.
Natura causæ.
Temperatura.
Aetate.
Anni tempore.
Circuituum incrementis.
Mox apparentibus signis
Tempus morborum vniuersalium
Principij. Cruditas.
Augmēti
Anticipatio accessionis.
Accessio longior.
Morbus & symptomata vehementiora.
Intermissionis ac declinationis tēpus breuius.
Status
Accessio neq. anticipās, neq; tardans, sed æqualis.
Accessio neq. longior, neq. breuior, sed æqualis.
Morbus & syptomata neque vehementiora, neque mitiora, sed in eodem statu permanentia.
Intermissionis ac declinationis tempus æquale.
Declinationis
Accessio tardior.
Longitudo accessionis breuior.
Morbus & symptomata mitiora & simpliciora.
Intermissionis ac declinationis tempus longius.

De Signis

# De Signis prognosticis insalubribus in genere.

- *Signa* Prognostica insalubria, vel mortē indicant. Porrò in horum explicatione duo veniūt notanda: videlicet quatenus
  - *Prænunciant* in ægro corpore naturę vel morbi victoriam
    - Certò: atq. vel
      - *Naturæ*. Salubria sunt signa, & sumuntur ab actionibus tum vitalibus, tum animalib. & excrementis coctis.
      - *Morbi*. Mortalia signa sunt. Sumuntur potissimùm ab excrementis prauis & crudis.
    - *Incertò*. Hæc nullam stabilem facultatem habent, quòd aliis temporibus, & aliis in dispositionibus, alia significent, critica dicuntur, & sunt vel
      - *Signa* tantùm: vt
        - *Colli* & capitis dolor.
        - *Temporum* grauitas.
        - *Hallucinationes*.
        - *Lachrymæ* inuoluntariæ.
        - *Vertigo* tenebrosa.
        - *Oculi* & facies rubentes.
        - *Vigiliæ*.
        - *Æstus* ingens.
        - *Anxietas*.
        - *Labri* inferioris agitatio.
        - *Delirium*, Exclamatio.
        - *Anhelitus* difficultas.
        - *Somnus* grauis.
        - *Præcordiorum* subtractio.
        - *Stomachi* fastidium.
        - *Nauſea*, Sitis.
        - *Dolor* oris ventris.
        - *Motus* inordinatus.
      - *Causæ* & signa: vt
        - *Vomitus*.
        - *Sudores*.
        - *Vrinæ* multæ.
        - *Alui* profluuium.
        - *Menſtruorum* eruptio.
        - *Hæmorrhoidum* apertio.
        - *Sanguinis* fluxus.
        - *Parotides*.

      Hæc sumuntur ab actionibus, excrementis, & passionibus.
    - *Neque* certò. vt prima: neque incertò, vt secunda. Horum alia semper
      - *Bona*: vt salutis & vitę
        - *Mente* constare.
        - *Facilis* anhelitus.
        - *Facilis* tolerantia.
        - *Pulsuum* bonitas.
        - *Decubitus* decens.
        - *Facies* sanis similis, &c.
      - *Mala*: vt mortis. Sunt autem signis salutis contraria, & quæ in prognosticis Hipp. alia enumerat.

      Hæc omnia non solùm sunt signa, sed etiam accidentia corporis atque morborum.
  - *Futura* denunciant in corpore ægro vel salutem, vel mortem per
    - *Se*, sumuntur à
      - *Causis*: videlicet
        - *Materia*, seu parte affecta: quæ si fuerit
          - *Princeps* seu nobilis, periculum a groto portendit.
          - *Non* princeps, seu ignobilis, nullum laboranti periculum indicat, præsertim viribus valentibus.
        - *Forma*, seu morbi specie, quæ ex propriis symptomatibus cognoscitur.
      - *Accidentibus*: & vel
        - *Actionibus* seu viribus, animalibus, vitalibus & naturalib. Quæ si fuerint
          - *Validæ*, vt possint morbum superare, necesse est ægrotum euadere.
          - *Imbecilles*, vt non possint morbum superare, æger omnino morietur.
        - *Passionibus*
          - *Intrinsecis*, hoc est affectionis
            - *Magnitudine*, quæ ex quantitate symptomatum dignoscitur.
            - *More*. Sic morbus
              - *Benignus*, ægroto salutem prænunciat.
              - *Malignus*, ægro mortem portendit.
          - *Extrinsecis*
            - *Aere*, Regione.
            - *Anni* tempore.
            - *Victus* ratione, &c.
    - *Accidens*. Vide in sequentibus signum **.

**. Signa




CRISIS *est subita ad sanitatem conuersio.*

* *Signa* prognostica Crysim in specie indicantia, vel per abscessum, quod accidit in morbis diuturnis. Et huiusmodi abscessus fiunt ad partes

- *Superiores.* Horum signa sumũtur ab
  - *Actionibus*
    - *Animalibus*
      - *Sensibilibus*
        - *Propriis.* Surditas repentina.
        - *Communib.* Somnus grauis.
      - *Motricibus.* Difficilis anhelitus sine causa manifesta.
    - *Vitalibus.*
  - *Passionibus* intrinsecis
    - *Dolor* capitis vehemens.
    - *Grauitas* capitis & temporum,
    - *Præcordia* semper mollia & sine dolore.
    - *Morbus* non valde diuturnus.
- *Inferiores:* & sumuntur ab
  - *Actione* naturali, expultrice videlicet. Vrina
    - *Tenuis*
    - *Cruda*

    } Multo tempore micta.
  - *Passione* intrinseca
    - *Grauitas*
    - *Tensio*
    - *Phlegmone*
    - *Dolor*

    } Partium inferiorum.
    - *Circa* hypochondria aliquid phlegmones, & caloris in peripneumonia, huc repere humores significant.
    - *Morbus* diuturnus.
    - *Nullum* signum parotidum.

# De Curatione corporis insalubris in genere.

E. *Curatio* corporis insalubris in genere, indicationib. perficitur, quarum numero tres sũt.

- *Prima* est, An Medicus aliquid agere debeat, vel nõ debeat. Sumitur autẽ hæc à reb. vel
  - *Secundum* naturam, nempe sanitate, an scilicet sanitatis recuperatio speranda sit, id qđ deprehenditur partim à
    - *Causis* & vel
      - *Materiali.* Nam corporis pars
        - *Solida*, quæ insigniter est læsa, non potest sanitas restitui, nec sperari.
        - *Carnosa*
        - *Spiritalis*

        } Insinuat id posse præstari, quò tendimus.
        - *Ad* quam remedia pertingere
          - *Possunt*: posse
          - *Non possunt*: non posse

          } Obtineri id quò tendimus.
      - *Formali.* Siquidem mixtio in calido, frigido, humido, sicco, vitiata
        - *Aequaliter*: hæc insinuat non posse præstari, quod speramus.
        - *Inæqualiter*: hæc præstari posse quod speramus.
    - *Effectibus* nimirum
      - *Actione* vitali. Nam actio partis, per quam
        - *Vitam* habemus, insinuat, si perierit, præstari nõ posse id, quò tendimus.
        - *Vitam* meliorem habemus, vel per quam vita conseruatur. Hæc si vehementer læsa sit, aut perierit, quamuis præstari posse, quod speramus, insinuat: noxam tamen maiorem futuram successu temporis pollicetur: vt adempti testes vitam non tollunt, sed deteriorem reddunt.
      - *Vsu* partis & officio: quam vel ad vitam sit
        - *Necessarium*: insinuat, perierit, præstari non posse id, quò tendimus.
        - *Non* necessarium: insinuat hæc si perierit, præstari posse, id quò tendimus.
  - *Præter* naturam: videlicet morbo, causa morbi & symptomate: quæ sui ablationem significant, quæ an perfici possint, dignoscuntur ab eorum
    - *Essentialibus*: videlicet morbi natura, seu specie. Nam
      - *Pthisis*
      - *Elephantiasis*

      } Curari non, aut vix posse, insinuat.
      - *Pestis*
      - *Hydrops*

      } Vix posse curari insinuat.
      - *Tertiana*
      - *Diaria*, &c.

      } Curari posse insinuat.
    - *Accidentibus*: videlicet
      - *Qualitate*, seu More. Nam morbi
        - *Maligni* seu lethales solis præsagiis sunt relinquendi.
        - *Boni*, quorum signa sunt salutaria, curandi.
      - *Quantitate.* nam morbi
        - *Paruissimi* medici ope non indigent. Quoniam sine labore à natura liberantur.
        - *Magni* atque cum signis vel
          - *Salutaribus*, curandi sunt.
          - *Lethalibus*, præsagiis solis relinquendi.
        - *Longi*, Difficiliùs
        - *Breues*, faciliùs

        } Curantur.
- *Secunda.* Vide in sequentibus signum a a.
- *Tertia.* Vide in sequentibus signum bb.


a a. Secunda indicatio, est, Quid medicus agere debeat: & sumitur hęc indicatio partim à rebus
Secundum naturam: & vel
Causis videlicet: Sanitate. Natura, seu viribus. Causis sanitatis.
Accidentibus: Intrinsecis: videlicet: Qualitate: vt Temperatura. Quantitate, &c.
Extrinsecis: nempe consuetudine.
Hæc namque omnia sui conseruationem per similia indicant.
Præter naturam: videlicet morbo, causa morbi, symptomatibus, quæ sui ablationem significant, per contraria. Siquidē
Morbus
Similaris
Simplex: Calidus. Frigidus. Humidus, Siccus. Indicat sui ablationem per: Frigida. Calida. Sicca, Humida.
Compositus: Calidus & humidus. Frigidus & siccus. Calidus & siccus. Frigidus & humidꝰ. Indicat sui ablationem per: Frigida & sicca. Calida & humida. Frigida & humida. Calida & sicca.
Instrumētalis, in
Figuræ vitiatæ, indicat sui ablationem per contraria. Nam quod: Curuum est, in contrarium impellendum. Rectum est & simum factū, reflectendum.
Conformatione
Superficiei, indicat sui ablationem per contraria. Quoniam partes: Lenes exasperandæ. Asperæ, leuigandæ.
Meatuum & cauitatum indicat sui ablationem. Siquidem: Obstructi, aperiendi. Aperti seu dilatati, claudendi seu astringendi. Pleni, vacuandi. Inanes, replendi. Compressi, dilatandi, seu rarefaciendi.
Magnitudine: Aucta, minenda. Imminuta, agenda.
Numero: Superabundans aut: Auferendus. Imminuendus. Deficiens, adiiciendus.
Situ. Pars prominens in partem: Anteriorem, retrorsum pellenda. Posteriorem, antrorsum pellenda.
Vtrique parti communis: videlicet Solutio vnitatis, sui vnitionem indicat.
Causa morbi
Interna
Essentialis, est humor aut
Frigidus: videlicet
Pituita: quæ si peccet: Qualitate. atque vel in: Dispositione, alteranda per calida, &c. Habitu. Sic: Crassa, attenuanda. Lenta incidenda. Aquosa, incrassanda. Viscosa, abstergenda.
Quantitate: indicat sui ablationem per medicamenta pituitam euacuantia.
Bilis atra: quæ si aberret in: Qualitate: atque vel: Dispositione, alteranda per contraria. Habitu. Sic: Crassa, attenuanda. Lenta, incidenda, &c.
Quantitate, sui ablationem indicat, per medicamenta purgantia atrum humorem.
Calidus: nempe
Sanguis qui si peccet: Substantia. Sic putridus exiccandus, & refrigerandus. Qualitate. Sic calidus refrigerandus. Quantitate: Fluente. Sic aut: Reuellendus. Diuertendus. Permanente. Sic per phlebotomiam euacuandus.
Bilis, q̄ si peccet: Qualitate: atque vel in: Dispositione. Sic per frigida alteranda. Habitu. Sic: Mordax, sua acrimonia exuenda. Putrida, refrigeranda atque siccanda, &c.
Quantitate, sui euacuationem per medicamenta bilem purgantia iudicat.
Accidentalis: Animi affectus. Somnus. Vigilia. Morbo: Similia, in contrarium mutanda. Contraria, conseruanda.
Externa: Aer. Tempus anni. Cœli status. Regio, Habitatio, Cib. Potus, Motus, Quies. Morbo: Contraria, seruanda. Similia, in contrarium mutanda sunt.


Victus, in quo duo obseruanda veniunt: videlicet
Qualitas. Sumitur hæc à rebus.
Secundum naturã: & vel
Essentialibus: vt Temperatura.
Accidentibus
Intrinsecis: vt Aetate.
Extrinsecis: vt
Consuetudine.
Regione.
Anni tempore.
His victus tẽperaturę simi lis offerẽdus.
Præter naturam: vt
Morbo.
Causa morbi.
His victus qualitate contrarius exhibendus.
Essentialibus: videlicet Natura seu virtute. quæ si fuerit
Robusta, tenuior
Imbecillis, plenior
Victus administrandus erit. Vnde Hipp. Coniectari autẽ oportet, an æger cum victu suffi ciat perdurare, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, &c.
Mensura. Sumitur hæc quoque ab
Morbi: & vel
Particulari: Sic in
Principio: & quidem in morbis
Acutis seu breuibus tenuissimo vtendum victu, præsertim si morbus celeriter ad vigorem suum perueniat. Vnde Hipp. Vbi igitur morbus peracutus est, statim & extremos habet labores, & extremè tenuissimo victu vtendum est, &c. Est autem victus simpliciter tenuissimus, qui fit per mullam, tum aquam: illisque conuenit morbis quorum iudicatio quarta die expectatur, vbi scilicet aliqua viriũ est imbecillitas. Extremè verò tenuissimus victus, qui per solam inediam absoluitur, videlicet vbi virium robur firmissimum est.
Longis, seu diuturnis, pleniori victu vtendum. Nam nisi per initia cibetur æger, aut vnà cum morbo necabitur, aut intempestiuè victus ratio mutanda veniet. Vnde Hipp. Victus tenuis atq. exquisitus, in passionibus quidem longis semper: in acutis verò, in quibus non conuenit, periculosus, &c. Est autem tenuis simpliciter victus qui per panca vel parum fit nutrientia, vt est ptisanæ succus: & conuenit illis morbis, qui die 14 sunt iudicandi. Tenuis verò exquisitè victus est, qui per modicam fit ptisanæ portionem: & iis conuenit morbis, quorum iudicium 7 die expectatur.
Augmento, victus minui debet: quoniã quãtò magis augetur morbus, tantò minùs calor Innatus alimento impediri debet.
Statu. Victum omnino tenuissimum esse conuenit: præsertim vbi acrior fuerit morbus, & iudiciũ propinquius, nisi fortè sit, quod prohibet. Vnde Hipp. Quando morbus in suo vigore est, tunc victu tenuissimo vtendum.
Declinatione. Victus est augendus, tum quia innatus calor iam omnem superauit morbum, tum etiam quia vires indigent robore, & corpus nutriri cupit.
Particulari: febrium
Intermittentium
Principio
Augmento
Statu
Declinatione
A cibo abstinere oportet, nec ęgros esse priùs licet quàm paroxismus totus remittatur.
Continuarum
Principio
Augmento
Statu
Nihil penitùs alimenti præbendum est.
Declinatione. Cibandi sunt ægri. Quippe cùm morbus continuè affligat & corpus nutriri debeat, eo tempore id faciendum, quo minùs laborat natura.
Tempore
Accidentibus: videlicet
Anni. Nam
Hyeme & Veris initio copiosior victus dandus.
Æstate & Veris fine, paucior.
Autumno, mediocris
Vnde Hipp. Ventres Hyeme & Vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora exhibenda. Etnim tunc calor innatus copiosior, &c.
Aetate. Nam
Pueris, victus
Adolescentibus, minus
Consistentibus adhuc minus
Vberior cõuenit. Vnde Hipp. Senes facilimè iciuniũ ferunt: deinde qui ætatem consisten tem habẽt: minùs adolescentes: omniũ minimè pueri, &c. & causam affert aphorismo sequenti, vbi dicit, Qui crescũt, plurimum habent calidi innati, &c.
Senibus, minimus conuenit victus.
Regione, &c. Victus vt in anni temporibus, &c.
Numeri. Vide in sequentibus signum c c.
Quantitas ciborum: & vel
Medicamentis. Vide in sequentibus signum d d.
Chirurgia.
b b. Tertia indicatio, est, Qua materia seu quibus instrumentis Medicus agere debeat, num videlicet victu, vel medicamentis, vel chirurgia. quod dignoscitur à causis & accidentibus tum secũdum naturã, tum præter naturam, totius vel partis, &c. Affectus itaque curantur aut

C cc. Quan-


c c.
Quantitas alimẽtorum secundũ numerum (an scilicet semel vel bis exhibendum sit alimentum) sumitur ab
Essentialibus: videlicet natura seu virtute: quæ si fuerit
Robusta, atq. vel cum humorum
Abundantia: his rarò & paucum afferendum. Nam etsi eum, qui cibum debet conficere, robustum habeamus: quia tamen morbi dispositio multis non indiget, rationabile est, vt pauca administrentur.
Defectu, vel corruptione: his sæpius & multus cibus afferendus. quia multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos superare. Si verò accessiones nõ permiserint, neq. multas alimenti offerendi occasiones præstiterint, rarò plura exhibebimus.
Imbecillis: atq. vel cum humorum
Abundantia: rarò & paucum cibi afferendum.
Defectu vel corruptione: parum & sæpius alimentum afferendum. Parum quidem, quia virium imbecillitas non potest totam simul multitudinem alimẽti sustinere: sæpius autem quoniam multis indiget dispositio. Defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio verò contemperamentum.
Accidentibus
Intrinsecis
Secundum naturam: videlicet ætate. Nam
Pueris sæpius & multa danda.
Adolescentibus, multa & ex longo interuallo alimenta danda sunt.
Consistentibus rarò & mediocria alimenta offerenda.
Senibus, pauca & sæpius danda.
Præter naturam: videlicet accessionibus: nihil dare oportet, neq. in ipsis accessionibus, neq. multò pòst futuris. Nam inquit Hipp. His qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes.
Extrinsecis
Anni tempore
Æstiuo. Sæpius & pauca danda sunt. Quoniam & pluri egent adiectione, vt qui dissoluantur, & vires habeant imbecilles.
Hyberno. Rarò & multa danda. Multa quidẽ propter robur virium: rarò verò, quia non valde indigent adiectione laborantes, vt quibus non multa fiat euacuatio.
Vere, & quidem medio, atq. adhuc magis æstati proximo. Pauca & ex longo interuallo danda. Nam tempus id periclitatur, ne proximè accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum, qui hyberni temporis frigore concreuere, fusionem.
Autumno. Pauca & sæpius, si vires debiles: si verò robustæ, sæpius & multa danda.
Consuetudine, &c.


d d.
Affectus quoque medicamentis curantur, in quorum vsu obseruãda veniunt
Qualitas: siquidem hæc à rebus vel
Secundum naturam: videlicet Temperatura
Calida
Frigida
Humida, Sicca, &c.
Poscit remedium
Calidum.
Frigidum.
Humidum, Siccum.
Præter naturam: videlicet
Morbo
Similari. Sic morbus
Calidus
Frigidus
Humidus, Siccus
Postulat medicamentum
Frigidum.
Calidum.
Siccum: Humidum.
Instrumentali, in
Conformatione. Sic
Obstructio
Plenitudo
Raritas
Densitas
Astrictio
Dilatatio, &c.
Requirit medicamentũ facultatem habens
Aperientem.
Euacuantem.
Densantem.
Rarefacientem.
Dilatantem.
Astringentem, &c.
Magnitudine. Sic magnitudo
Aucta
Imminuta
Efflagitat remedium quod
Minuit.
Auget.
Numero. Sic
Abundans
Deficiens
Desiderat remedium facultatem habens
Auferentẽ.
Adijcientẽ.
Situ, &c.
Cõmuni vtriq. parti. Sic vlcus
Sordidum
Cauum, &c.
Postulat remediũ facultatẽ habẽs
Detergentem.
Replentem, &c.
Causa morbi
Interna. Sic humores peccantes in
Quantitate, requirunt medicamenta euacuantia: nempe
Sanguis, phlebotomiam.
Bilis, medicamentum, facultatem habens purgãdi bilem.
Pituita, medicamentum, quod pituitam purgat.
Atra bilis, medicamentum, quod melancholiã purgat.
Qualitate. Sic
Crassus
Tenuis
Lentus
Viscosus
Putridus, &c.
Poscit remedium facultatem habens
Attenuantem.
Incrassantem.
Incidentem.
Abstergentem.
Exiccantem, &c.
Externa
Aer, tempus anni
Calidum
Frigidum
Humidum
Siccum
Postulat medicamentum
Frigidum.
Calidum.
Siccum.
Humidum.
Cibi, &c.
Quantitas. Vide in sequentibus signum e e.
Locus. Vide in sequentibus signum f f.
Tempus. Vide in sequentibus signum g g.
Ordo. Vide in sequentibus signum h h.

- ee. *Quantitas* medicamẽtorũ secundum
  - *Mensuram*: sumitur ab
    - *Essentiallib.* siue à causis constituentibus: nẽpe
      - *Natura* propria corporis, seu temperatura. Nam omnibus idem medicamentum non competit, cùm alij odorantes solum fastidiant, alij plus aut minùs feriant. Calidi natura magis calefaciendi, Frigidi minùs, Sicci magis siccandi, &c.
      - *Virtute.* Sic
        - *Valida*, maius
        - *Imbecillis*, minus
        - } Medicamentum admittit.
    - *Accidentibus*
      - *Extrinsecis*: & vel consequentibus ipsam
        - *Materiã* seu partem affectam: atque sic sumitur ab ipsius partis
          - *Qualitate* passibili. Nam pars
            - *Rara*, *Laxa*, *Mollis* } Minus
            - *Densa*, *Compacta*, *Dura* } Maius
            - *Sensus*
              - *Exquisiti*, minus
              - *Hebetis*, maius
            - } Medicamẽtũ adhibẽdum esse insinuat.
          - *Conformatione* meatuum. Siquidem quę
            - *Vias* latas habent & patentes tam intra quàm extra, minus ac parcius
            - *Vias* habent angustas, acrius ac vberius
            - *Meatibus* carent, vberius & acrius
            - } Medicamẽtũ efflagitãt.
          - *Situ.* Nam quę partes positæ sunt in
            - *Alto*, maius
            - *Superficie*, minus
            - } Medicamentũ desiderãt.
          - *Actione.* Quæ namq. actionẽ habent
            - *Communem* toti corpori, vt est
              - *Cerebrum*
              - *Cor*
              - *Iecur*
              - *Ventriculus*
              - } Minus ac blandius medicamentum exposcunt.
            - *Priuatam*: vt
              - *Os*
              - *Cartilago*
              - *Caro*
              - *Crus*, &c
              - } Maius ac vehementius medicamentum desiderant.
        - *Formã* seu morbum: atque sic sumitur à morbi
          - *Qualitate.* Nã morbus
            - *Pertinax*, seu solutu difficilis, maius
            - *Benignus*, seu solutu facilis, min⁹
            - } Medicamẽtũ poscit.
          - *Quantitate.* Quoniam morbus
            - *Magnus*, maius
            - *Paruus*, minus
            - } Medicamentum efflagitat.
          - *Tempore.* Nam in
            - *Principio* minus medicamentum dãdum, nisi materia turgeat.
            - *Augmento*, *Statu* } Minus medicamentum desiderant.
            - *Declinatione*, maius exposcunt medicamentum.
      - *Extrinsecis*: videlicet
        - *Tempore* anni, regione, &c. Sic
          - *Ver*, autumnus & regio tẽperata, maius desiderant remedium
          - *Hyems*, ęstas & regio intẽperata, minus ferũt medicamẽtũ.
        - *Consuetudine*, &c. Sic
          - *Consueti*, maius
          - *Insueti*, minus
          - } Medicamentum efflagitant.
    - *Gradum* seu ordinem, quo præditum est remedium. Hæc igitur indicat, medicamẽtum tanto excessu contrarium ipsi morbo, quãto morbus à naturæ symetria recessit. Sic morbus calidus in gradu
      - *Primo*, *Secundo*, *Tertio*, *Quarto* } Indicat medicamentum frigidũ esse exhibendum in gradu
        - *Primo*, *Secundo*, *Tertio*, *Quarto* } Atq; sic de cæteris qualitatibus tam simplicibus, quàm compositis.
    - *Numerum* (an scilicet semel vel bis medicamẽtum sit exhibendum) sumitur ab
      - *Essentialibus*: videlicet Natura seu virtute
        - *Valida*, rarius
        - *Imbecilla*, frequẽtius
        - } Medicamẽtũ admouendũ esse indicat.
      - *Accidentibus*: nempe
        - *Quantitate* morbi. Sic morbus
          - *Longus* seu diuturnus, frequentius
          - *Breuis*, rarius
          - } Medicamentum exhibendum esse, insinuat.
        - *Loco.* Sic affectus in
          - *Superficie*, rarò
          - *Profundo*, in quem medicamenta non facilè penetrant, frequenter
          - } Medicamentum admouendum indicat.




ff.
In medicamentorũ vsu, locus quoque considerandus est: nempe
Ex quo humores sint euacuandi. Nam ex
Toto corpore per
Pharmaca
Hæmorrhoides
Sudores
Vterum
Phlebotomiam, &c.
Parte: videlicet
Ventriculo per
Vomitum
Aluum
Intestina, per
Clysteres
Suppositoria
Cerebrum per
Palatum
Nares
Oculos
Pulmo per tussim.
Renes
Vesica
Per vrinam
Vterus, &c. per
Clysteres
Pessos, &c.
Commodè euacuantur.
In quo, vel cui remedia sint adhibenda: atq; hæc quidem vanda tum pro loci ipsius
Situ. Sic locus
Internus
Vicinus: vt ventriculus modica
Remotus: vt iecur, pulmo, pes, &c. validiora
Externus, contrà, mitiora scilicet postulat remedia, &c.
Medicamenta desiderat.
Forma. Sic
Caput, cerebrum, capitalia
Cor, Cordialia
Pectus, pectoralia
Stomachus, stomachica
Hepar, hepatica
Lien, splenitica
Vterus, &c. Vterina.
Medicamenta efflagitat.
gg.
In medicamentorum vsu cõsiderandũ quoque venit, tempus tum
Totius. Sic anni totius constitutio
Temperata, sanguinem euacuandum esse indicat.
Calida & sicca, bilem flauam
Inæqualis, bilem atram
Frigida & humida, pituitam
Purgandam esse insinuat.
Partium. Sic pars
Anni: videlicet
Ver, sanguinem esse euacuandum indicat.
Æstas, bilem flauam
Autumnus, bilem atram
Hyems pituitam
Purgandam esse indicat. Verùm ad vitandos vernos, æstiuos, autumnales & hybernos morbos, purgare & venam secare cõmuniter Galenus consuevit veris tẽpore, & non æstate neq; hyeme, &c.
Diei: nempe hora
Matutina & ante cibum dantur medicamenta, quæ hepatis obstructionem liberant: cuiusmodi sunt
Incidentia.
Tenuantia.
Detergentia.
Vacuantia.
Purgantia.
Vespertina, nocturna, ante vel post cibum dantur medicamenta quædam nullo discrimine: vt sunt
Catapotia
Mastichina.
De aloe.
Assayeret, &c.
Medicamenta stomachica, &c.
Morbi
Vniuersale. Sic in
Principio
Febris, purgare non conuenit, nisi materia turgeat & venenosa sit, quæ tũ purgãda est: quia maius commodum ex purgatione turgentis humoris, quàm incommodũ, ob exhibitionem medicamenti, sequitur.
Tumoris seu abscessus, repellendum esse insinuat.
Augmento
Febris, non purgandum esse indicat.
Inflammationis seu abscessus, repellendum & resoluendum simul est.
Statu
Febris purgantibus medicamentis abstinendum est.
Abscessus, resoluendum est.
Declinatione
Febris, purgandum, præsertim si natura euacuationẽ perfectè nõ perfecerit. Nã quod deficit à Medico supplendũ est, ne à reliquiis recidiuus & nouus excitetur affectus. Sic igitur naturæ motum imbecilliorem iuuabit, si per idoneas partes moueatur.
Tumor, resoluendus & discutiendus est.
Particulare. Sic in accessionũ
Principio vomitum prouocare licet.
Augmento
Statu
Quiescendum est.
Declinatione
Concoctionem iuuare
Concoctam materiam educere
Aegrum reficere
Licet, sed longè & post accessionem.

h h.

*Ordo* quoq; in medicamentorum vsu obseruandus est, qui à tribus sumitur

*Primo*, ab eo quo curationem accelerat & auget, vt si morbi simplices & leues fuerint, à causis curationem auspicamur, deinde morbum curamus, postremo symptomata, si qua relicta sunt, tollimus.

*Secundò*, ab eo quod curationem habet, eius sine quo non curantur reliqui affectus, vt si complicati fuerint, ab his primùm, quæ rationem habent, sine qua non curantur reliqui affectus, curationē incipimus: postea ab aliis omnibus, quæ simul vrgent, altero interim non neglecto. Aliàs à causis primùm incipimus curationem, curatione illa regulari vocata, deinde morbum curamus, tandem symptomata corrigimus.

*Tertiò*, à causis morborū, vt intelligamus, quis cum quo, quis sine quo, quis post quē curari debet: vt si contrarij fuerint, in his auspicamur, sine quo alter curari non potest, modò non sit alius affectus, qui magis vrgeat: & hunc nobis ostendit magnitudo morbi, causæ & symptomatis, quam metimur ab

- *Actionis* læsæ magnitudine & præstantia: quam iterum metimur à vitæ ac sanitatis dignitate.
- *Propria* affectus essentia, seu substantia, & sic morbus vel per se magnus est, vel per se magnus non est, sed magnus postea efficitur, idq; vel ægri, vel medici vel adstantium vitio, ratione declinationis à naturali habitu.
- *Virtute* seu facultate, corpus nostrum gubernante, nempe vitali, animali & naturali, quarum robur ex actionibus & excrementis cognoscimus.

# De Curatione affectuum, in specie.

**Curatione** affectuum generali absoluta, ad specialem transgrediendum erit. Ea autem est vel affectuum

- *Animi*
  - *Iræ.*
  - *Furoris.*
  - *Tristitiæ.*
  - *Metus.*
  - *Melancholiæ.*
  - *Invidiæ*, &c.
- *Corporis*
  - *Totius*
    - *Simplicium*
      - *Bilioarum*
        - *Tertianæ*
          - *Intermittentis*
            - *Synceræ.*
            - *Spuriæ.*
          - *Continuæ.*
        - *Causonis.*
      - *Pituitosarum*
        - *Quotidianæ*
          - *Intermittētis*
            - *Exquisitæ*
            - *Nothæ.*
          - *Continuæ.*
        - *Epialæ.*
        - *Lypiriæ.*
      - *Melancholicarum*
        - *Quartanæ*
          - *Intermittētis*
            - *Exquisitæ.*
            - *Nothæ.*
          - *Quintanæ.*
        - *Quintanæ.*
      - *Sanguinearum*: vt Synochi putridæ
      - *Pestilentialium.*
    - *Compositarum*
      - *Semitertianæ.*
      - *Triplicis.*
      - *Confusæ.*
  - *Putridarum*
    - *Internorum*: scilicet febrium
      - *Ephemeræ.*
      - *Synochæ* non putridæ.
      - *Hecticæ.*
    - *Externorum*
      - *Scabiei.*
      - *Elephantiasis.*
  - *Partium.* Vide in sequentibus, signum **.

* *
*Curatio* affectuũ corporis partiũ
- *Interiorum*
  - *Capitis*
    - *Memoriæ* abolitæ, Lethargi, Cari, Catalepsis, Comatis, Phrenitidis, Melancholiæ.
    - *Furoris*, Doloris capitis, Cephaleæ, Hemicraniæ, Conuulsionis, Resolutionis, Incubi.
    - *Vertiginis*, Epilepsiæ, Apoplexiæ, Destillationis, Lippitudinis.
    - *Suffusionis*, Aurium doloris, Parotidum, Hæmorragiæ, Dentium doloris.
    - *Aphtharum*, Columellæ inflammat. Anginæ, &c.
  - *Thoracis*
    - *Tussis*, Asthmatis, Pleuritidis, Peripneumonicæ.
    - *Cruentæ* spuitionis, Empyematis, Phthisis.
    - *Palpitat.* cordis, Sincopæ, Lactis defectus, Mammarum inflammat.
  - *Ventris*
    - *Cardialgiæ*, Caninæ appetentiæ, Cittæ, Bulini, Inappetentiæ, Immoderatæ sitis.
    - *Singultus*, Nauseæ, Inflammat. ventriculi, Cruditatis, Inflationis ventriculi.
    - *Lentitatis* intestinorum, Choleræ, Fluxus ventris, Dysenteriæ.
    - *Tenesmi*, Colicæ, Ilei, Lumbricorum, Imbecillitat. hep.
    - *Obstruct.* hepat. Inflam. hep. Scirrhi hep. Icteri, Inflammat. lienis.
    - *Scirrhi* lienis, Cachexiæ, Hydropis, Diabetæ, Lapidis.
    - *Inflammat.* renum, Exulcer. renum, Stillicidij vrinæ, Difficult. vrinæ.
    - *Suppression.* vrinæ, Lapidis vesicæ, Inflammat. vesicæ, Exulcerat. vesicæ, Seminis profluuij.
    - *Priapismi*, Mensium suppress. Mensium fluor. Vteri suffocat. Procedentiæ vteri, Molæ.
    - *Sterilitatis*, Partus difficilis, Secundæ derelictæ, Inflammat. vteri, Exulcerat. vteri.
- *Externorum*
  - *Trunci*: videlicet
    - *Capitis.*
    - *Thoracis.*
    - *Ventris.*
  - *Artuum*
    - *Comprehendendi*
      - *Brachij*,
      - *Cubiti.*
      - *Manus.*
    - *Ambulandi*
      - *Coxæ.*
      - *Cruris.*
      - *Pedis.*

# De præseruatione atque curatione Iræ.

*Ira* est appetitus vlciscendi, excitatus ab imaginatione, rem aliquã offerẽte sub ratione iniuriæ illatæ, secũ inuehens feruorem, ac vehementem motum animæ irascibilis in corde positæ. Huius
- *Partis* affectæ: videlicet animæ rationalis, concupiscibilis & irascibilis. Quoniam ad iræ generationem tria ex ordine concurrunt: imaginatio illatæ iniuriæ, appetitus vlciscẽdi, & caloris feruor: tria ob hoc ipsum & principalia membra ad iræ generationem conspirant, nempe cerebrum, hepar. & cor. Facto namq; in cerebro iudicio iniuriæ illatæ, insurgit in hepate vis vindictæ appetens, demum caloris in corde accensio consequitur. Est itaque dignotio affectæ animæ
  - *Rationalis.* Imaginatio illatæ iniuriæ.
  - *Concupiscibilis*, Cupiditas vlciscendi.
  - *Irascibilis*, Caloris feruor.
- *Affectus*: nempe Irę
  - *Rixa*, Agitatio, Furia.
  - *Maledicentia*, Blasphemia, Minæ.
  - *Percussiones* nonnunquam.
  - *Conuicia.*
  - *Corrupta* visio.
  - *Oculi* ardentes.
  - *Labri* inferioris laxatio.
  - *Tremor* manuum & genuum.
  - *Inflammatio* corporis totius.
  - *Epilepsia* — Nonnunquam.
  - *Vomitus* bilioſus — Nonnunquam.
  - *Febris* post vomitum bilioſum interdum, quam cita mors excipit.
- *Causæ*
  - *Proximæ*: videlicet iniuriæ
    - *Dictorum*
      - *Animi*, vbi ingenio, aut iis quæ ex ingenio viri alicuius proueniũt, detrahimus, &c.
      - *Corporis*, vbi turpitudinem, vel vitiũ aliquod corporis illudentes obiicimus.
      - *Fortunæ*, vbi aliquid verbo nostro affirmamus, quo postea vel domus, vel agri, vel nummi periclitentur ei, contra quem locuti sumus.
    - *Factorum*
      - *Animi*, ex accidenti: cum scilicet ob noxam corpori illatam, verbi causa pernecem, tollitur vsus bonorum animi, quæ in eo corpore continebantur.
      - *Corporis*, vbi vulneribus corpus impetimus alicuius.
      - *Fortunæ*, vbi rapinis vtimur.
    - *Scriptorum*
      - *Animi*, vbi scriptis ingenio seu virtutibus detrahimus.
      - *Corporis*, vbi carmine deformitatem alicuius notam facimus.
      - *Fortunæ*, &c.
  - *Remotæ*
    - *Immediatæ*: videlicet Temperaturæ calidæ & siccæ, ex qua facultas iudicandi, seu animus redditur imbecillus, &c.
      - *Corporis* habitus extenuatus, gracilis, macillentus.
      - *Capilli* nigri, &c.
    - *Mediatæ*: scilicet
      - *Bilis* flauæ adustæ
        - *Vigiliæ* immoderatæ, corporis habitus siccũs, macer.
        - *Victus* ratio calidorum & siccorum ciborum, tenuis, parca & rara.
        - *Regio* & animi constitutio calida & sicca, &c.
      - *Inediæ*, &c.

*Curatio.* Vide in sequentibus signum A.

A. Curatio iræ

*Præsentis*, indicationib⁹ perficitur. Quare, quid sit agẽdum, & quib. instrumentis, indicat causa tum

*Proxima*: videlicet iniuria illata, quæ sui ablationẽ incidat. Verùm hæc commodè auferri poterit per philosophiam moralem, siue per moralia philosophiæ præcepta, & quatuor potissimum, quorum

*Primum* est, vt qui irati de potestate, id est de consilio, ratione, ac mente exierunt, subtrahamus ipsis de medio, in quos impetum conantur facere, dũ seipsi colligant, id est dissipatas animi partes rursum in suum locum congerant, atque in hoc quidem præcepto nullus est philosophiæ locus.

*Secundum*, vt rogemus, si quam habent vlciscendi vim differant in aliud tempus, dum deferuescat ira, id est excitatus inuita ratione ardor animi.

*Tertium*, vt sedere eos iubeamus: nam qui spiritus in cerebrum confertim impetũ fecerunt, paulatim subsidũt motu intermissò, deferuescẽtq; nimi⁹ ille cordis calor, ac tandem sedendo, & quiescendo animus fit prudens.

*Quartum*, vt philosophorũ præceptis vtamur, & cum subtrahimus illos qui fuerunt iræ causæ: & cum rogamus vt vindictam differant in tempus aliud, oportunè meminerimus præcepti illius, quo Cęsarem Augustum vti monebat Athenodorus philosophus, dum iræ feruor elangueſceret, dilationem enim suadebat ei in huiusmodi tumultu, rogabátque, vt cum iratus esset, nihil neq; diceret neq; faceret, priusquam quatuor & viginti literas secũ percurreret, exemplumq; Theodosij Imperatoris afferemus, qui à naturæ munere id habuit, quod Augustus à philosophiæ doctore: recensebat enim is elementa literarum iratus, &c.

*Remota*. Vide in sequentibus signum **

*Futuræ*, nihil aliud, quàm præseruatio est, quę suis quoque indicationib. perficitur. Itaq; quid sit agendum, & quib. instrumentis, indicat tũ causa affectus

*Proxima*: videlicet, iniuria quæ præcautione sui ablationem indicat. Hæc autem commodè perfici poterit moralis philosophię præceptis: & quidem septem, quorum

*Primum* est, vt dum matutinis horis de lecto surgit, singilatim quæcunq; per diem acturus sit, inspiciat, vespertinisq; antequam cubitum eat, sibi ipsi rationem reddat, considerétque num præstet affectibus inseruiendo viuere, an rationem consilio vti in omnibus, quæ agat.

*Alterum*, vt singulis horis hãc habeamus opinionem in prõptu, vt inter egregios numerari, frugique homines appellari, & esse studeamus.

*Tertium* est, sine quo difficilè consequi possumus, id quod in secundo præcepto traditum fuit, vt eligamus nobis hominem aliquem, quẽ nostrorum erratorum iudicem, quem seruatorem nostrum, quémue amicum maximum putemus.

*Quartum*, vt quamuis nobis ille, quem elegerimus visus quandoq; fuerit falsa crimina obiicere, non tamẽ ob hoc illi succenseamus, primũ quidem, quod facilè fieri potest, vt ille ita meliùs, quàm nos singula errata perspiciat, quemadmodum vicissim nos quoque eorum, in quibus ille deficit, nõnihil, deinde verò quod licet falsum nobis crimen obiecerit, at in eo tamen nobis vtilis fuit, quòd nos ad eorum, quæ agimus diligentiorem inspectionem excitarit.

*Quintum*, vt semper meminerimus quanta sit eorum, qui irascuntur, deformitas, quantusque ex aduerso illorum qui sine ira viuunt, decor: quemadmodum enim, qui longiore temporis spacio peccare cõsueuit, magna cũ difficultate affectuũ suorũ frena continet. ita decet nos multo tẽpore vnũquodque eorum præceptorum exercere, quibus si pareamus, viri egregij ac frugi efficiamur.

*Sextum*, illud constituitur omnium maximũ & præciputũ, nempe vt pudoremi seruemus: seruato enim pudore, expertem illam rationis vim, qua excandescimus, quasi ferã quandam nullo negotio mitem reddere poterimus, alioquin absurdũ profectò sit viros equitãdi peritos, vbi equos acceperint, breui eos ad parendũ idoneos reddere. nos autẽ qui non aliquod extrinsecus animal accepetimus, sed rationis illam expertẽ vim, quæ in nostro animo est, & est qua semper meditãs ratio simul habitat non posse ipsam ęquè mitiorẽ reddere non solũ nõ ita repentè, sed nec longiori quidem spacio, præsertim cùm solus homo hanc habeat, præter cætera animalia, excellentiam, vt ratione vtatur, quo nullum aliud ne cogitatione quidem fieri potest, vt quis assequatur maius.

*Septimum*, legenda sunt, quæ de iratis traduntur à scriptoribus, vt semper coniunctam propemodũ pœnitentiam cũ ira intelligamus, quæq; de illis, qui iracundiæ enixissimè obsistere laborarunt, vt eorũ laus agnoscatur, ex hoc enim vtilia eliciũtur ad moralis vitæ institutionẽ exẽpla. Quis est qui nesciat Alexandrũ Macedonũ regem cũ interemisset Clytũ familiarẽ suũ, vix à se manus abstinuisse, tanta vis fuit pœnitendiæ? Adrianus imperator, quũ stylo serui cuiusdam sui oculũ eruisset, vocauit ad se hominem, fecitq; ei potestatẽ, vt pro illa calamitate munus à se peteret, tacentẽ aũt miserũ, rursus hortatus est, vt quicquid vellet peteret, qui tandẽ negauit aliud quicquã se petere ac optare, quẽ amississet, oculũ, enimuero id quod est ratus, nullũ scilicet tandẽ munus inueniri posse, quo oculus amissus tẽpẽderetur, quo quidẽ respõso nemo est quin cogitet, pœnituisse Imperatorẽ facti. Quis est ergo, qui cũ iræ comitẽ pœnitẽtiã videat, eã non intra se cõtineat oculterq;? nã ab ea prorsus liberari simul ac quis velit nõ cõtinuò quẽquã posse sat scio, cõprimere aũt illius perturbationis intemperantiam atq; insolentiam posse. Quod si quis remedium sæpius vsurpauerit, multò plus mitis efficietur, &c.

*Remota* tam mediata quàm immediata, quę præcautione sui ablationem indicant, id autẽ commodè fieri poterit partim victus ratione, partim medicamentis præcedentibus, &c.

**Curatio** iræ, q̃ præsentis indicationibus perficitur, quidq̃ue in illis sit agendũ indicat causa remota

- *Immediata*: videlicet temperatura calida & sicca, q̃ue sui ablationẽ indicat per medendi artem: nempe per rationẽ victꝰ refrigerantem & humectantem. Quare secundũ
  - *Qualitatem*
    - *Aer* sit
      - *Frigidus.*
      - *Humidus.*
    - *Quies* vel exercitium moderatum, vel ambulatio leuis.
    - *Balneo* aquæ dulcis tepidæ vtantur.
    - *Somno* vtantur mediocri: à vigiliis verò nimiis caueant.
    - *Vtantur* iusculis & cremore ptisanæ.
    - *Ex* herbis eligant lactucam, spinachiam, portulacam, borraginem, &c.
    - *Pisces* sint saxatiles, squamosi, &c.
    - *Ex* fructibus eligant cucurbitas, cucumeres, mala punica acida, &c.
    - *Caueant* à cibis dulcibus, acribus, amaris, & salsis omnibus.
    - *Vtantur* aqua cocta vel hordei, &c.
    - *A* nimio potu vini præsertim potentis abstineant, &c.
  - *Quantitatem*, sit pro viribus, ætate, tẽperatura, cõsuetudine, anni tempore & regione, &c.
- *Mediata*: nẽpe bilis flaua adusta, q̃ue sui ablationẽ indicat. Fit autem hoc partim
  - *Victus* ratione suprà dicta.
  - *Medicamentis* adhibitis secundum
    - *Qualitatem* cõmunitã: & vel
      - *Quantitati*, Nam si vnà cum sanguine abundet bilis, ab initio statim venæ sectio facienda, modò nihil prohibuerit. Vena autem incidenda cubiti media erit, si sanguis admodum redundet.
      - *Qualitati*
        - *Crudæ* alteranda venis syrupo
          - *Violaceo.*
          - *Endiuiæ.*
          - *De* papauere.
          - *Rosaceo*, &c.
        - *Coctæ*: euacuanda erit: & quidem ex
          - *Caua* hepatis parte, per intestina, medicamento bilem purgante.
          - *Gibba* iecoris parte, per vrinam.
          - *Pectore*, per tussim.
          - *Cerebro*, per nares.
          - *Mensibus* retentis, per vterum, &c.
    - *Quantitatem*: quæ augenda minuendáue est pro ætate, viribus, tẽperatura, causa morbi, &c.

# De Furoris curatione.

**Furor** est præceps, acerba, vehemẽsq̃ue concitatio sine febre, cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* affectæ: nempe animæ
    - *Irascibilis*, Motus vehemens animæ irascibilis in corde. Quoniam ab animosæ vehementia nascitur.
    - *Rationatricis*, Imbecillitas rationatricis facultatis in cerebro. Siquidem ab imbecillitate eius nascitur.
  - *Affectus*, seu furoris
    - *Imaginatio* deprauata.
    - *Præceps*, *Acerba*, *Vehemens* — Concitatio.
    - *Vigiliæ.*
    - *Febris* nulla.
  - *Causæ*
    - *Immediatæ*: videlicet temperaturæ calidæ cerebri, Causa aliqua externa præcedens.
    - *Mediatæ*
      - *Sanguinis* nimij atq; corrupti
        - *Furor* cum risu immodico.
        - *Facies* hilaris.
        - *Cantus*, &c.
      - *Bilis* flauæ
        - *Ferarum* instar sunt effrenes.
        - *Iniurioſi*, *Iracundi*, *Percussores* — Sunt.
- *Curatio*
  - *Præsentis*, indicationibus perficitur. Quare quid sit agendum & quibus instrumentis indicat
    - *Primò* affectus: cuius primò ratio habẽda est. Id enim in primis agendũ, vt
      - *Primò*, ex eorũ manib. subtrahamus, qui furoris causa fuerũt.
      - *Secundò*, nobis etiam à furiosorum præsentia abeundum, ne quid & nobis mali afferant.
      - *Tertiò*. si opus sit, ligamentis cõstringẽdi sunt, quẽadmodum Cleomedi Lacedæmoniorum regi contigit, qui cũ ad insaniam redactus, sceptrum vnicuique obuio in faciẽ impingeret, ligneis soleis constrictus est à propinquis, & in carcerẽ cõiectus. Fit autem hoc non solum, vt ne aliis, sed vt nec sibiipsis vim inferant, quam inferre aliis nequeunt: perinde ac Cleomedes, qui arrepto custodis & ergastularij gladio, ab ima corporis parte ad verticem se dissecuit.
    - *Secundò*. Vide in sequentibus signum **
  - *Futuræ*: quæ propriè præseruatio est. Præseruatur autem partim ratione victus, partim medicamentis suprà nominatis, &c.

**

*Furoris* præsentis curatio, quæ per indicationes quid in illis sit agendum indicat secundò, causa

- *Mediata* quæ sui ablationem indicat, partim
  - *Victus* ratione instituta secundum contrariã seu decentem
    - *Qualitatẽ* itaque sit
      - *Aer*
        - *Humidus.*
        - *Frigidus.*
      - *Somnus* consueto diuturnior.
      - *Alus* laxa quotidie, vel natura, vel alimentis, vel clysteribus irritata.
      - *Cibus* tenuis, sorbilis & liquidus.
      - *Potus* aqua hordei. A vino autem omnino caueant, &c.
    - *Quantitatem*, quæ sit pauca & non multa, maximè circa initia, &c.
  - *Medicamentis* adhibitis secundum
    - *Qualitatem* contrariam: atque vel humoris
      - *Quantitati.* Nam vbi à sanguine copioso ortum ducat, à sanguinis missione inchoandum est. Cubiti itaque exterior vel media incidenda est. In mulieribus verò, vena malleoli. Deinde quoque si necesse sit, ex venis è fronte, vel hirundines syncipiti admouendæ.
      - *Qualitati* bilis flauæ
        - *Non* paratæ: quæ tunc paranda seu alteranda syrupo
          - *Rosaceo.*
          - *Violaceo.*
          - *Endiuiæ, &c.*
        - *Paratæ.* Hæc euacuanda venit vel ex hiera picra, vel aliis medicamentis bilem purgantibus. Quòd si respuant ægri, fallendi sunt cibis, bucellis, vel ficubus, vel sero lactis medicamento aliquo infectis.
    - *Quantitatem* decentem: quę mensuranda pro viribus, temperatura ętate, &c.
- *Immediata*: videlicet intemperies calida, quæ sola alteratione curanda est, partim suprà dicta victus ratione, partim medicamentis, secundum debitã qualitatem & quantitatem adhibitis
  - *Intrinsecus*: vt
    - *Syrupus*
      - *Violarum.*
      - *Rosarum, &c.*
    - *Conserua*
      - *Violarum.*
      - *Borraginis,*
    - *Loch* de papauere.
    - *Succus* seu liquor perlarum.
  - *Extrinsecas*, syncipiti: vt
    - *Oleum* rosarum cum aceto.
    - *Succus* polygoni.
    - *Oleum* violarum, &c. cum lana succida, in eo mandefacta.

# De Præseruatione atque curatione tristitiæ.

*Tristitia* est opinio recens mali præsentis: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* affectæ: videlicet Animę rationatricis
    - *Iudicium* perturbatum. Quoniam omnes perturbationes fiunt iudicio.
    - *Opinio* recens mali, &c.
  - *Affectus*: nempe tristitiæ
    - *Animus*
      - *Submissus.*
      - *Detentus.*
      - *Depressus.*
      - *Imminutus.*
    - *Palpebrarum* siccitas.
    - *Oculorum* cauitas.
    - *Pallor* faciei.
    - *Corpus* gracile.
    - *Pulsus*
      - *Paruus.*
      - *Languidus.*
      - *Tardus.*
      - *Rarus.*
  - *Causæ*
    - *Proximæ*, Malum
      - *Fortunæ*, qualia sunt naufragia, in quibus merces ditissimæ obruuntur.
      - *Corporis*: cuiusmodi est ægritudo ipsius corporis, quæcunque illa sit.
      - *Animi*, cum videlicet homo se animi bonis carere videt, vt sunt virtutes intellectus tum speculatiui tum practici.
    - *Remotæ*
      - *Immoderatæ*: nẽpe intẽperiei frigidæ & siccæ, quã indicat atra bilis, quę talis est naturę.
      - *Mediatæ*: videlicet atrę bilis
        - *Temperatura* frigida & sicca.
        - *Ætas* declinans.
        - *Victus* ratio melancholica.
        - *Vigiliæ*, &c.
- *Curatio.* Vide in sequentibus, signum A.

A. *Tristitia* est opinio recẽs mali præsentis, cuius curatio

*An* fieri possit, indicat affectus, causa atque effectus, &c. Chrysippus tristitiam ἀνάπλων appellatam, id est solutionem totius hominis putauit. Nihil enim est, quod magis eum lædat enecetq; Quare affectus iste maximè propulsandus est.

*Præsentis* tristitiæ quę suis indicatio nib⁹ perficitur. Quare

*Quid* fieri debeat, indicat causa

*Proxima*: nẽpe malum, quod sui ablationem significat. Fit aũt hoc præceptis moralibuss & potissimũ cõsolatione, quatũ aliæ tristitiam

*Tollunt* funditus: Si docebimus id quod accidit, malum omnino non esse: verbi causa, Exilium, exemplo Aristidis Athenienſis, qui ob inuidiam in exilium pulsus, tantũ abfuit vt illud malum esse censeret, vti potiùs precatos deos sit, omnia Athenienſibus, à quibus relegebatur, ex animi sententia succedere.

*Sedant*: Si ostendemus nihil inopinati accidisse, vt liberorum interitum, si Anaxagoræ meminerimus, qui audito filij obitu, nuncianti, nihil (inquit) nouum memoras, ego enim illum ex me natum noueram esse mortalem, &c.

*Detrahunt* quamplurimum: Si demonstrabimus, illud non magnum malum esse, vt secundæ fortunæ aduersitatem, si commemorata Dionisij Syracusarum tyranni expulsione, recessus, qui ei Corinthi fuit, recordabimur, vbi pueris imperans, quos literas illic docuit, min⁹ doloris sentiebat ex imperij maioris amissione, Syracusarũ scilicet, &c.

*Supprimunt*, nec permittunt manare longiùs: Si de cõmuni cõditione vitæ disputabimus & de conditione illius, qui mœreat: verbi causa, de corporis imbecillitate, & de ęgritudinibus, medicorum sententiam afferendo, qui necessitatem tum corporis imbecillitatis, tum etiam ægritudinis docent, quia cum homo ortus sit, necesse est vt occidat. nullo autem pacto occideret, nisi corporis imbecillitas, ægritudinesq; præuiæ forent, quæ paulatim membrorum virtutes diminuunt, deprauant, corrũpunt: sed quia mors mala videtur, ideo non hic consistendum, sed dicendum, institutam esse corporis ab anima separationem, vltimi finis gratia. qui quidem optimus est, nempe vt ad meliorem vitam, qualis est cœlestis, incorruptibilis, æterna transeamus.

*Ad* affectum contrariũ traducunt: nempe si ad lætitiam conuertemus hominẽ, si à malis ad bona adducemus: iubentes, vt malorum obliuiscantur, quod vt fieri possit, vitę genus cum risu coniunctũ instituemus, quod institutum esse apud principes ea ratione arbitror, vt ex contracta tum animo tum corpore defatigatione ex imperij negotiorũ administratione, haberẽt exhilarationis occasionem. hinc adulatores, scurræ & parasiti, quales adfuisse Zopyrum Persam Dario, Aristippum Cyrenæũ Dionysio, Apollophanem Antigono tradunt. Hinc Aesculapius medicorũ Deus multas scribi cantilenas, mimosq; ridiculorum rerum fieri, & melodias quasdam præcipit his, quibus ob vehementiores animosæ partis motus, corporis temperamentum iusto calidius efficeretur: nã exlætitia exhilarantur sensus, exhilaratur totum corpus & animus, in quibus præcipuè conseruandæ prorogandęque vitæ causa consistit, &c.

*Remota*. Vide in sequentibus signum **

*Futuræ*, præseruatio est. Præseruamus aũt homines à tristitia si causas eius abscindamus, præcaueamúsque. Ratio itaque habẽda hic est tum causæ

*Proximæ* videlicet mali

*Fortunæ*: à qua homines immunes redderemus tribus præceptis, quorum

*Primum* est, vt sibi ipsi proponat, & fingat se in tali statu constitutum esse, tanquam omnia bona ignoret quæ sint, & nunquam ea possederit: nam qui hoc faciet, ex nullo malorum genere tristitiam concipiet.

*Alterum*, vt discat liberalis esse, auaritiæ inimicus, bonorum fortunæ contemptor: tunc enim nihil dolebit, nec si naufragia sua audierit, nec si tumentorũ interitus, nec si grãdinis impetum in agros, nec si domus cõbustas, dirutasúe, nec si pecunias per furtum ablatas, aut ab hoste raptas nouerit.

*Tertium*, si legerit, quæ de cõpluribus philosophis traduntur, qui liberos se ab omnibus animi affectus reddere enixissimè studebant, nihil deterius rati esse homini: & sapienter id quidem, quàm animi perturbationibus exeruciari, subiiciúe, vnde vel sponte fortunæ bona amplissima deserebant. Democritum Abderitẽ constat vsque adeò opulẽtum fuisse, vt pater eius Xerxis exercitui numerosissimo epulũ hospitaliter dederit, spretis tamen ipse paternis opibus, in varias orbis terrarum partes se se discendi causa contulit tantumq; abest, vt audito aliquo fortunæ casu, aut mutatione doleret, vti potiùs in risum se verteret.

*Corporis*, quod tribus etiam præceptis auferri poterit, quorum

*Primum* est, vt tolerãda sibi aduersa fortiter omnino persuadeat memor illorũ Epitzeti verborũ ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id est, sustine & abstine, quibus philosophorũ vniuersa dogmata ad humanæ vitæ felicitatem pertinentia dum cõplecteretur, quis nõ videt primò ex his duob⁹ verbis illũ nos monuisse, vt tolerantes euaderem⁹?

*Secundum*, quod veluti famulatur ad primi acquisitionẽ, id est, vt non assuescat is mollis esse, sed laboribus corpus duret, ac forte reddat: nam tantũ postea ex hoc emolumenti consequetur, vt & frigora, & æstus, & dolores acerrimos, & inediã, & omnia, quæ corporis excogitari possunt incommoda, fortissimè sustinere aptus sit futurus.

*Tertium*, in exemplis eorum consistit, qui dolori restitisse traduntur. Inter quos Posidonius philosophus Apaminẽsis, ex Syria cum aliquando arthritide, seu morbo articulari infestaretur, constantissimè fertur dictitasse: Nihil agis dolor, quãuis sis molestus, nunquam ego te confitebor malum esse, &c.

*Animi*, si fortè animi bonis vel careat, vel priuetur, quid potest is aliud moneri rectius, quam vt intellectum exerceat perdiscendis scientiis, moralibusq; virtutibus animum imbuat? quis enim eo aut hilarior aut iucundior fuerit illis sibi comparatis bonis, quæ hilaritatem animorum ac iucunditatem admirabilem pariunt? quis enim neget, hilarem reddi, ac iucundum hominẽ, in quo eximia virtus sit? cùm nobilitate resplendeat, amicitiis multis decoretur, diuitiis affluat magnis, honoribus in republica summis extollatur, quę singula animi inducere lætitiam possunt.

*Remotæ*, quę præcauenda, seruata victus ratione, suprà dicta, secundum qualitatẽ & quantitatẽ congruam.

** Cau-

- ** *Causa* etiam remota indicat, quid fieri debeat: &
  - *Primò* quidē mediata, q̄ sui ablatione significat. Fit autē id cōmodè per medendi artē nempe
    - *Victus* rationē, institutam secundum
      - *Qualitatem* contrariam. Sic itaque
        - *Aer*
          - *Calidus* & humidus.
          - *Purus.*
          - *Serenus.*
          - *Lucidus.*
          - *Non* tenebrosus.
        - *Somnus* consueto diuturnior: si non natura, arte prouocetur.
        - *Exercitium* fiat deambulatione cum amico & comite lęto ac facundo per loca delectabilia, viridia, &c.
        - *Quies* sit interius animusq́; ab acerbis cogitationibus abstrahatur, impellaturq; ad varias voluptates.
        - *Cibo* vtātur humido, cui corroborādi tum principalia tū deseruientia illis mēbra facultas insit: cuiusmodi sunt
          - *Carnes*
            - *Pullorum.*
            - *Caponum.*
            - *Gallinarum.*
            - *Perdicum*, &c.
          - *Oua* sorbilia.
          - *Pisces* petrosi
          - *Ex* oleribus
            - *Borrago.*
            - *Lactuca.*
            - *Endiuia.*
            - *Spinachia*, &c.
          - *Ex* fructibus
            - *Vua* passa.
            - *Mala* dulcia cocta.
            - *Amygdala* dulcia, &c.
        - *Potus.* Vinum
          - *Album.*
          - *Tenue.*
          - *Dilutum*, &c.
      - *Quantitatem* quæ ratione ætatis, temperamenti, tempore anni, virium, &c. augenda minuendáue est.
    - *Medicamenta*: ordinata secundum debitam
      - *Qualitatē*: nēpe contrariam: atque vel humori
        - *Crudo*, qui alterādus seu concoquendus syrupo
          - *De* pomis
          - *De* fumo terræ
          - *De* epithymo
          - *De* lupulis
          - *Violarum*, &c.
          - *Additis* aquis
            - *Borraginis.*
            - *Buglossæ.*
            - *Melissæ.*
            - *Lupulorum.*
            - *Cichorij &c.*
        - *Cocto*, seu parato, qui euacuandus medicamentis atram bilem purgantibus, atque
          - *Primò* leuioribus, vt
            - *Myrobalanis* Indis.
            - *Folijs* senæ
            - *Epithymo.*
            - *Fumo* terræ.
            - *Sero* lactis.
            - *Electuario* lenitiuo.
            - *Diacatholicone.*
          - *Deinde* fortioribus: vt
            - *Helleboro* nigro, vel succo eius.
            - *Extracto* confect. Hamech.
            - *Confectione* Hamech.
            - *Pilulis* de fumo terrę, &c.
      - *Quantitatem*, quæ pro affectus magnitudine, corporis natura, viribus, anni tempore, &c. varianda.
  - *Deinde* immediata: videlicet intemperies frigida & sicca, quæ remouēda est, partim victus ratione suprà dicta, seruata, partim medicamentis contrariis: quorum alia
    - *Intrinsecus* sumuntur: cuiusmodi est
      - *Genus* seminis in Turcicis regionibus notū, quo vsus olim Sultanus Selymus Turcarum rex, vbi memoriam rerum molestarum exuere vellet.
      - *Electuarium*
        - *Diambræ.*
        - *Diagemmæ.*
        - *Lætitiæ* Galeni.
      - *Confectio* Citri.
      - *Liquor* perlarum
      - *Compositio* talis: vt
        - ℞. *Sem.* cucurbitæ, melon. cucumeris, anna ℥.ij. pinearum mundat fisticorum, amygd. dul. anna ℥.ij.
        - *Aquæ* rosaceæ ℔.j.
        - *Sacchari* albi ℔. iiij. misce, vt confectio fiat ad liquidioris electuarij formam: in fine adde cinnamomi, santali cetrini, anna ℥.j. caryophillorum ʒ.ij. ambræ ʒ.j. moschi g.xv.
        - *Foliorum* auri, margaritarum, ana ad libitum.
    - *Extrinsecus* applicantur: vt oleum
      - *Chamomelinum.*
      - *Anethinum.*
      - *Violaceum.*
      - *Amygdalarum* dulcium, &c.

De Præ-

# De Præseruatione ac cura metus.

*Metus* est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videtur: vel est cautio sine ratione: cui⁹

- *Dignotio*
  - *Partis* affectę: videlicet animę cogitatione, Anim⁹ { *Humilis* / *Fractus* / *Exanimatus* } *Id* quod maximè accidere solet in { *Fœminis.* / *Temperatura* frigidioribus.
  - *Affectus*, & vel
    - *Generis* siue metus
      - *Pallor.* Quia natura humana, víſq. interior, quæ corporibus noſtris conſulit, ne quid extrinſecus capiat detrimenti, continuò fugit, & ſe ad loca confert profundiora, cuſtodiæ gratia, quò cùm properat, ſanguinem ſecum trahit, quo ſolo vehiculo alimentóq. vti conſueuit, ſanguiſq; eſt, qui florem noſtro corpori largiri poteſt.
      - *Tremor.* Quoniam vis animalis per conſenſum vtriq. naturalem diffugiens, neruos relinquit imbecillos, qui ſuo robore membra ſuſtinent, firmáque tuentur.
      - *Alui* vrinæq. egeſtio. Eadem ratio eſt, vt tremoris: muſculi namq. quorũ intereſt meatus excrementorum claudere, debilitati retinere amplius nequeunt.
      - *Pilorum* erectio. Quoniam affectus hic refrigerat, refrigeratio autem foramina cutis condenſat: plus enim cum vndique aſtringatur, intenditur atq. erigitur.
      - *Bilis* deiectio. Quia calor deſcendens diffundit ac liquefacit.
      - *Teſticulorũ* cõtractio. Quia metus inuect⁹ extrinſecus eſt, vt fugã in aduerſum agi oporteat.
      - *Cutis* contractio. Quia calor inde fugit omnis.
      - *Algor.* Quia calor locis ſuperioribus deficit.
      - *Sitis* Quoniam humor deficit.
      - *Silentium.* Quia metuentibus corpus refrigeratur, calórq; ima petit, qui ſpiritũ mouet: quò cum deſcendit, ventris murmur fit & crepitus.
      - *Profluuium* genituræ. Quia ſcrotum ſurſum conuellitur, atq. eo contracto, vnà contrahuntur & teſticuli.
      - *Tremor* voce. Quia calor pectus deſerit: id enim refrigeratur, quod vocem mouet.
      - *Tremor* manuum, fit eadem ratione.
      - *Labri* inferioris quaſſatio. Quia ſuperius eò pendet, quo ſuapte natura vergit, inferius ſurſum caloris beneficio ſtabilitur atq; quieſcit: quo ſublato, alget & tremit.
      - *Mors* ſequitur tandem, quando nimius eſt metus: quoniam vis naturalis admodum interiorem ſubiens partem, ſanguine calorem inſitum, atq. vitalem ſolicitum de corde oriri, obruit vniuerſum atque extinguit.
    - *Specierum*: nempe { *Pigritiæ*, Pudoris, Terroris. / *Timoris*, Pauoris, Exanimationis. / *Conturbationis*, Formidinis.
  - *Cauſæ*
    - *Proximæ*: nempe cogitationis falſæ iacturæ imminentis, in { *Fortunæ* & periculorum: vt ſi nuncient in periculo eſſe litem conſtitutam, in qua de maximis agatur opibus: ſi de grandinis impetu in agros, &c. / *Corporis*: vt ſi de obitu dicant illius vereri, cùm ægrotet: ſi de vulneribus aut de nece, cùm inimicos habeat, &c.
    - *Remotæ*: videlicet { *Melancholiæ.* / *Temperaturæ* frigidæ. / *Educationis.*
- *Curatio* & præseruatio, indicationib⁹ ſuis perficitur. Quare
  - *An* fieri poſſit, indicat tum cauſa, tum magnitudo affectus. Cùm itaq. maximus ſit hic affectus inter omnes, propterea quòd mortem ſæpe inferat, ſedulò & citò curandus erit.
  - *Quid* ſit agendũ indicat affectus cauſa
    - *Proximæ*: videlicet falſa cogitatio iacturæ imminentis, quę ſui ablationẽ indicat. Quo autem inſtrumẽto id perfici queat, indicat tum affectus, tũ cauſa proxima, tum pars affecta. Siquidem hominum animi in aduerſis caſib. conſolatione tantùm, ſeu præceptis philoſophiæ moralis ſanari poſſunt, & tribus potiſſimum, quorum
      - *Primum* innititur perpetuæ in omni vita cogitationi, nihil eſſe, quod accidere non poſſit. Hæc enim cogitatio vna maximè omnes moleſtias obtundit & extenuat.
      - *Secundum.* Quòd humana ferenda ſint.
      - *Tertium.* Quòd nullũ malum ſit, niſi culpa, culpam autem nullã eſſe: quũ autẽ id fortè eueniat, quod ab homine non poſſit caueri, vt non eueniat. Verùm difficile eſt admodum cõſequi id, quod in his tribus præceptis continetur, niſi virtute prædituſ ſit, qui in aduerſis caſibus, atq. in metu triplici modò dicta cõſolatione ſanandus eſt: nam virtute duce fortes viuimus, nulla re vnquã terremur, ſemper inuicti ſumus, & magno animo, víſq; adeo vt Xenocrates ille grauiſſimus philoſophorũ, beatã vitam in virtute ipſe reponeret: quæ quidem vita beata in ſecuritate poſita eſt. Securitatem autem voco vacuitatem ægritudinis animi, ita vt ſit inexpugnabilis, ſeptus atq. munitus liber à temeritate, quæ exceſſus eſt, & à timiditate, quæ defectus, in fortitudine conſtitutus, quę mediocritas eſt. Quòd ſi quis ita animatus ſit, tunc deniq. polliceor hunc ita in metu fortem fore, vt nullo modo cõſternetur, quicquid alij ſibi fingant mali, quod euenire poſſit, ſiue id ſit fortunæ ſeu corporis malum.
    - *Remota*: nempe
      - *Melancholia* / *Temperatura* frigida } *De* quibus in ſequẽtibus, in præſeruatione & cura Melancholiæ per medendi artem.
      - *Educatio* puerilis. Non eſt hæc ita planè mulierculis cõmittenda, ſed imperandũ eſt illis, vt prorſus caueant à doctrina rerum omnium, quæ meticuloſos pueros reddere valeant, docendęque ſunt exemplo aliquo, quantũ referat eo modo teneram illam ætatẽ inſtituere, ac conformare, vtpote quia tenaciſſimi ſumus eorum, quæ à teneris annis accepimus. Quod olim Lacedæmoniis in vnũ locum coactis Lycurgus legiſlator acceptis duobus canibus oſtendit, quos cum dimiſiſſet, depoſitis priùs olla, leporeq. in medio, factum eſt, vt helluo educatus domi ad ollam, alter ad venationes ad leporem accurrerit: cúmq. Lacedęmonij ſtupẽtes admirarẽtur, quid ſibi hoc vellet: Ambo (inquit) iſti catuli iiſdẽ parentibus editi ſunt, ſed propter educationẽ diuerſam, alter guloſus, alter venator euaſit.

# De præseruatione ac cura melancholiæ.



# De præseruatione ac cura inuidiæ.




*Inuidia* est animi ægritudo ex alterius reb. secundis, quæ nihil noceāt inuidēti: cuius

*Primò* ostendendo, nihil humanæ naturæ magis aduersari, quàm inuidiam. Humana enim natura fecit hominem animal sociable propter vitæ huius necessitatem, eò quòd vnus homo sibijpsi minimè sufficit : quare & loquendi vsum ei tradidit, per quem possit alter alteri conceptum suum exprimere distinctè & particulariter, vbi adiuuari ab alio vellet. Sociabile verò per amicitiam fecit, quæ propter honestum est, qua qui sunt similes in virtute, & sunt amici, sibi inuicē bona volūt, in quantū boni sunt, &c.

*Secundo* demonstrando, nullum hoc ipso malignius vitium esse. Quid enim malignius, quàm si ferre nequeas alium hominem bona aliqua possidere, quæ sibi sudoribus & vigilijs ipse pepererit? quæ nihil ad te iure nullo spectent? quæ nihil tibi noceant?

*Tertio* modo, docēdo ex assidua rerū sublunariū vertigine & varietate fieri posse, vt priuentur bonis illis quib. inuidemus in præsentia, ex quorū amissione cessaturus noster dolor sit. Si enim conflata sit inuidia ex bonis

*Externarum* rerum, docebimus quā facilis ex sublimi fortuna ad humilem lapsus sit, cùm quotidie id in humana vita spectetur, vt statim inops sit, qui modò dives fuerat.

*Corporis*, subita aliqua ægritudine corripi posse, & contabescere corpora, ostendemus.

*Animi* similiter fieri posse, vt ex ægritudine, vel noxa corporis aliqua, animus, quoque iactura sentiat: vt Metrodoro philosopho accidit, qui cū in parte capitis posteriore ictum ex lapide accepisset, thesaurum rerū in memoria reconditarum amisit.

*Quarto* modo, spem animis inijciendo de futura prosperitate, quæ nunc nō adsit: eâdem namq; ratione, qua docuerimus res humanas ad miserū statū deduci, docemus ipsas à misero ad felicē euehi, imò id vno eoq; tempore contingere, illius enim calamitas, qui cecidit in infortuniū ex bonorū amissione, felicitas est alterius, qui in eorundē successione cōstituitur.

*Quinto* modo, acquirē di rationē ac viā bona illa proponēdo, q̄ inuiti intuemur in illis, quibus inuidemus. Nam qui sibi cōparare velit bona

*Corporis*. supponere in primis debet, quod naturæ donū sint

*Animi*, quinque esse oportere

*Primum* naturam vel ingenium perspicacem ad quamlibet disciplinam consequendam.

*Deinde* educationē exercitationemq́ue à teneris annis in primis disciplinis.

*Tertium*, vt quibusque optimis tempestate sua habitis præceptoribus se auditorem præstet.

*Quartū*, laboris eā patientiā, vt diu noctuq; nihil cogitet aliud, quā quæ ad disciplinas spectant.

*Quintū*, vt veritatis amore teneatur cæteris omnibus neglectis, quæ à quàmplurimis aliarum multi fieri solent.

*Rerum* externarum, laborem partim proprium, partim alienum facere demonstrabimus : aliquando verò penitùs ab alieno: nonnunquam etiam à proprio duntaxat ea accedere. Methodus aūt istorum quærendorum nulla facilior potiorq́ue est, quàm si animi sibi bona cōparent. Cōsequuntur enim eos, qui animi bonis conspicui sunt vniuersa, scilicet genus, diuitiæ, potestas, gloria, amicitiæ, &c.

*Curatio* ac præseruatio, suis indicationib. absoluitur. Quare, quid sit agendū, & quib. instrumētis, indicat tū affectus tū causa, quæ sui ablationem indicant: id quod fieri poterit affectu contrario, nempe in quoquis gaudeat ex alterius reb. secundis. Is verò non nisi beneuolētia est. Sed nullo pacto antè introduci in humanis animis hic affectus potest, quā cesset inuidia. Hāc autem cessare facit partim

*Philosophia moralis.* Sic enim quinque modus tollitur

*Arte* medendi. Vide in sequentibus signum A.

A. A. *Curatio*

A. *Curatio* inuidiæ per artē medicam, ratione causæ variatur. Ita que bona

- *Corporis*: nēpe
  - *Sanitas*
    - *Præsens*, sui conseruationē indicat. Conseruatur autem hæc cùm cognoscitur, cumq; modi, quibus lædi potest, cauentur. Quæ autem illam lædūt sunt aut
      - *Intrinseca*, q̄ nata sunt nobiscum, quorum alia vitari
        - *Non* possunt, vt exiccatio & fluor totius substantiæ, quæ incommoda ortum ab elementis habēt, quæ in nobis sunt calidioribus & siccioribus: neq; subijciuntur hæc arti medicæ, quòd vitari nequeunt.
        - *Possunt*, & quidem consilio & ratione. Sic ratio habēda est
          - *Restitutionis* exhausti. Nam deperdita substantia
            - *Ignea* atque aerea, respiratione & trāspiratione reparatur.
            - *Terrea* & aquea, cibo & potu restituitur.
          - *Expulsionis* excremētorum, quę motu & exercitatione expelluntur, sed non antequam separata sint, ab ea alimenti parte, quæ nutritioni subseruiat: fit verò separatio per cōcoctionem, concoctio per somnum.
      - *Extrinseca*, quæ vitari facilè possunt: vt
        - *Gladius.*
        - *Casus* ab alto.
        - *Aer*, &c.
    - *Absens*, seu morbus, sui curationē indicat. Sic morbus
      - *Similaris*
        - *Calidus*, frigidis
        - *Frigid⁹*, calidis
        - *Humidus*, siccis
        - *Siccus*, humidis

        *Curandus.* Eadem ratio compositorum morborum vel cū materia, vel sine materia habēda est.
      - *Instrumentalis* in
        - *Formatione*
        - *Quantitate*
        - *Numero*
        - *Situ*

        *Suo* contrario curandus.
      - *Vtrique* parti cōmunis, siue vnitatis solutio, per vnitionem sui curanda, &c.
  - *Vires*, quæ conseruādæ, ac acquirendæ sunt tū
    - *Exercitatione.* Exercitatio namque duritiem membrorum, natiui caloris augmētum & spirituum citatiorem motum præstat, in quibus vires stant, sed assidua debet esse: & singulis corporis partibus æquabiliter adhibita. Effæminatur enim corpus, quamuis musculosum, si diu laborem intermittit.
    - *Alimentis*, multi & boni succi.
  - *Velocitas*, quæ acquiritur in hominibus
    - *Obesis*, corpore ad gracilitatem perducto per
      - *Exercitationem*
      - *Fricationem*
      - *Lauationem*
      - *Cogitationes*
      - *Vigilias*
      - *Inediam*

      Nimiam.
    - *Macilentis*, corpore ad obesitatē perducto, per
      - *Causas.*
      - *Regimen* victus, &c.

      *Enacuationem* aliquam corporis immodicam.
  - *Pulchritudo*
    - *Naturalis*, sui conseruationem indicat: id quod optimo victus regimine in sex rebus non naturalibus fieri poterit, atque medicamentis cosmeticis, &c.
    - *Artificialis*, quæ fœminis tantum concedendum: quæ inducitur arte cōptoria, &c.
- *Animi* / *Fortunæ* — *Per* artem medicam, neque conseruanda, neque curanda sunt, sed per solam philosophiam moralem: vt suprà dictum.

# De Curatione febrium bilioſarum.




A. Curatio

A Curatio fuis perficitur indicationib. Quare

- *An* fieri poſſit, indicat morbi cauſa, ſymptomatum magnitudo, virtus, morbi longitudo, &c.
  - *Tertiana* exquiſita in ſeptem vt plurimum periodis terminatur, quarum
    - *Prima* eſt debilis.
    - *Secunda* fortior.
    - *Tertia* fortiſſima.
    - *Quarta* eſt in vltimo, quoniã in hac eſt ſtatus, & accidentia nequiſſima.
    - *Quinta* incipit debilitari.
    - *Sexta* plus debilitatur.
    - *Septima* eſt modica aut nulla.
  - *Venit* cum vehementia accidentium, ſed nõn ſunt periculoſa. Ideo vt Medici honor conſeruetur, futura accidentia ſemper ſunt prædicenda.
- *Quid* fieri debeat, indicat tum
  - *Cauſa* morbi videlicet bilis flaua putreſcens, quę primò ſui ablationẽ indicat, ſi reliqua non impediant: quod fiet partim
    - *Victus* ratione, ordinata ſecundum
      - *Qualitatem* frigidam & humidam. Quare ſit
        - *Aer* frigidus & humidus: vel *Natura.* / *Arte* ex *Floribus* / *Herbis* — *Frigidis* & humidis
        - *Somnus* mediocris. Si vigiliæ infeſtẽt, prouocetur ptiſana cum ſemine papaueris, &c.
        - *Quies* tum *Corporis.* / *Animi.* Vnde animi perturbationes fugiendæ: vt — *Ira.* / *Contumelia.* / *Excãdeſcentia.* &c.
        - *Aluus* laxa vel *Natura.* / *Arte*: nempe ſumptis aut — *Caſſia* fiſtula. / *Clyſtere* leniente.
        - *Cibus*
          - *Ptiſana* hordei.
          - *Lac* amygdalarum dulcium.
          - *Brodium* cicerum.
          - *Ius* pulli cum lactuca.
          - *Panis* lotus in aqua.
          - *Hordeatum.*
          - *Amygdalatum*, &c.
          - *Lactuca.*
          - *Portulaca.*
          - *Cucurbitæ.*
          - *Cucumeres.*
          - *Prunæ.*
          - *Pira* cocta, &c.
        - *Potus*, aqua hordei, &c. cum ſyrupo *Violaceo.* / *Endiuiæ.*
      - *Quãtitatem* decentem, quæ augenda, pro ætatis, conſuetudinis, temporis anni, regionis, virium ratione, &c.
      - *Tempus* commodum. Sic cibus
        - *Non* exhibendus — *Per* tres horas ante acceſſionem, / *In acceſſione.*
        - *Exhibendus* poſt declinationem.
    - *Medicamentis* exhibitis ſecũdum
      - *Qualitatem* cõtrariam: & vel humoris
        - *Qualitati*: quę primò alteranda, corrigenda tum
          - *Syrupo* *Violaceo.* / *De* Endiuia. / *De* cichorio. / *Acetoſo.* / *Oxyſaccharo*, &c.
          - *Decocto*: vt — R. *Endiuiæ*, ſcariolæ. / *Lactucæ*, ana M.i. / *Florum* violarum. / *Nenupharis*, Roſarum ana P.i. / *Sem.* 4. frig. maiorum & minorũ ana ʒ.i. / *Omnium* ſantalorum, ana ʒ.i. / *Hordei* M.i. / Coquantur ſa. coletur, dulcoretur, fiatque potio ad quinq; hauſtus, cui addantur ſyrupi violacei ℥.iij. ſyrupi granat. acid. ʒ.ii.
        - *Quantitati.* Vide in ſequentibus ſignum B.
      - *Quantitatem* congruentem, quæ varianda, vt ſuprà.
      - *Tempus* commodum, quod variandum ſecundum morbi tempora, vt ſuprà. Nam in
        - *Acceſſionibus*, nullum pharmacum exhibendum eſt.
        - *Declinatione* purgantia, medicamenta ſunt præbenda.
    - *Morbus.* Vide in ſequentibus ſignum C.
    - *Symptomata.* Vide in ſequentibus ſignum D

B. *Quantitati*: nempe euacuantibus. Nam si bilis abundauerit in corpore,

- *Plethorico*, vena secanda est, sed non ante tertium paroxismum. Cùm autem febris grauior, propter vigoris propinquitatem, futura sit, prædicendum erit, ne id ex venæ sectione contigisse videatur.
- *Min⁹* plethorico, euacuanda est, (si materia fuerit cocta) partim per
  - *Aluum* & quidē medicamentis
    - *Primò* leuioribus: scilicet aut
      - *Cassia* fistula.
      - *Manna.*
      - *Syrupo* de cichorio cum Rhabarb.
      - *Infus.* rosarum.
      - *Diacatholiconi.*
    - *Deinde* fortiorib. præsertim si superioribus non cedat morbus: vt
      - *Electuario* de succo rosarum.
      - *Elect.* rosat. Mes.
      - *Compositione* stybii nostra, qua innumeros vnica die sanauimus. Verùm hæc non prębenda, nisi nauseant ægri, facileq; vomāt, & os amarum habeant. Sic aūt se habet:
        - ℞. *Vitri* stybii g. v. vel vi. vel ix.
        - *Mastichis* g. iii.
        - *Tragacanthi* g. v.
        - *Conserue* ros. & menthæ ana ʒ. ii. puluerizata misceantur: capiaturq; ieiuno ventre, superbibendo parū vini albi. &c.
  - *Vrinam*: vt radicibus { *Acetosæ*, *Petroselini*, *Cichorij*, *&c.* } Cum iusculis coctis.
  - *Sudorem*, idq; sub finem accessionum: cuiusmodi est potio talis
    - ℞. *Ptisanæ* calidæ ʒ. iii.
    - *Decoct.* florum chamæmeli ʒ. i. vel syrupi acetos. ʒ. i. misceantur, & potui præbeantur.

C. *Morbus* etiam, nempe intemperies calida, quid fieri debeat indicat. Nā si vehemēs admodū fuerit, ab ipsa curatio incipienda est. Curatur autem hæc

- *Victus* ratione infrigidante & humectante, suprà dicta
- *Medicamentis* adhibitis secundum
  - *Qualitatē* cōtrariam: videlicet frigidā: quorum alia
    - *Intrinsecus* sumuntur: & vel in forma
      - *Potionis*: vt sunt
        - *Iulapium.*
        - *Syrupus*
          - *Violatus*
          - *Endiuiæ*
          - *Acetosus*
          - *Granatorum*
          - *Oxysaccharum*

          Cum aqua hordei, additis aliquot guttis olei chalcanthini.
      - *Tabularum*: vt
        - *Triasandali*
        - *Diatragacāthi* frigidi

        *Superbibendo* potum aquæ endiuiæ & cichorii.
      - *Electuarij*: vt conserua
        - *Rosarum.*
        - *Violarum.*
        - *Nenupharis &c.*
    - *Extrinsecus* applicantur: atque vel
      - *Fronti*: vt
        - ℞. *Olei* rosacei.
        - *Nenupharis*
        - *Aquarum* rosarum
        - *Aceti* albi
        - *Albuminis* ouorum

        Ana ʒ. i.

        Misce, & fronti temporibusq; applicetur.
      - *Carpo*: vt
        - *Sonchus* tritus, sambucus, plātago ex aceto subacta & carpis alligata.
        - *Puluis* fuliginis è furno, & saluia contusa, & cū oui albumine mixta, ac carpis impositā.
        - *Acetū* rosac. cū aqua ros. & croco mixtū &c.
      - *Hepati*: vt
        - ℞. *Aquarū* cichorii, endiuiæ, solani, lactucæ ana q. r. i.
        - *Triasantali* ʒ. i.
        - *Aceti* parum.

        Misce, & fiat epithema hepati applicādū.
        - *Semperuiuum*, & alia eiusmodi refrigerantia trita, hepatiq; applicata, si nulla obstructionis suspicio adsit, &c.
  - *Quantitatem* decentē, quæ mutanda pro morbi vehementia, ætate, tempore anni, &c.

D. *Sympto-*

D.

*Vigiliæ* immodicę ſui ablationem ſignificāt: id quod fiet, ſi cauſa, nempe intemperies calida & ſicca, remoueatur. Remouebitur autem contrariis, vide licet frigidis & humidis: quorum alia

*Intrinſecus* ſumūtur: vt potiones, quarum

*Vna*: ℞. *Decoctionis* lactucæ ℥.ii. *Syrupi* papaueris, nenupharis, ana ʒ.vi. Miſce, capiat hora ſomni.

*Altera*: ℞. *Lactucæ* P.i. Dactylorum num.iii. *Papaueris* caput vnum. *Fiat* decoctio ad ℥.iiii. Cum ℥.i. ſyrupi roſ. fiat potus.

*Tertia*: ℞. *Dactylorum* num. ii. *Papaueris* caput vnum. *Fiat* decoctio ad ℥.iii. coletur, addaturque ſacchari roſati ℥.iii.

*Quarta*: ℞. Aquæ deſtillatæ è floribus croci, demptis ſtaminibus ℥. iiii. Capiat horæ ſomni.

*Quinta*: hordeatum, vel lac amygdalarum, ex decocto lactucę & capitum papaueris diſſolutum, &c.

*Extrinſecus* applicantur: & vel

*Fronti*, temporibus, &c. vt vnguenta vel epithemata: quorum

*Primum*: ℞. *Olei* violarum, *Olei* roſarum, *Olei* nenuphar. ana ʒ.i. Miſce, ac tempora frontemque inunge.

*Alterum*: ℞. *Papaueris* capita tria, in puluerem redacta commiſce oui albumini, & applica.

*Tertium*: ℞. *Olei* roſacei, Violarum, ana ℥.S. *Aquæ* roſ. ℥.ii. Opii g.vi. Agitentur cum oui albumine, appliceturq. fronti ac temporibus.

*Quartum*: ℞. *Aquæ* roſarum ℥.iii. *Ouo* albuminis ℥.i. *Olei* roſacei ℥.S. Miſceantur & agitentur ſimul.

*Quintum*: ℞. *Olei* papaueris albi ℥.i.S. Populeonis ℥.S. *Albuminis* oui ℥.ii. *Lactis* mulieris ℥.S. Miſce.

*Sextum*: ℞. *Nenupharis*, roſarum, violarum, ana P.i. *Corticis* rad. mandragoræ ʒ.i.S. *Sem.* papaueris albi, Coriandri, ana ʒ.i. Fiat puluis, qui inuoluatur in linteo duplici: deinde perfumetur cum aqua roſarum, appliceturque.

*Nari*bus: vt ſunt

*Vnguenta*, quorum

*Primum*: ℞. *Olei* roſarum, *Caſiæ* lignea, *Opij* ana q.ſ.

*Secundum*: ℞. *Olei* ex ſem. lactucæ, Nenupharis, Cucurbitæ, ana q.ſ. Miſce, & nares iniunge, &c.

*Epithemata*: ℞. *Lactucæ*, violarum, nenupharis. *Sem.* papaueris, Hyoſciami, ana q.ſ. Coquantur aqua, vapor auribus & naribus excipiatur. Vel ſpongia in his immerſa & expreſſa ſubinde nari admoueatur.

*Plantis* pedum ac manuum: vt

*Iunctio* ex pinguedine gruis.

*Lotiones* ex decoctis refrigerantium.

*Vmbilico*: vt

℞. *Mandragoræ*, Mirrhæ, opij, Croci, Thuris, ana q.ſ. Cum ceraſa fac paſtillos, & ſuper vmbilicum extende.

*Pulſibus* brachiorum ac temporum: vt linimenta duo, quorum

*Primum*: ℞. *Olei* roſacei, violacei, ana ℥.i.S. *Succi* mandragoræ, Hyoſcyami, Lactucæ. ana ℥.S. *Opij* in vino diſſoluti ʒ.S. Ceræ parum: miſce, ac fiat linimentum.

*Alterum*: ℞. *Vnguenti* populeonis ℥.S. *Olei* roſarum ʒ.ii. *Opij* g.v. Miſce, & fiat linimentum, quo inungantur ſpina dorſi & tempora.

*Symptomata* etiam quid fieri debeat, indicant. Nam cū adeò vehementia fuerint, ab eis cura ratio ordienda exit. Itaqnə

*Sitis* ſuperflua. Vide in ſequentibus ſignum E.

*Vomitus*. Vide in ſequentibus ſignum F.

*Fluor* alui. Vide in ſequentibus ſignum G.

*Dolor* capitis, &c. Vide in ſequentibus ſignum H.

E.
*Sitis* quoq;, si plurimũ infestet, remouenda est. Quare in huius curatione

- *Quid* agendum sit, indicat symptomatis causa, videlicet calida & sicca intemperies (licet ab aliis etiã causis contingat) quæ sui ablationem indicat. Auferetur autem frigidis & humidis, quorum alia
  - *Intrinsecus* sumuntur: vt sunt potiones, quarum
    - *Prima*: ℞. *Aquæ* hordei ʒ.ii. *Syrupi* violacei ʒ.i. *Olei* Chalcanthini g.iiii. Misce, & potui detur.
    - *Secunda*: ℞. *Decoctionis* lactucæ ʒ.iiii. *Syrupi* violacei, Succi granatorum, ana ʒ.i. Misce.
    - *Tertia*: ℞. *Iulapij* violacei ʒ.ii. *Aquæ* cichorii ʒ.iiii. *Olei* Chalcanthini g.v. Misce.
    - *Quarta*: ℞. *Vini* granatorum ʒ.i. *Aquæ* hordei rasæ ʒ.iii. *Sacchari* albi ʒ.i. Misce.
    - *Quinta*: ℞. *Aquæ* ordei ʒ.iiii. *Syrupi* limonum ʒ.ii. Misce.
    - *Sexta*: ℞. *Seminis* lactucæ, Cucumeris, ana ʒ.S. *Glycyrrhizæ* ʒ.ii. Coquantur in aqua ℔. vi. Aqua refrigerata, per se, vel cũ modico aceti bibatur.
    - *Septima*: ℞. *Aquæ* Cydoniorum destillatæ ʒ.iiii. *Iulapij* violacei ʒ.ii. *Olei* Calcanthini g.iii. Misce.
    - *Octaua*: ℞. *Succi* barechæ, vel cucumeris ʒ.iiii. *Iulapij* violacei vel ros. ʒ.ii. Misce.
  - *Forinsecus* applicatur: & vel
    - *Linguæ*: vt sunt
      - *Pruna*: priùs in aqua infusa, deinde in ore retẽta.
      - *Sacculi* de psillio aut seminibus cotoneorum, positi priùs in aqua frigida, deinde super linguam retenti.
      - *Ablutio* aquæ frigidæ cum modico aceti.
      - *Pilulæ* tales: ℞. *Sem.* cucumeris ʒ.iiii. *Gummi* tragacanthi ʒ.ii. Gummi dissoluantur oui albumine, semina trita commisceantur, fiantq́ue pilulæ, sub lingua retinendæ.
    - *Gutturi*: vt inunctio: *Oleo* rosaceo cum aquis, aut succis semperuiui, solani, vmbilici veneris, lactucæ, acetosæ, portulacæ, mucillagine psillii, aliquot granis caphuræ, in quibus linteolum subtile & rarum subinde madefiat, ac frequenter apponatur, &c.
- *An* fieri possit, indicat symptomatis magnitudo, febris vehementia, &c. Itaque
  - *Si* in ægritudinibus acutis sit sitis vehemens & siccitas vehemens, valdè malum est.
  - *Si* in febricitans multũ sitiuerit, & subitò cesset sitis, & febris remaneat, & lingua sit arida & nigra, mortem significat.
  - *Si* in febribus adurentibus sitis destruitur, valdè malum est.

F.
*Vomitus* nunquam superfluus in tertiana febri contingit: vnde eius quoque cura habẽda venit. Quare

- *Quid* sit agendum. Vide in sequentibus, signum **.
- *An* fieri possit, indicat symptomatis magnitudo, morbi vehementia, causa & tempus. Nam
  - *Vomitus* criticus non est cohibendus, ad quem sequitur leuitas, iucunditas.
  - *Vomitus* semper est malus.
  - *Vomitus* purus malus est, & quantò purior, eò deterior.
  - *Cholericus* purus significat vehementiam caloris.
  - *Vomitus* phlegmaticus purus, vehementiam frigoris.
  - *Vomitus* citrinus malus est, & viridis & porrinus ac fœtidus, & qui est, sicut odor siclæ: rubens cum nigredine & obscurus, & deterior, qui est sicut flos æris.
  - *Vomitus* niger malus est. præsertim si conuulsio sequatur.
  - *Vomitus* melancholicus, pessimus est.
  - *Vomitus* cum fortitudine virium, & signis digestionis, & leuitate accidẽtium, & in die critico bonus est, &c.

**. Vomi-

**.
*Vomitus* superflui, qui in tertiana febri cõtingit, quid in illius curatione sit agendũ, indicat symptomatis causa, quarum (licet plures sint) tres in acutis esse consueuerunt, videlicet

- *Bilis*
  - *Sistens* in ventriculo quæ sui ablationem indicat. Quare hîc vomitus non cohibendus est, sed potiùs prouocandus vomitorio
    - *Leniori*: vt { ℞. *Aquæ* tepidæ, *Syrupi* acetosi, Misce. } ana q.s.
    - *Fortiori*: vt { ℞. *Aquæ* q.s. *Sem.* raphani q.s. Coquantur simul, colaturæ tepidæ addatur aliquantum syrupi acetosi, &c. ℞. *Vitri* stybij g.iiii. vel v. *Tragacanthi* g.v. *Masticis* g.iii. *Conseruæ* ros. ʒ.S. Misce ac ieiuno ventre sumatur.
  - *Fluens*, continuè aliunde ad ventriculum, quæ stypticis cohibenda est, quorum alia
    - *Intrinsecus* sumũtur: vt { *Cotonea.* *Nespila.* *Rob* de berberis. *Miua* citoniorum. *Syrupus* mirtinus. *Diacitoniten.* *Conserua* rosarum. *Aqua* Calibeata, &c.
    - *Extrinsecus* apponuntur: vt
      - *Oleum* { *Citoniorum.* *Rosarum.* *Mirtinum*, &c.
      - *Emplastrum* ex { *Oleo* { *Mirtino.* *Rosato.* *Cotoniorum.* } *Coralliis.* *Santalis.* *Spodio.* *Tragacantho*, &c.
  - *Debilitas* retentiuæ facultatis, quæ corroboranda est, astringentibus partim
    - *Intrinsecus* sumptus: vt { *Aceto.* *Cotoneis.* *Diacitonite.* *Miua* cotoneorum. *Aqua* cotoneorum. *Syrupo* rosaceo. *Corallijs.* *Conserua* ros. &c.
    - *Extrinsecus* applicatis: vt
      - *Oleo* { *Rosaceo.* *Cotoneorum.*
      - *Vnguento* ex { *Oleo* { *Cotoneorum.* *Rosaceo.* } *Coralliis*, &c.

G.
*Fluor* etiam alui sæpe in tertiana accidit immodicus, ita vt vires debilitentur: vnde primò curandus venit. Quare

- *Quid* sit agẽdum, indicat symptomatis causa: videlicet immoderatus motus, Bilis (licet ab aliis quoque causis fiat) qui moderandus est astringẽtibus tum partim
  - *Intrinsecus* sumptis: vt { *Aqua* hodei vstulati. *Syrupo* mirtino. *Rob* de ribes. *Miua* Citoniorum. *Letibus* excorticatis, bis elixatis, cũ succo granatorũ sumptis
    - *Electuario* huiusmodi { ℞. *Conserua* rosarũ, Bugloss*æ*, Violarum, ana ʒ.j. *Diamarg.* frig. ʒ.iij. *Corallij* rub ʒ.j. *Foliorum* auri num.iiij. *Decocti* capi. perfectè cocti ℔.S. *Aquarum* rosarum. Nimphe*æ*, ana ʒ.iij. Misce & fiat electuarium.
    - *Succo* seu liquore corallorum, &c.
  - *Extrinsecus* applicatis: vt { *Olea* *Vnguenta* *Emplastra* *Fomenta*, &c. } Astringentia.
- *An* fieri possit, indicat symptomatis magnitudo, causa atque excretorum varietas, &c. Nam
  - *Egestio* fœtida, similis egestioni puerorum & infantium, mala est, cũ scilicet non fuerit à causa primitiua.
  - *Egestio* cholerica in in principio non est bona: sed in declinatione bona.
  - *Fluxus* ventris multus post signa mala & casum virtutis, mortem denotat.
  - *Egestiones* vnctuosæ, & super ipsas est simile virus. & emanat citrinum, & dominatur fœtor, est mortale.
  - *Cum* in egestionibus sunt aliqua similia corticibus lupinorum, signum est mortale in omnibus ægretudinibus.
  - *In* ventris fluxionibus mutationes egestionum iuuãt: quando scilicet apparent post signa digestionis, & in die critico, si ad malum non se conuerterint.
  - *Egestiones* nigræ, vel quasi sanguis niger, pessimæ, & quantocunque colores plures fuerint, magis malum, cum pharmacis verò melius est.
  - *Aegritudinib.* q buscũq. incipientibus, si fel nigrũ sursum aut deorsum exiuerit, mortale.
  - *Ex* quibuscunque aegritudinibus acutis, aut multi temporis, aut ab abortibus, aut aliter exeuntibus: si fel nigrum, aut quasi sanguis exiuerit: sequenti die citrico morietur.
  - *Mulieri* in vtero habenti, si venter fluat multum: periculum est abortiendi.

H. *Dolor*

H.
*Dolor* capitis interdū in tertiana contingit: & tūc eius quoque cura habenda est. Quare

- *Quid* fit agendū indicat doloris tum
  - *Causa*: quæ est aut calidus
    - *Vapor* eleuatus ad caput, qui sui ablationē indicat: id quod fiet, si aut euacuetur, vel ad alias partes diuertatur & quidem
      - *Remotiores*: nempe per alnum, præsertim si dolor propter eius constipationem, vel propter vapores ventris acciderit. Hoc autem commodè fiet, aut
        - *Clysteribus*, ex
          - *Decocto*
            - *Hordei.*
            - *Maluæ.*
            - *Violarum.*
          - *Oleo*
            - *Communi.*
            - *Violaceo.*
          - *Vitello* oui.
          - *Cassia*, &c.
        - *Pharmaco*: atque aut
          - *Cassia* fistula.
          - *Manna.*
          - *Diocatholicone.*
          - *Rhabarbaro*, vel eius extracto, &c.
      - *Propinquiores*, cucurbitulis occipitio vel ceruici, citra scarificatū affixis.
    - *Humor*
      - *Contentus* in capite, qui sui ablationem indicat. Auferetur autem vel
        - *Phlebotomia* ex vena cephalica, præsertim si dolor cum febre per initia inuadat: & tunc secunda remissione sanguis ex eadem vena mittendus si vires & cætera permittant.
        - *Cucurbitulis* cum scarificatu, occipitio vel natibus adhibitis.
      - *Eleuatus* ad caput vel à
        - *Toto* corpore: & tunc aut
          - *Euacuandus* per phlebothomiam, ex vena basilica si tertium paroxismum nondum exceſſerint, & vires reliquaque permiserint.
          - *Diuertendus* per ligaturas extremorum fortes, &c.
        - *Parte*: nempe ventriculo: euacuandus est per vomitum, &c.
  - *Pars* affecta: nempe caput, quod cōfortandum venit, ne vapores recipiat: & vel
    - *Fomentis*
      - *Frigidioribus*: in æstate, & calidioribus: quibus caput non repletum est: vt
        - *Oxyrhodino*, rosaceo, cum aceti modio, quod fronti, temporibus frigidum vel tepidum applicandum.
        - *Rosis* in aceto maceratis, atque fascia in eo aceto madefacta, inuolutis, fronti atq. temporibus appositis.
      - *Minùs* frigidis: in habitu corporis frigidiore atque tempore hyberno: vt
        - ℞. *Olei* chamomelini ʒ. i.
          *Aceti* ʒ. ii.
          Misce.
        - ℞. *Olei* communis uel chamomelini ʒ. S.
          *Olei* rosacei ʒ. ii.
          Misce atq. calidum vel tepidum admoue.
    - *Cataplasmate*: vt
      - *Frigidiore*: ex
        - *Pane* & psilij succo subacto.
        - *Mica* panis & foliis hyosciami, vel papaueris recentis, & oxyrhodino, &c.
      - *Minùs* frigido: vt
        - ℞. *Farinæ* hordei M. ii.
          Malexentur cum succis forniculi, & olei rosacei, ana q. s. fiat cataplasma.
- *An* fieri possit, indicat magnitudo symptomatis, vehementia febris, virium robur, accidentium malitia, &c. Nam
  - *Si* dolor perseuerat & virtus est debilis, & ægritudo acuta & accidentia mala, ægritudo est mortalis.
  - *Quibuscunque* in febribus vrinæ conturbatæ velut subiugalium, his dolores capitis adsunt aut aderunt.
  - *Posteriora* capitis dolentia, vena recta frontis incisa iuuat.
  - *Caput* dolenti & circumdolenti sanies aut aqua, aut sanguis defluens secundum nares aut aures, aut secundum os, soluit ægritudinem.
  - *Quibuscunque* sanis dolores repentè fiunt in capite, & continuò sine voce fiunt, & stertunt, pereunt in septimo die, si non febris eos accipiat.

De Ter-

# De Tertianæ nothæ ſeu ſpuriæ curatione.

*Tertiana* notha ſeu ſpuria, ſeu extenſa, vt plurimùm lõga eſt à bile mixta pituitæ, & interdũ à bile vitellina putreſcente prouenit, ægrum de tertio in tertium affligit: cuius

- *Diagnoſis*
  - *Partis affectæ*
    - *Primariæ*: videlicet cordis: pulſus
      - *Velox.*
      - *Frequens*
      - *Inæqualis.*
      - *Diuerſus.*
    - *Secundariæ*: nempe reliquarum corporis partium, & maximè principalium
      - *Sitis.*
      - *Vomitus.*
      - *Appetitus* proſtratus.
      - *Calor*, &c.
  - *Morbi*
    - *Cum* tigore incipit, ſed languidiore.
    - *Iuuenes* ocioſos & in temperatos inuadit vt plurimùm, ſub Autumnum frequens.
    - *Alternis* diebus inuadit.
    - *Acceſsio* vltra duodecim horas producitur, aliquando ad triginta & eo plures.
    - *Terminatur* vix periodo duodecima aut decimaquarta. Sæpe ad 40. diem extenditur, nonnunquam ſex menſes integros perſeuerat, fereque definit in vitia lienis.
    - *Inflatio* ventriculi, *Faſtidium*, *Sitis* — Remiſſiora quàm in pura.
    - *Oris* amaritudo magna.
    - *Pulſus*: *Inæqualis* & diuerſus; *Velox*; *Frequens* — Minùs quàm in tertiana pura.
    - *Vrina*: *Craſsior*; *Citrina* — Quàm in tertiana ſyncera.
  - *Cauſæ*
    - *Immediatæ*: videlicet putredinis extra vaſa
      - *Cibus* corruptu facilis.
      - *Mala* complexio, cibum corrumpens.
      - *Mali* humores, cibum in ventriculo corrumpentes.
      - *Obſtructio*, ſeu prohibita euentatio.
    - *Mediatæ*: nempe
      - *Bilis*, pituitæ mixtæ, Signa bilis & pituitæ.
      - *Bilis* vitellinæ. Vomitus bilioſus, qui vitellis ouorum ſimilatur, &c.
- *Curatio*, ſuis indicationibus perficitur: quare
  - *An* fieri poſſit indicat morbi longitudo, accidentium magnitudo, Nam
    - *Pulſus*, *Sitis*, *Vigiliæ*, &c. — Intenſiora, mala eſt ſignificatio.
    - *Si* multum prolongatur, ægrum ad paralyſim perducit, vel ad hydropem, vel ad cachexiam, vel ad ſplenis magnitudinem.
    - *Rigor* paruus, punctio paruа, frigus & paroxiſmus longus, ſudor nullus vel paucus, vrina non multùm ignea, egeſtiones viſcoſæ, anni tempus frigidum, ætas, habitudo corporis, & victus ratio phlegmatica, ſignificat febrem longo tempore duraturam.
  - *Quid* ſit agendum, indicatum
    - *Cauſa* morbi, nempe bilis pituitæ mixta, quæ ſui ablationem indicat: quod fiet partim
      - *Victus* ratione, inſtituto ſecundum
        - *Qualitatem* contrariam: videlicet moderatè refrigerantem, incidentem & abſtergentem. Itaque
          - *Aer* ſit temperatus, vel ad frig. declinans.
          - *Somnus*, non multus, ſed minor ſolito.
          - *Exercitij* loco vtantur frictionibus longioribus & fortioribus ante cibum, & poſt declinationem paroxiſmi.
          - *Aluus* quotidie bis vel ſemel reſpondeat natura vel arte.
          - *Animi* affectus immoderatos vitet.
          - *Cibus* ſit: *Hordeatum*, *Amygdalatum* — In quibus aliquid hyſopi vel thymi vel piperis incoctum ſit.
          - *Ius* carnium, coctum cum rad. petroſelini.
          - *Spinachia*, Pulli, &c.
          - *Potus* aut: *Aqua* cocta cum cinnamomo & pauco hyſopo.
          - *Hydroſacharum* ex ℔. j. aquæ coctæ cum ℥. iii. ſaccari & ʒ. j. cinnamomi, per manicam Hypocratis colata.
          - *Aqua* mulſa, vt in frigidiore conditione.
          - *Vinum* tenue extra acceſsiones.
        - *Quantitatem* decentem: quæ pro longitudine & breuitate morbi varianda. In longiore namque plenior victus, in breuiori verò parcior, exhibendus.
        - *Tempus* commodum: vt in tertiana exquiſita.
      - *Medicamentis.* Vide in ſequentibus, ſignum A.
    - *Morbus.* Vide in ſequentibus, ſignum B.
    - *Symptomata.* Vide in curatione tertianæ puræ.


A. Tertiana notha seu spuria curatur medicamẽtis exhibitis secundum
Qualitatem decentem, quæ varianda est pro ratione virium, temporis anni ætatis, causæ, &c.
Qualitatem cõtrariam
Manifestam: & vel humoris
Quantitati nẽpe bilis mixtæ
Pituitæ, quæ sui ablationem indicat, non quidem eradicatiuè, sed minoratiuè primo. Minoratur autẽ materia contenta in
Ventriculo, vel per secessum vel per vomitum: si ad vomitum fuerint procliues: vt
℞. Hydromelitis ℥.ii.
Decoct. hyssopi & raphani ℥.ii.S.
Misce & tepidũ detur à vena.
℞. Tragacanthi g.v.
Mastices g.iii.
Vitri stybij g.vii.
Fiat pulvis, detur cum vino.
Intestinis:
Clysteriis: vt
℞. Maluæ, Betæ, Parietariæ ana. M.i.
Mercurialis M.ii.
Flor. Chamomillæ, ana P.ii.
Sem. 4. frig. Endiuiæ, Anisi, Fœniculi, ana ℥. ii.
Agarici trochiscati ℥.ii.
In colatura dissolue mellis ros. ℥.i.
Olei ℥.iii. fiat clyster.
Pharmaco: vt — ℞. Cassiæ ℥.i. Diaphœniconis ʒ. i. fiat bolus.
Sanguini, qui sui euacuationem indicat, post excrementorum eductionem, quæ in ventriculo & intestinis continentur. Itaque consentientibus numeris, sanguis è basilica dextra mittendus.
Qualitati
Crudæ: Sic conueniunt Syrupi alterantes, concoquentes: vt
Endiuiæ
Capill. Veneris
De Bizantiis
Acetosus
De fumaria, &c.
Additis aquis
Endiuiæ.
Chicorij.
Graminis.
Asparagi.
Apij, &c.
Coctæ: sic cõueniũt eradicantia, quorum alia euacuant per
Secessum: vt sunt
Potiones
Leuiores: vt
℞. Syrupi ros. lax. ℥.i.
Diaphœniconis ʒ.ii.S.
Cum decoctione fœniculi, anisi, petroselini, fiat potus.
Fortiores vt
℞. Glycyrrhizæ, Polypodij. ana ʒ.vj.
Medullæ catharmi ℥.i.
Senæ ʒ.ii.
Agarici ʒ.i. fiat decoctio.
In quart. j. dissolue Rhabar. infusi in vino albo ʒ.j. cinnamomi ℈. i. misce & fiat potus.
Bolus:
℞. Cassiæ ℥.i. Diaphœniconis ʒ.i.
Misce & fiat bolus.
℞. Elect. de succo ros. ℥.S. Agarici trochiscati ʒ.i.
Misce. & fiat bolus.
Pilulæ
℞. Agarici trochiscati ʒ.iii.
Succi agrimoniæ, Petroselini, ana ʒ.S.
Spicæ celticæ, Squinanti, Cinnamomi, ana ʒ.i.
Rhabarbari ʒ.ii. cum syrupo laxatiuo fiant pilulæ, de quibus capiant iii. in hebdomada, ante cœnam.
Syrupus magistralis
℞. Capill. Veneris.
Cichorij, Endutiæ. Agrimonię, Bugloss., Borraginis, ana M.i. Betonicæ M.S.
Rad. Petroselini, Asparag. Cichorij, graminis, acetosæ, ana ℥.ii. Sem. 4. frig. maiorum, ana ʒ.iii.
Apij, Petroselini, anisi, ana ʒ.i.
Vuarum passarum ℥.S. Prunorum paria x.
Agarici trochiscati ℥.S.
Tamarindorum, Senæ, Sem. Carthami, ana ℥.ii.
Flor. cordialium P.ii.
Coquantur. In ℔.colaturæ dissolue sachari q.s. fiatq. syrupus aromat. cũ cinnamomo & pul. diarrhod. Capiat alternis diebus, vel semel in hebdomada, cum decoct. cicerum rubrorum.
Vrinam: vt
Aqua
Graminis, Asparagi.
Petroselini, &c.
Sol absynthij.
Brodium cicerum, &c.
Occultã: quorum alia
Intrinsecus sumitur: vt
Aquæ destillatæ
℞. Gentianæ, Cardui benedicti, Quinquefolij, ana M.ii. incidantur & in sero caprino macerentur, deinde in Balneo M. vel vapore a quæ calidæ destillentur. Da mane in aurora ℥.iii, vel ℥.iii, & tẽpore paroxismi. Extirpat tertianã nothã, & quartanã sine dubio.
Decoctum
Quinquefolij, in vino coctum.
Tormentillæ, &c.
Potio talis
℞. Cardui benedicti M.i. Quinquefolij M.i.
Salis absynthij g.vii, vel g.iiii. coquãtur in vino, & tempore paroxismi calidum exhibeatur, & bene cooperiatur, & sudet.
Extrinsecus applicantur: vt est emplastrũ huiusmodi
℞. Vrticæ minoris M.i. Telæ aranearum ℥.S.
Salis communis cochlear i. contundantur in mortario, adde aceti quantũ oui medietas capere potest, bene miscẽdo fiat emplastrũ ad pulsus vtriusq. man⁹, p duas horas ante accessũ.

B. Mor-

B.
*Morbus* quoq; nempe intemperies calida, quid agendum, ſit, indicat. Hæc enim ſui ablationem indicat per contraria, videlicet refrigerantia: quorum alia
- *Intrinſecus*: ſumuntur: vt ſunt
  - *Iulapium*: Bz. *Aquæ* cichorij, Bugloſſæ, ana quart. j. / *Sacchari* q. ſ. / Fiat iulapium aromat. cum ʒ. iij. triaſantali.
  - *Electuarium*: Bz. *Conſeruæ* Cichorij, Roſarum, Violarum, ana ʒ. ij. / *Spec.* diarrhod. Ab. Diamarg. frig. ana ϑ. j. / Cum ſyrupo endiuiæ fiat electuarium.
  - *Tabulæ*: *Triaſantali.* / *Diarrhodon* Abbatis. / *Diamarg.* frigidi, &c.
- *Forinſecus* applicantur: atque vel
  - *Carpis*: & vel: *Folia* burſæ paſtoris / *Dentilaria* / *Ea* ſpecies thlaſpi, quæ ſimilis eſt burſæ paſtoris — *Cum* ſale & aceto trita & carpis applicata poſt vniuerſales euacuationes.
  - *Ventriculo*: vt Oleum: *Cotoneorum.* / *Myrthinum.* / *Roſaceum*, &c.

# De Curatione tertianæ continuæ.

*Tertiana* continua, eſt febris, ex materia bilioſa intra venas putreſcente, in locis à membris principalibus, & propriè à corde remotis: cuius eſt de tertio in tertium manifeſtam facere excreſcentiam: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ
    - *Primariæ*: nempe
      - *Humoris* bilioſi. Putredo, &c.
      - *Cordis*: *Pulſus* velox & ſpiſſus: cum diuerſitate quadam. / *Expiratio* maior. / *Sitis* intenſa, &c.
    - *Secundariæ*: videlicet: *Cerebri.* / *Stomachi.* / *Hepatis*, &c.
  - *Morbi*
    - *Vrina*: *Intenſa* valdè. / *Subſtantiæ* ſubtilis. / *Rubea* vel ſubrufa cum liuiditate quadam.
    - *Sudor* in die critico.
    - *Calor* acutior ac mordacior, quàm in intermittente.
    - *Facies* citrinior.
    - *Lingua* aſpera, & quandoque cum nigredine.
    - *Nullus* rigor ab initio neq; horror: ſed typus quidam ſiue frigus extremitatum priuatiuus & lenis.
    - *Sitis* intenſa.
    - *Pulſus* velox & ſpiſſus.
    - *Expiratio* maior.
    - *Vigiliæ*, &c.
- *Cauſa*
  - *Immediatæ*: videlicet Putredinis: *Tranſpiratio* impedita. / *Obſtructio.* / *Calor* natiuus in igneum permutatus.
  - *Mediatæ*: nempe bilis flauæ, intra venas putreſcentis: *Tempus* anni calidum. / *Aetas* iuuenilis. / *Victus* ratio calida. / *Regio* calida, &c.
- *Curatio*, ſuis indicationibus abſoluitur. Quare
  - *An* fieri poſſit, indicat tempus anni, ætas, accidentium varietas ac magnitudo, &c. Nam
    - *Tertiana* continua in hyeme, deterior eſt.
    - *Cum* accidit decrepitis, perimit, quia ab incendio reſoluuntur.
    - *Terminatur* quandoque: *Fluxu* ſanguinis natium. / *Sudore.* / *Fluxu* ventris. / *Vomitu.* / *Per* apoſtemata.
    - *Bonitas*: *Senſuum* / *Virtutum* — Sanitatem prænunciant, contraria verò, malum.
    - *Corporis* leuitas / *Calor* in toto æqualis / *Bonitas* appetitus — Sanitatem prænunciant, contraria verò, malum.
    - *Sudor* frigidus in quarto die, malum portendit.
    - *Frigiditas* extremitatum cũ vitiditate & liuiditate, mortẽ ſignificat, &c.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. *Quid* fieri debeat, & quibus instrumentis, indicat tum

- *Causa* morbi mediata: nempe bilis flaua, quæ sui ablationem indicat: quod fiet partim
  - *Victus* ratione, instituta secundum
    - *Medicamentis*, quibus causa morbi tollitur, debent ordinari secundum
      - *Qualitatem* contrariam: & vel ipsius
        - *Quantitati* cum sanguinis plenitudine: vt Phlebotomia ex basilica.
        - *Qualitati*
          - *Crudæ*. Sic conueniunt concoquentia, seu alterantia: vt
            - *Syrupus*
              - *Endiuiæ.*
              - *Violarum.*
              - *Acetosus.*
              - *Acetositatis* limonum, De papauere.
              - *Granatorum*, &c.
            - *Aquæ*
              - *Endiuiæ.*
              - *Cichorij.*
              - *Cucurbitæ*, &c.
          - *Paratæ* seu coctæ: & sunt medicamenta, euacuantia partim per
            - *Secessum*: cuius modi sunt
              - *Bolus*
                - ℞. *Cassiæ* recenter extractæ ʒ.vj.
                - *Diacatholiconis* ʒ.ij.
                - *Elect.* de succo ros. ʒ.j.S.
                - Cum saccharo fiat bolus.
              - *Pilulæ*
                - ℞. *Pilularum* de Rhabarbaro ϑ. ij.
                - *Diagridij* g. iij.
                - *Olei* Calcanthini g.v.
                - Misce & fiant pilulæ nu. 9. auro coopertæ.
            - *Vrinam*: vt sunt
              - *Radices* (*Acetosæ*, *Cichorij*, *Petroselini*) Cū iusculis coctæ.
              - *Sal* absynthii cum vino potatum.
              - *Aqua* hordei.
              - *Sem.* communia frigida, &c.
        - *Syrupi*
          - ℞. *Syrupi* de cichorio simp. ʒ.vj.
          - *Rhabarbari* in puluerē redacti, & raro nodulo inclusi ʒ.ij.
          - *Suspēdatur* nodulus & syrupo immergatur, capiat in declinatione ʒ.j. S. cum aquæ hordei in calidiore cōditione, hydromelitis, in frigidiore, ʒ.ij.
      - *Quantitatem* commodam, quæ temperanda, pro ratione virium, ætatis, anni temporis, morbi magnitudinis, &c.
      - *Tempus* aptum. Sic in
        - *Accessionibus*
          - *Solutiua* non danda.
          - *Vbi* vehementer sitiunt, sed maximè in statu, aqua hordei, iulep violatum, syrupus violatus cum aqua frigida, vel vinum album oligophorum, siquidem iam tempus est sudoris vel vrinæ promouendæ, præbenda.
        - *Declinatione*, solutiua pharmaca præbenda: vbi materia fuerit concocta atque parata.
    - *Quantitatem* congruentē, quæ augenda, minuendáve pro virium ratione ætatis, anni temporis & morbi, &c.
    - *Tempus* commodum. Sic neq. in principio paroxismi, neq. augmento, neq. in statu cibandi sunt, sed in declinatione.
  - *Qualitatem*: nimirum refrigerantem & humectantem. Quare
    - *Aer* sit *Frigidus* / *Humidus* Vel *Natura.* / *Arte.*
    - *Quies* sit tum *Animi.* / *Corporis.*
    - *Somnus* sit solito breuior.
    - *Alnus* quotidie respondeat, natura, vel suppositorio, vel clysteribus lenibus.
    - *Cibus* sit
      - *Hordeatum.*
      - *Cremor* ptisanæ.
      - *Amygdalatum.*
      - *Ius* carnium cum lactuca coctum.
      - *Spinachia.*
      - *Endinia.*
      - *Lactuca*, acetosa, portulaca.
      - *Cucumeres*, Pruna.
      - *Poma* aurantia, punica, &c.
    - *Potus* aqua
      - *Hordei.*
      - *Cucurbitæ.*
      - *Endiuiæ.*
      - *Cotoneorum*, &c.
      - *Frigida* cruda interdum, cum syrupo aliquo infrigidante.
- *Medicamenta* quibus curatur, quæ sunt
  - *Purgantia*
    - *Quantitatem* commodam, quæ temperanda, pro ratione virium, ætatis, anni temporis, morbi magnitudinis, &c.
    - *Tempus* aptum. Sic in
      - *Accessionibus*
        - *Solutiua* non danda.
        - *Vbi* vehementer sitiunt, sed maximè in statu, aqua hordei, iulep violatum, syrupus violatus cum aqua frigida, vel vinum album oligophorum, siquidem iam tempus est sudoris vel vrinæ promouendæ, præbenda.
      - *Declinatione*, solutiua pharmaca præbenda: vbi materia fuerit concocta atque parata.
  - *Qualitatem* contrariam: & vel ipsius
    - *Quantitati* cum sanguinis plenitudine: vt Phlebotomia ex basilica.
    - *Qualitati*
      - *Crudæ*. Sic conueniunt concoquentia, seu alterantia: vt
        - *Syrupus*
          - *Endiuiæ.*
          - *Violarum.*
          - *Acetosus.*
          - *Acetositatis* limonum, De papauere.
          - *Granatorum*, &c.
        - *Aquæ*
          - *Endiuiæ.*
          - *Cichorij.*
          - *Cucurbitæ*, &c.
      - *Paratæ* seu coctæ: & sunt medicamenta, euacuantia partim per
        - *Secessum*: cuius modi sunt
          - *Bolus*
            - ℞. *Cassiæ* recenter extractæ ʒ.vj.
            - *Diacatholiconis* ʒ.ij.
            - *Elect.* de succo ros. ʒ.j.S.
            - Cum saccharo fiat bolus.
          - *Pilulæ*
            - ℞. *Pilularum* de Rhabarbaro ϑ. ij.
            - *Diagridij* g. iij.
            - *Olei* Calcanthini g.v.
            - Misce & fiant pilulæ nu. 9. auro coopertæ.
        - *Vrinam*: vt sunt
          - *Radices* (*Acetosæ*, *Cichorij*, *Petroselini*) Cū iusculis coctæ.
          - *Sal* absynthii cum vino potatum.
    - *Aetius* catalepsim periculosiorem esse, quã lethargum asseruit, licet in febribus similibus lethargo cõsistat: & proinde si ille periculosior erat, hæc erit periculosissima. Proinde confestim curanda erit.

A. *Deinde* medicamentis adhibitis, secundum aptam
- *Qualitatem*: nimirum contrariam
  - *Quantitati* humoris. Nam si mistus plurimo sanguini fuerit, vires ac ætas nō prohibuerint, citra dilationē vena superna in cubito secanda erit, & pro viribus sanguis detrahendus.
  - *Qualitati*
    - *Nondum* paratæ: vt cōcoquentib. seu alterantibus: cuiusmodi est syrupus sequens: vt
      - ℞. *Syrupi* { *De* succo fumi terræ / *De* succo borrag. / *De* epithymo. } Sing. ℥.S.
      - *Aquarum* { *Lupulorum* / *Fumariæ* / *Betonicæ* } Sing. ℥.S.
      - Misceantur, & fiat syrupus per plures dies sumendus.
    - *Paratæ*: vt purgantib. vel euacuantibus
      - *Sēsibiliter*: quorū alia sumuntur per
        - *Os*: vt est decoctū tale. ℞. *Lupulorum*, fumariæ, borraginis, sing. ℥.iij. *Senæ*, polypodij, epithymi, sing. ℥.ij. Fiat decoctum secundum artem, in quo dissoluatur cassiæ ℥.j. *Diasenæ* ℥.S. syrupi violacei ℥.i. Et fiat potus.
        - *Alium*: vt clyster talis ℞. *Chamomæli*, betæ, borraginis, mercurialis, singulorum q.s. polypodij, senæ, epithymi, sing. ℥.iiij. fiat decoctū, de quo sumatur ℔.j. cui addatur diacathol. ℥ i. confect. hamech, ℥.iiij. mellis ros. ℥.ij. dei ℥.ii. salis ℥.iij. Misceātur, & fiat clyster.
      - *Insensibiliter* per cutim: vt iunctio capitis ex oleo
        - *Chamomælino.*
        - *Anethyno.* Deinde coquatur in eis serpillū, aut hyssopum, aut thymum.
        - *Totum* etiam corpus oleo anethino inungendum, præsertim hyeme.
- *Quantitatem*, quæ pro morbi vehementia, viribus, ætate, &c. minuenda vel augenda est.

# De Curatione apoplexiæ.

*Apoplexia* est totius corporis sensus & motus priuatio: cuius
- *Dignotio*, videlicet causarum
  - *Subiecti*, nempe cerebri: vt functiones animales omnes læsæ. Læduntur namq; in hoc, non modò sensibiles & motrices animæ functiones omnes, verùm & principes, quarum auctor, fons ac principiū cerebrum est. Quibus cunctis læsis, necessariò cerebrum oblæsum erit, & secundum eius ventriculos in parte vtraq;, id quod indicat tum eius generatio, tum solutio, quæ subitaria est.
  - *Formæ*, scilicet symptomatis: vt
    - *Actiones* animales omnes abolitæ.
    - *Motus* & sensus priuatio.
    - *Subitus* in terram lapsus cum clamore.
    - *Oculi* clausi instar dormientium.
    - *Respiratio* cum mugitu, aut qualis cum stertore dormientium.
  - *Efficientis*
    - *Immediatæ*: videlicet obstructionis seu constipationis: vt generatio subitaria, quæ per corpŭ intemperiem nequaquam fieri potest. Est autem hic affectus morbus in cauitate, quem immediatè apoplexia sequitur. Quoniam symptomatum causæ morbi sunt.
    - *Mediatæ* (à qua obstructio, siue cōstipatio fit) nimirum frigidi crassi, seu viscidi humoris
      - *Pituitosi*: vt
        - *Crapula.*
        - *Ebrietas.*
        - *Anni* tempus frigidum.
        - *Aetas* senilis.
        - *Temperamentum* frigidum.
        - *Victus* ratio frig. &c.
      - *Melancholici*: cuius signa ex curatione melancholiæ petenda.
- *Curatio*, quæ suis iudicationibus perficitur. Quare
  - *Quid* sit agendum. Vide in sequentibus signum A.
  - *An* nostris intentionibus satisfacere possimus, id quod ex affectus magnitudine, parteq; affecta facilè quis conijcere poterit: nempe hunc esse periculosissimum: quod etiam testatur
    - *Hippocrates*, sic inquiens. Apoplexiam soluere, est impossibile, debilem verò non facilè.
    - *Aegineta.* Apoplexia nequaquā, aut rarò curatur, vt quæ mortem in propinquo minetur. Si verò etiam remedia ipsam sustulerunt, plurimum cum partis cuiusdam corporis resolutione discedit.
    - *Aetius*, apoplexiam ex sui natura magnam esse asserit & vehementer acutā: contingereq;, vt qui periculum effugerunt, in diuturnum morbum incidāt, resolutionis videlicet aliquarum partium, aut etiam totius corporis, aut violatæ rationis.
    - *Cornelius* Celsus. Solent autem, qui per omnia mēbra resoluti sunt, celeriter rapi: ac si correpti non sunt, diutius quidem viuūt, & plerunq; miserum spiritū trahunt, memoria quoq; amissa.
    - *Galenus* tamen apoplexiam debilem, licet soluta nēque facilis sit, oportunis auxilijs adhibitis, curare posse asserit.

A. *Quid*

A. *Quid* sit agendum indicat

- *Primò* symptoma, quod prius mitigandum est. Quoniam eius, quod magis vrget, priùs ratio habenda est. Vnde statim ab initio odoramenta excitatoria adhibenda sunt ex castoreo, opopanace, aut galbano, seu sagapeno: & aperto eorũ ore, acetum mulsum instillandum erit, & pennæ oleo imbutæ immittendæ sunt, & vomitus prouocandus.
- *Secundò* symptomatis causa mediata: nẽpe frigidus, crassus, seu viscidus humor, qui sui ablationem significat, præsertim si prima non profuerint. Hoc quidẽ fiet partim
  - *Victus* ratione, instituta secundum commodam
    - *Qualitatẽ*: quare sit
      - *Aer* calidus.
      - *Cibi* leues, calidi, & detersoria vi prædi-ti, facilisq; distributionis, & plerunque cũ melle educati: vt gallinarũ, caponũ, vel pullorum ius, in quo decoctum sit
        - *Hyssopum.*
        - *Serpillum.*
        - *Saturegia.*
        - *Thymum.*
        - *Calamintha.*
        - *Maiorana.*
        - *Saluiæ* folia, quo iure panis optimus quoq; macerari poterit.
      - *Potus*
        - *Aqua* mulsa.
        - *Apomeli.*
        - *A'* vino abstineatur.
      - *Frictio* vehemens, & vincula in extremis corporis partibus adijcienda, humeris q́ue plures cucurbitulæ affigendæ.
    - *Quantitatem*: quæ omnino pauca esse debet.
  - *Medicamentis* adhibitis secũdũ debitã
    - *Quantitatem*: nimirum contrariam
      - *Quantitati*, vt venæ sectione, quæ statim facienda, prædicto tamen eorũ periculo, vt Aetius ait. Quoniam sanguinis detractio aut occidit, aut liberat, Celso authore: adeò, vt post sanguinis missionem, vt ipse refert, si non redit & motus & mens, nihil spei superest. Detractio autem sanguinis è dextra manu fiat, humerali aut media incisa vena, vbi vires, ætas, & alia non dehortantur: affectus namq; magnitudo id præcipit, tanquam princeps scopus venæ sectionis, Hippocratis & Galeni decretis. Verùm copia sanguinis, quæ detrahitur, diuidenda erit, cùm commouere tantùm oporteat, & non exoluere vires, & calorem extinguere. Quapropter in euacuatione, pulsus, faciei color, ac inspiratio inspiciantur, & si nihil mali consequatur, etiam repetenda est detractio: quoniam aliud curationis genus vix vnquam sanitatem restituit. Verùm si ægri ad venæ sectionem fuerint inepti, aut in prædictis malum quoque perseuerauit, alienum non erit medicamentum purgans eis præbere, vt sequitur.
      - *Qualitati*: vt medicamento, purgãte
        - *Pituitam*
          - *Vniuersaliter* primò: quorum alia sumuntur per
            - *Os*: vt
              - ℞. *Pilularum*
                - *Cochiarum*
                - *Arabicarum*
                - Sing. ℈.i.S.
              - *Trochiscorum* de agarico ℈.i. Misceantur, & cũ aqua maioranæ formentur pilulæ.
            - *Aluũ*: & vel
              - *Clysteres*: vt
                - ℞. *Hyssopi*, pulegij, saluiæ, rutæ, mercurialis, cẽtaurij minoris, calaminthę, furfuris, sing. M.S. polypodij ℥. S. Sem. fœniculi, anisi, sing. ʒ.ij. & fiat decoctũ, de quo sumatur ℔.j. cui addatur herę picræ comp. ʒ. S. electuarij indi. ℥.S. mellis ros. ℥.ij. salis ʒ.ij. olei ruta cei ℥.iij. Misceantur, & fiat clyster.
              - *Glandes*, quæ ex Hiera S. seu hieralogodio colocynthide, agarico, & sale gemmæ cum despumato melle formari poterunt.
          - *Particulariter* deinde
            - *Sẽsibiliter* per
              - *Nares*: vt sunt sternutamenta ex
                - *Castoreo.*
                - *Helleboro.*
                - *Pipere*, &c.
              - *Palatum*: vt sunt apophlegmatismi ex
                - *Pyrethro.*
                - *Origano.*
                - *Pipere.*
                - *Thymo.*
                - *Castoreo.*
            - *Insensibiliter*: vt inunctio capitis prius abrasi, ex
              - *Rosaceo* cũ aceto, in quo serpyllum, aut calamintha fuerint cocta.
              - *Oleo*
                - *Nardino.*
                - *Costino.*
                - *De* castoreo, &c.
          - *Melancholiam*: vt
            - ℞. Pil.
              - *De* fumo terræ
              - *De* lapide lazuli
              - *Sing.* ℈.i.S.
            - Misceantur, & cum aqua fumitertæ fiant pilulæ.
      - *Quantitatem*, quæ augeri vel minui poterit, pro morbi vehementia, viribus, ætate, partis conditione, anni tempore, &c.
- *Tertiò* intemperies frigida, post humoris ablationem remanens, quæ curanda: idq́ue perfici poterit medicamentis alterantibus, adhibitis secundum qualitatem & quantitatem commodam. Horum autem alia
  - *Intrinsecus* sumuntur: vt
    - *Theriaca.*
    - *Mithridatum.*
    - *Diambra.*
    - *Diamoschum* dulce.
    - *Conserua* betonicæ, maioranæ.
  - *Extrinsecus* capitis applicantur: vt inunctio capitis ex oleo
    - *Irino.*
    - *Costino.*
    - *Nardino.*
    - *De* castoreo, &c.

# De curatione Paralysis.

Παράλυσις seu resolutio est tum motus, tum sensus priuatio: nō quidem neruorū omnium totius corporis, vt in apoplexia: sed vbi alterū latus, aut dextrū, aut sinistrū sensum aut motum amiserit, aut in aliquo particulari mēbro id acciderit: cuius

*Curatio*, in qua considerandum

*Dignotio* videlicet causarū: vt

*Subiecti* seu loci affecti: nimirū

*Cerebri* partis
- *Dextræ*: vt faciei quoq; pars dextra cum corporis parte dextra læsa.
- *Sinistræ*: vt pars quoque faciei sinistra, cum corporis parte sinistra læsa.

*Principij* spinalis medullæ: aut altera tantùm pars corporis sensu motuq; priuata, absq; faciei eiusdem partis læsione.

*Partis* alterius. Hic ea pars inuestiganda venit, à qua neruos suscepit: id quod in anatomice exercitatus haud obscurè inueniet: quemadmodum si & ipsamet spinalis medulla non secundum eiusdem initium, sed iuxta alias inferiores eius partes ac vertebras lædatur, & suppositæ partes oblæsæ erunt. Si ingens fuerit affectio, omnes: si exigua, & secundum partem oblæsa sit, partes quæ è directo suppositæ sunt, afficiētur. Quapropter ex anatome quis doctus tum primò affectum inuenire potuerit, notitia præhabita, à qua spinalis medullæ parte, partes resolutæ neruos suscipiant. At quemadmodum dignoscendum id sit, scriptum reliquit Galenus, tū primo de causis symptomatū, tum tertio de locis affectis.

*Formæ*: videlicet symptomatis, vt actio animalis motrix & sensibilis abolita. Priuatur namq; vtraque facultas in ea, videlicet sensus & motus.

*Efficientis*

*Immediatæ*:
- *Frigidæ*, intemperiei: vt
  - *Facies* plena ac pallida.
  - *Caput* tactu minimè calidum.
  - *Externa* aliqua causa infrigidans præcessit.
  - *Læsio* à frigidis.
  - *Auxilium* à calidis.
- *Obstructionis*: vt accessio subitaria.
- *Sectionis*: signa manifesta.

*Mediatæ*:
- *Frigidi*, vlscidi ac crassi succi: vt
  - *Caput* tactu minimè calidum.
  - *Facies* pallida ac plena.
  - *Victus* ratio frigida.
  - *Anni* tempus frig.
  - *Aetas* senilis, &c.
- *Tumoris*: ex eorum signis proprijs deprehenditur.
- *Corporis* alicuius duri, extrinsecus aduenientis: vt
  - *Laquei*.
  - *Manus*.
- *Luxatæ* vel fractæ spinæ vertebræ, vel aliorum ossium fractorum.

*Quid* sit agendū, idque indicat causa symptomatis efficiēs

*Primò* mediata nēpe frigidus, crassus & viscidus humor, q̄ sui ablationē indicat, Quib. aūt instrumentis id perficiqueat, indicat eadē causa efficiens. Ea nāq; cōmodè tolli poterit, tum

*Victus* ratione ordinata secundum ac commodatam

*Qualitatem*: ipsi videlicet causæ cōtrariam: quare sit

*Aer*
- *Calidus*.
- *Siccus*.

*Somnus* mediocris, diurnus tamen fugatur.

*Exercitiū* moderatū, si eo vti poterit: quoniā maximè cōfert.

*Frictio* ex oleo rutaceo vel veteri.

*Gaudium*. Animi nāq; perturbationes omnino fugiendæ.

*Cibus*
- *Cremor* ptisanæ.
- *Oua* sorbilia.
- *Ius* gallinarū, in quo parū hyssopi, aut saluiæ, maioranæ, betonicæ, aut saturegiæ fuerit coctum.
- *Caro* assata, præsertim
  - *Pullorum*.
  - *Gallinarum*.
  - *Caponum*, &c.

*Potus* vel
- *Aqua* mulsa, cui etiam saluiæ parum, aut cinnamomum fuerit incoctum.
- *Potio*, quæ Hippocras appellatur: vt
  - ℞. *Cinnamomi* ℥.ij. zingiber. ℥.ß. gran. paradisi, galangæ, piperis lōgi, sing. ℥.i. cardamomi ℥.j.S. nucis mosch. cariophyllorum, sing. ℥.i. macis ℥.i. coquantur in aqua vsque ad consumpt. tertiæ partis: deinde colatur, & saccharo potio dulcis reddatur.

*Quantitatem*, quæ omnino sit modica tam cibi quàm potus.

*Medicamentis*. Vide in sequentibus signum A.

*Manu*: vt cauterio, si reliquis non cedat effectus.

*Secundò* immediata: videlicet intemperies frigida: quæ remouenda est. Fit aūt hoc medicamentis

*Intrinsecus* sumptis: vt
- *Mithridatum*.
- *Theriaca*, Diambra.
- *Diamoschum* dulce.
- *Conserua*
  - *Anthos*.
  - *Betonicæ*,
  - *Saluiæ*, &c.

*Extrinsecus* applicatis: vt oleo
- *Rutaceo*.
- *Euphorbij*.
- *Hyperici*.
- *Nucis* muscatæ.
- *Castoreo*, &c.

*An* hic affectus curari valeat: qua de re
- *Cornelius* Celsus inquit: Resolutio, quæ non per omnia membra, sed in partibus fit, nunquam acutus, sæpe longus, ferè sanabilis morbus est.
- *Aegineta*. Resolutio, quæ à nerui diuisione oritur, insanabilis est: nec minùs si ex spinalis medullæ transuersis incisionibus seu luxatione valida. Cæterùm si resolutum membrum minuatur, aut eius color immutetur, non absq; ratione difficulter curabitur, aut fortè non curabitur. Non enim solùm indicat facultatem animalem esse priuatam, sed etiam naturalem, ac quodammodo vitalem.

A *Causa* efficiens symptomatis tollitur medicamentis, exhibitis secundum

*Quantitatem*: quæ augeri vel minui poterit, pro morbi magnitudine, partis conditione, viribus, ætate, anni tempore, &c.

*Qualitatem* cõtrariam, & vel ipsius humoris

*Quantitati*. Nam si humor sanguini permistus est venæ statim sectio ab initio faciẽda, modò ætas, habitus, tẽpus anni, & similia non prohibuerint. Fiat autẽ & partib. saniorib. & moderatè, ne corpus refrigeretur. Interpositis autem diebus quibusdã à venæ sectione, aluus clysterib. subducenda, vt inferiùs describẽtur.

*Qualitati*

*Crudæ*: vt alterantibus, concoquentibus, incidentibus, attenuantibus: cuiusmodi est syrupus talis:

℞. *Syrupi* { *De* stœchade, *De* hyssopo } *Sing.* ℥.S.
*Mellis* rosacei
*Aquarum* { *Maioranæ*, *Betonicæ*, *Rorismarini* } *Sing.* ℥.j.
Misceantur, fiat syrupus vna vice sumendus per plures dies.

*Coctæ*: vt purgantibus, euacuantibus

*Sensibiliter*: quorum alia sumuntur per

*Os*: vt

*Pilulæ*

*Vnæ*: ℞. *Assæ* fœtidæ, castorei, ligni aloes, ana P.æq. aggregẽtur cum syrupo de stœchade, fiant pilulæ ex qualibet ʒ.vna, ex iistis dantur omni mane tres per octo dies cum hausto aquæ rorismarini, & cum tribus granis piperis, sumpta priùs suprà scripta decoctione.

*Alteræ*: ℞. *Pil.* { *Cochiarum*, *Alephang.*, *Hieræ* cõp. } Sing. ℈.i.
*Agarici* trochiscati
Misceantur, & cum syrupo de stœchade fiant pilulæ.

*Decoctum*

℞. *Saluiæ*, *Rorismarini*, Anthos, *Hyssopi*, Menthæ } *Ana* M.i.
*Rad.* fœniculi, *Apij*, *Acori*, *Flaxini* } *Ana* ℥.ii.
*Flor.* Rosarum, *Violarum*, *Nenupharis* } *Ana* ʒ.iii.
*Sem.* endiuiæ
*Polypodij* ℥.S. senæ ʒ.ii. agarici ʒ.ii.
Fiat decoctio ad ℔.ii. Colatur, in colatura dissolue syrupi de radicib. oxymellis diuretici, ana ℥.S.

*Aluum*: vt clyster talis

℞. *Maluæ*, *Altheæ*, *Mercurialis*, *Chamomeli*, *Maioranæ*, *Hyssopi*, *Betonicæ* } Sing. M.S.
*Florum* stœchadis } Sing. ʒ.ii.
*Florum* rutæ
Coquantur in aqua vsque ad sufficientiam, & fiat decoctum, de quo sumatur ℔.i. cui addantur olei communis ℥.iii. hieræ picræ vel benedictæ laxatiuæ ℥.S. salis parum, misceatur & fiat clyster.

*Insensibiliter*: sunt resoluentia extrinsecus applicata: vt

*Inũctio* partis ex oleo { *Nardino*, *Costino*, *Laurino*, *Vulpino*, *De* castoreo, &c.

*Sacculus*: vt

℞. *Maioranæ*, *Hyssopi*, Saluiæ, Rutæ, *Foliorum* lauri } Sing. ʒ.ii.
*Spicæ*, *Castorei*, *Florum* stœchados } Sing. ʒ.i.
Contundantur omnia, & ex eis sacculi parentur.

*Fomentum* ex saluia, hyssopo, rorismarino, hyperico, herba paralysi, maiorana, betonica, pulegio, omnibus in vino albo decoctis, additisq. castorei ʒ. ii. florũ stœchadis, spicæ sing. ʒ.i.S. quibus sæpius reitetatis cum spongiis, seu linteo, aliquod ex prædictis vnguentis, seu sacculi imponi debet.

*Vnguentum*

℞. *Aquæ* vitæ, succi m[illegible]ia ℥.ii.
*Aquæ* saluiæ ℥.i. olei castorei, costini, ana ℥.i. mastichini ℥.S. anthos ʒ.vi. flor. chamomillæ, maioranæ, basiliconis, fol. lauri, ros. rub. ana ʒ. iii. granorum tinctorum cinnamomi electi, ana ʒ. ii. ceræ q.s.
Fiat vnguentum molle.

# De Curatione epilepsiæ.

- *Epilepsia* est, conuulsio omnium corporis partium, non perpetua, sed quæ ex temporũ accidit interuallis, cũ mentis ac sensuum oblęsione: cuius
  - *Curatio* (cerebro per se affecto) quæ ex indicationibus, à rei natura sumptis, perficitur: quare
    - *Quid* fragendum, indicat
      - *Primò* causa symptomatis mediata, videlicet
        - *Pituita.* Vide in sequentibus signum A.
        - *Melancholia*: quæ euacuanda medicamentis, talem humorem purgantibus, concocto tamen priùs humore.
      - *Secundò*, intemperies frigida post humoris ablationem remanens: quæ medicamentis qualitate contrariis, curanda. Horum alia
        - *Intrinsecus* sumũtur: & vel
          - *Compositæ*: vt
            - *Theriaca*, Mithridatum. Diambra.
            - *Diamoscu* dulce, &c.
          - *Trochisci* tales
            - Bz. *Sanguinis* draconis
            - *Antimonij*
            - *Opopanaci*
            - *Castorei*
            - } *Ana* part. æquales.
            - Cum oxymellite scillitico fiant trochisci. pondus sing. ʒ.i.
          - *Simplicia*, quæ naturæ proprietate aduersantur: vt
            - *Radix* pœoniæ.
            - *Viscus* quercinus.
            - *Cornu* ceruinum.
            - *Ossa* humana combusta, & alia huiusmodi, &c.
        - *Extrinsecus* applicantur: vt
          - *Cataplasma* ex pane cocto, cum aqua mulsa, cum serpyllo aut ruta contrito.
          - *Oleum*
            - *Rutaceum.*
            - *Vulpinum.*
            - *De* castoreo.
            - *De* Euphorbio, &c.
      - *An* id quò tendimus, sperari possit, quod indicat morbi vehementia & diuturnitas, &c. Nã teste Hipocrate
        - *Citò* iugulat, in quo accessio est acutissima, & crebris accessionibus, & symptomatum vehementia.
        - *Plerisq.* hic morbus longus esse solet. Nam si non pubertate, vel menstruorum initio, vel puerperio solutus fuerit, sæpe vsque ad mortis diem prorogatur, nisi probè à medico fuerit curatus.
        - *Pueros* maximè occupat, eosque adhuc paruulos.
  - *Dignotio*: videlicet
    - *Subiecti* partis malè affectæ: nempe cerebri (quod ex propriis eius functionibus, læsis, cùm principibus, tum motricibus & sensibilibus cuiq; facilè est perspicuum) affecti per
      - *Se*, id quod pluribus epilepticis euenire consueuit: vt
        - *Capitis* grauitas.
        - *Visus* tenebrosus & hebes.
        - *Vertigo.*
        - *Tardus* sensus.
        - *Conuulsio* vehemens.
      - *Consensum*
        - *Ventriculi*: vt
          - *Palpitatio.*
          - *Turbatio* ventriculi.
          - *Erosio.*
          - *Sedatio* epilepsiæ, vacuato humore per vomitum.
          - *Accessio* vel irritatio, cùm tardè cibum, aut nullũ sumunt.
        - *Partis* alterius: vt distributionis mali, ex eadem parte, primariò affecta, ad superiora, hoc est, ad cerebrum fieri, manifesta perceptio.
    - *Formæ*: nempe symptomatis (si quidem actiones animales sensibiles, principes abolitæ, & motrices deprauatæ sunt)
      - *Præsentis*: vt
        - *Casus* cum vehementi totius corporis concussione.
        - *Accessio* subita & improuisa, cum multa spuma, &c.
      - *Futuri*: vt
        - *Corporis* animíque status minimè arbitrarius.
        - *Tristitia.*
        - *Obliuio* eorum, quæ perceperunt.
        - *Turbulentæ* insomniorum imagines.
        - *Capitis* dolor, eiusque repletio continua.
        - *Inordinatus* linguæ motus.
  - *Efficientis*
    - *Immediatæ*: videlicet obstructionis meatuum cerebri, quam sequitur immediatè hoc symptoma: vt accessio subitaria, & festina solutio.
    - *Mediatæ*: nimirum humoris crassi & lenti. (Nam tenuis & calidus humor non ita subitò obstructionem gignere valet)
      - *Pituitosi*: vt
        - *Facies* palida.
        - *Aetas* puerilis.
        - *Temperamentum* frig. & hum.
        - *Victus* ratio frig. & hum.
        - *Anni* tempus frig. & hum.
      - *Melancholici*: vt
        - *Cibi* crassum & fæculentum humorem gignentes.
        - *Exercitationes.*
        - *Mœsticia*, Vigiliæ.
        - *Temperamentum* frig. & siccum.
        - *Anni* tempus frig. & siccum.

A. *Pituitæ*

A. *Pituita*: quę auferenda est partim

- *Victus* ratione, instituta secundum
  - *Qualitatem* calidam & siccam. Itaque sit
    - *Aer* declinans ad
      - *Calidum.*
      - *Siccum.*
    - *Somnus* moderatus, nocturnus, & non diurnus.
    - *Exercitium* & frictio capitis, pòst reliquas corporis partes omnes.
    - *Aluus* lenis & nõ astricta: & si non spontè deiiciant, glandibus aut clysteriis (de quibus in feriùs) eorum natura proritetur.
    - *Animi* tranquilitas. Sunt namque immodicæ animi perturbationes fugiendæ, præsertim solicitudo, mœstititia, negotia omnia.
    - *Cibus*
      - *Panis* optimè fermentatus.
      - *Carnes* volatilium animalium, quibus interim gustare poterit: videlicet gallinarum, caponũ, pullorum, turdorum, merularum, &c. à reliquis verò abstineat, præsertim carne suilla, quemadmodum à cibis mollibus & sorbitionibus.
      - *Ex* oleribus
        - *Hyssopum.*
        - *Pulegium.*
        - *Gingidium.*
        - *Sampsucum.*
        - *Intybum.*
        - *Porra* cocta
        - *Cappares.*
      - *A'* piscibus omnibus, & fructibus, abstinendi sunt ægrotantes, exceptis pistaciis & vuis passis, quæ super cibum sumere possunt.
    - *Potus*
      - *Aqua* mulsa, vel aqua, in qua cinnamomum, & coriandrorum præparatorum semina fuerint decocta.
      - *A'* vino abstineant, præsertim vetusto & meraco, cùm caput repleat.
  - *Quantitatem* congruentem, quæ pro ætate, temperamento, anni tempore, morbi vehementia, &c conueniens esse debet.
- *Medicamẽtis*, secundum cõuenientem qualitatem adhibitis. Verum hæc secundum ætatem varianda sunt. Nam in
  - *Infantibus*, nihil moliendum, neque agendum est, quantum ad curationem attinet. Nam ætate ad calidiorẽ sicciorémq. statũ vergente, & victu moderatiori, sua sponte plerunq. morb. finitur, teste Hippocrate. Proinde solius victus infantium, & nutricis ratio habenda erit, ac lac illius emendandum, vtq; calidius & subtilius efficiatur, conandum: quod fiet, si eadem victus ratione vtatur nutrix, quã suprà descripsimus: hoc tamen seruato, quod non valdè extenuantibus vtendũ sit, ne plus vasa vteri aperientibus, plurimũq. sanguinem menstruũ proritantibus lac imminuatur. Quare fœniculo, anetho, aniso, ac aliis viridibus, non vtantur, vt quæ magis sunt acria. Tamen capita eorum assiduè oleo anethino & irino inungi poterunt, neque nunquã vel calida, vel frigida lauãdi, multò minùs totum corpus. Mel quoq. despumatum iis dari poterit, ac radix pœoniæ viridis collo suspendi, &c.
  - *Adultis*
    - *In* ipsa accessione
      - *Statim* eorum partes dirigendæ, inungendæ ac deligandæ veniunt, atq. ita conueniendæ, vt in rectum dirigantur.
      - *Deinde* distento ore, vomitus proritandus, quo humores ex stomacho extrahantur, pituitaq. auferatur: digitis, aut pennis, oleo illitis, irino præsertim dimissis.
      - *Odoramentis* etiam sensum excitare conuenit, vt
        - *Peucedano.*
        - *Ruta.*
        - *Bitumine.*
      - *Perseuerante* autem accessione, glans immittenda erit, ex agarico, sale gemmæ, hiera & despumato melle confecta. Extremæ partes fortiter vinciendæ ac confricandæ, confidentérq. castoreũ succúmve cyrenaicũ cũ aceto mulso ori infundere licebit.
    - *Post* accessionẽ conueniunt medicamenta, cõtraria humoris
      - *Quantitati.* Nam si sanguis vnà abundet, & nihil impediat, venæ sectio facienda, præsertim crurum iuxta talum, ex vtroque crure, & palulum sanguinis emittendum.
      - *Qualitati*
        - *Crudæ*: vt alterantia concoquentia: cuiusmodi est
          - *Syrupus*
            - ℞. *Syrupi*
              - *Hyssopi*
              - *Stæchadis*
            - *Oxymellis* scyllitici
            - Sing. ℥. S.
            - *Aquarum*
              - *Maioranæ*
              - *Rorismarini*
              - *Betonicæ*
              - Sing. ℥. i.
            - Misceatur, & fiat syrupus.
          - *Decoctum* ex hyssopo, radice pœoniæ, betonica, thymo, pulegio, &c.
        - *Coctæ*: vt purgãtia, euacuantia
          - *Vniuersaliter* per
            - *Os*: vt
              - ℞. *Pil.*
                - *Aurearum*
                - *Cochiarum*
                - *Sine* quibus
                - *Agarici* trochiscati
                - Sing. ℈. i.
              - Misceantur, & cum aqua maioranæ fiant pilulę.
            - *Aluum*: vt clyster talis
              - ℞. *Decocti* centaurij, calaminthæ, aristolochiæ, mercuria- [illegible] chamomæli, furfuris, ℔. i, [illegible] com. ℥. iii. hieræ picræ [illegible] nellis ros. ℥. ii. Agarici [illegible] talis parum & fiat clyster.
          - *Particulariter*
            - *Sensibiliter* per
              - [illegible] quernutamenta ex helleboro, ca[illegible], pipere, &c.
              - *Palatum*: vt apophlegmatismi ex hyssopo, castoreo, &c.
            - *Insensibiliter*: vt inunctio capitis rasi ex oleo
              - *Rutæ*
              - *Irino*
              - *In* quo serpyllũ coctũ sit.
              - *Euphorbij.*
              - *De* castoreo, &c.



De Cura-

# De Curatione incubi.




De Cura-

# De Curatione phrenitidis.

*Phrenitis* est cerebri, aut membranarum eius inflammatio. Huius

- *Dignotio*, causarum scilicet: vt
  - *Subiecti* partis malè affectę: nimirum cerebri aut eius membranæ tenuis (id qđ ipsa actio læsa indicat) affectæ
    - *Primario*: vt signa perpetua seu assidua & propria. Huius tres sunt species: quarum
      - *Prima*, cum anterior pars cerebri afficitur: vt *Imaginatio* læsa.
      - *Secunda*, cum media cerebri pars patitur: vt *Ratio* læsa.
      - *Tertia*, cũ anterior & media pars cerebri affecta est: vt *Imaginatio* & ratio læsa.
    - *Per* consensum septi transuersi, vel aliarum partium cum febre acuta: vt *Signa* nũ admodum valida, non perpetua seu assidua, sed auctam febrim sequuntur, remissã verò ea quiescunt.
  - *Formæ*: morbi videlicet, seu intemperei calidæ: vt
    - *Febris* continua.
    - *Delirium*.
    - *Somnus* manifestis imaginibus turbatus, ita vt & clament nonnulli, exiliant.
    - *Oculi* squalidi, sicci, rubicundi.
    - *Venæ* oculorum sanguine plenæ.
    - *Lacryma* acris ex altero tantùm oculo.
    - *Lingua* salebrosa.
    - *Sanguinis* ex naribus fluxus.
    - *Floccos* & festucas colligunt.
    - *Spiratio* rara ex magna.
    - *Pulsus* paruus, frequens, celer & magnus.
  - *Efficientis* (exquisitæ scilicet phrenitidis) nempe bilis
    - *Pallidæ*: vt *Phrenitis*, *Delirium*, *Febris* — *Mitior*.
    - *Flauæ*:
      - *Adustæ* — *Febris* maxima; *Dementia* ferina, & melancholica.
      - *Non* adustæ — *Febris*, *Delirium* — *Maior* quã in phrenitide, ex bile pallida.
- *Curatio* (exquisitæ videlicet phrenitidis) quæ suis indicationibus absoluitur. Itaq.
  - *Quid* sit agendum, indicat
    - *Primò* morbi causa: nempe bilis, q̃ sui ablationem indicat. Fit autẽ hoc partí
      - *Victus* ratione, ordinata secundum commodam *Qualitatem*: videlicet causæ contrariam. Quare sit
        - *Aer*: *Temperatus* in *Caliditate*, *Frigiditate*. *Mediocriter* luminosus, & locus variis picturis liber.
        - *Quies*, quoad eius fieri põt. Si diuites fuerint à famulis: sin pauperes, vinculis contineantur. Nam motus inordinatus vires prosternit.
        - *Somnus* prouocatus, tum per ea quę intus sumuntur, tum per ea quę extrà adhibentur.
        - *Aluus* non astrictus, sed interim clysteribus ductus, de quibus inferiùs. Nam ventris astrictio morbum & causam adauget.
        - *Animi* tranquilitas. Animi enim perturbationes fugiendæ: quoniam phreniticis supra modum officiunt. Quare adsint amici gratissimi, qui nonnunquam blandè ac leniter alloquantur, nonnunquam acerbiùs increpent.
        - *Frictio* lenis, pro reuulsione, eo potissimum tempore, quo & delirium & febris non valdè auctæ fuerint, sed potiùs remiserint, & præsertim inferiores fricentur partes.
        - *Cibus*:
          - *Ptisanæ* cremor, aut alica hordei, aut panis medulla cum aqua mulsa, aut melle rosaceo sæpius lota.
          - *Ex* oleribus: *Lactuca*, *Intybum*, *Malua*, aliaq. quæ refrigerare atque humectare {possunt.
          - *Pisces*: *Saxatiles*, *Squamosi* — *Quibus* in morbi declinatione vtendum.
          - *Ex* fructibus: *Mala* punica, *Mala* acida, *Cerasa*, &c.
        - *Potus*: aqua hordei, vel decoctionis cinnamomi, cum syrupo violaceo, rosaceo, aut nympheæ.
      - *Quantitatem*, quæ moderata esse debet. Nam neque implendus æger est, ne insaniat: neque ieiunio vtiq. vexandus, ne imbecillitate in cardiacum incidat.
    - *Medicamentis*. Vide in sequentibus signum A.
  - *Secundò*, morbus videlicet intemperies calida, quæ curãda: id quod partim fiet victus ratione suprà dicta seruata, partim medicamentis, quorum alia
    - *Intrinsecus* sumuntur: vt
      - *Conserua*: *Rosarum*, *Violarum*, *Florum* nenupharis.
      - *Loch* de papauere, &c.
    - *Extrinsecus* applicãtur: vt inũctiones, fomenta, embrocha prędictæ.

*An* id, quò tendimus sperandum sit, necne, quod ex parte malè affecta, morbi vehementia, viribus facilè cuique perspicuum erit: nimirum hunc morbum esse periculosissimum: quod etiam constabit authoritate

- *Galeni*, qui primo prognosticorum, vniuersam phrenitidis genus exitiale esse testatur.
- *Hipp.* lib. 6. Aphorismorum, vbi sic inquit: Desipientię quæ fiũt cũ risu, minùs periculosæ: quæ verò cũ studio, periculosiores sunt.
- *Celsi*, qui sic inquit: Interdum in accessione ægros desipere, & loqui aliena, quod non quidem leue est, nec incidere potest, nisi in febre vehementi: non tamen æquè pestiferũ est, vt Phrenitis.
- *Pauli*. Quæ ex perusta bile gignitur, Phrenitis est grauissima.

A. *Quid* sit agendum indicat primo morbi causa, nempe, &c. Fit autem hoc medicamentis adhibitis secundum

- *Quantitatem* bilis. Nam si vnà cum sanguine abundet, ab initio statim venæ sectio facienda, modò vires validæ fuerint, nihilq. prohibuerit. Vena autem incidenda cubiti media erit, si sanguis admodum redundet. Si verò nō adeò fuerit sanguinis redundantia cum bile, externa cubiti vena incidenda erit. Quòd si phreniticus manum non porrigat, quod sæpè accidit, ex recta in frōte vena sanguinis missio molienda erit. Facies autem id rectè, si collum artificiosè fascia lanea seu linea constringas, vt vena attollatur. Quantitas verò pro viribus extrahenda erit: & si videbitur, iteranda erit.
- *Qualitatem* cōtrariam & vel
  - *Qualitatū*
    - *Crudæ*: vt alterantibus: quorum alia
      - *Intrinsecus* sumuntur: vt syrupus
        - *Violaceus.*
        - *Rosaceus.*
        - *Ex* nymphea.
        - *Endiuiæ.*
        - *De* papauere.
      - *Extrinsecus* applicantur: vt
        - *Inunctio* capitis ex oxyrhodino, æstate quidem tepido, hyeme verò moderatè calido.
        - *Embrocha* ex
          - *Rosis*, violis.
          - *Hyoscyamo.*
          - *Lactuca.*
          - *Corticibus* papaueris, oleo rosaceo addito
    - *Coctæ*: vt purgātibus euacuantibus
      - *Sensibiliter*, per
        - *Os*: vt est
          - *Mamma.*
          - *Cassia.*
          - *Saccharum* violaceum, seu syrupus ex pluribus infusionibus violarum, vel rosarum.
        - *Aluum*: vt est
          - *Clyster* ex decocto maluarum, violarum, hordei, capitum papaueris, ac foliorum betæ, & pauco sale, additis ʒ.iii. olei violacei, cassiæ ʒ.i. & fiat clyster.
      - *Insensibiliter*, per resolutionem: vt est
        - *Irrigatio* ex rosaceo, in quo decoctū fuerit, thymum, serpyllum, melilotum, althea, anethum, flores chamæmeli, &c.
- *Quantitatem*: quæ augenda minuendáve pro morbi magnitudine, viribus, ætate, temperatura totius & partis malè affectæ.

# De Curatione melancholiæ.

*Melancholia*, delirium quoddam est sine febre, ex melancholico humano maximè nascens, qui mentis sedem occupat ius

- *Dignotio*: causarum scilicet: vt
  - *Subiecti*, partis malæ affectæ: nimirum cerebri (quod ex lesione aliqua principis functionis patere poterit, cùm ea delirij species quædam sit: & propterea necessarium est, in eo aliquam lædi functionem principem: quę nō, nisi in cerebro perficitur) affecti per
    - *Essentiam*: vt
      - *Signa* melancholiæ propria (videlicet motus & mœstitia (& assidua, &c.
      - *Nulla* signa circa ventriculum apparentia.
      - *Nullum* signum redundantis sanguinis melancholici in toto corpore.
    - *Consensum*
      - *Corporis* totius
        - *Signa* succi melācholici, in toto corpore redundantis dicta in quarta Theoricæ parte.
      - *Partis*: vt ventriculi: & vocatur melancholia hypochondriaca:
        - *Dolor* ventriculi vehemens.
        - *Aestus* ī præcordiis.
        - *Flatus.*
        - *Acidi* ructus.
        - *Cruditates.*
        - *Præcordia* sursum cō uulsa.
        - *Metus*, mœstitia.
  - *Formæ*: videlicet symptomatis: (quod indicat deprauata aliqua actio princeps) vt
    - *Metus*
    - *Mœstitia* — *Absq.* causa manifesta.
    - *Odium* hominū, & vitæ tædium.
  - *Efficientis*
    - *Immediatæ*: nempe intēperei (quoniam neq. subitò fit, neq. affatim solvitur) frigidæ & siccę, quam indicat humor melancholicus, qui talis est naturæ.
    - *Mediatæ*: vtpote humoris melancholici, seu melancholici sanguinis, à quo cerebrum redditur simile tenebris: vt
      - *Vigiliæ*: vel somnus leuis, & plenus somniis turbulentis.
      - *Temperatura* melanchol.
      - *Aetas* declinans.
      - *Victus* ratio melancholica.
      - *Tempus* anni frig. & siccum, &c.
- *Curatio.* Vide in sequentibus signum A.

A. *Curatio* melancholiæ suis indicationib. perficitur: quare

*Quid* sit agẽdũ indicat symptomatis causa

*Primò* mediata: quæ sui ablationem indicat. Fiet autem hoc partim

*Victus* ratione probè instituta, secundum

*Qualitatem*: nimirum cõtrariã. Quare cuiuslibet melancholiæ speciei, sit

*Aer* { *Calidus* & humidus. *Non* tenebrosus, sed lucidus. *Non* graviter olens, sed suaveolens.

*Somnus* paulò longior consueto.

*Exercitium* mediocre per loca viridia & amœna, conuenienti tẽpore, excretis priùs alui excrementis, natura vel arte.

*Balneum* aquæ dulcis, quo se vno præsidio, cũ victu humido, Galenus morbum hũc (vbi non diuturnus factus fuerit) curasse dixit.

*Animus* hilaris. Affectus enim animi, qui metum aut mœstitiã afferre possunt, cauendi, sed quæ his sunt contraria conferunt: vt gaudium, hilaritas, bona spes, animi constantia, & securitas.

*Cibus* boni succi, mediocriter humidus, concoctu facilis, & flatus expers. Nam cibus melancholicum humorem gignens vitandus: quare confert.

*Panis* clibano coctus, probè præparatus.

*Carnes* non viroſæ nec pingues, sed { *Pullorum.* *Gallinarum.* *Caponum.* *Perdicum.* *Turturum.* *Merularum.* *Hædinæ*, &c.

*Ova* gallinarum mollia.

*Pisces* { *Petrosi.* *Carne* molles.

*Ex oleribus* { *Borrago.* *Bugloſſa.* *Lactuca.* *Endiuia.* *Malua.* *Spinachia*, &c.

*Ptisana* cum aliquo prædictarum carnium iure.

*Ex fructibus* { *Vua.* *Vua passa.* *Mala* dulcia.

*Potus*, vinum { *Album.* *Tenue.* *Dilutum.* *Non* valde vetus.

*Quantitatem* quæ pro affectus vehemẽtia, virium robore, temperamento, &c. augenda minuendáve erit.

*Medicamentis.* Vide in sequentibus signum B.

*Secundò* immediata: nempe intemperies frigida & sicca, quæ remouẽda est. Huiusmodi autem remouebitur, partim seruata victus ratione suprà dicta, partim medicamentis contrariis: quorum alia

*Intrinsecus* sumũtur: vt

*Electuarium* de gemmis.
*Diambra.*
*Dianthos.*
*Electuarium* lætitiæ Gal.
*Confectio* citri.
*Confectio* muſci.

*Electuarium* tale

℞. *Conſerue* { *Borraginis* *Bugloſſæ* *Violarum* *Roſarum* *Fumi* terræ } *Sing.* ʒ. j.

*Syrupi* { *De* pomis / *De* corticibus mãli citri } *Sing.* ʒ. ii.

*Specierum* { *Dianthos* ʒ. iv. / *Diambræ* ʒ. ii. }

*Folium* auri, num. v.

Misceantur, & fiat electuarium.

*Extrinsecus* applicantur: vt

*Embrochæ* ex { *Malua*, Althea. *Violis* Chamomilla. *Nymphæa*, Nymphea. *Lactuca.* }

*Oleum* { *Amygdalarum* dulcium. *Violaceum.* *Chamomelinum.* *Anethinum*, &c. }

*An* id quò tendimus sperari possit, quod indicat morbi causa, pars affecta, morbi duratio. Nã cùm pars affecta sit nobilis, morbi causa eradicatu difficilis, morbúsq. diu durauerit, erit hic affectus periculosus valdè. Quoniam vel apoplexiã, vel morbum comitialem, vel furorem, vel cæcitatem significat: quod testatur.

*Hipocrates* 6. de Morbis vulgaribus, sic inquiens: interim verò in morbum comitialem permutatur.

*Idem* sexto Aphorismorum: Melancholia vel apoplexiã vel epilepsiam, vel furorem significat.

*Trallianus*: Melancholia inueterata, & veluti in naturam conuersa, incurabilis propemodum euadit.

B. *Medicamentis* adhibitis (in ea scilicet melancholię specie, quæ per cõsensum totius corporis genita est) secundum

*Quantitatẽ*: vt phlebotomia, à qua statim ordiendum erit (viribus ægri & aliis consentientibus) & media vena præcipuè incidenda erit, tantúmq. sanguinis extrahendum, quantũ pro laborantis corporis habitu satis esse videbitur. Si autem vires multam prima vice euacuationem non tolerant, necesse est, tũc non modò semel, sed etiam bis, & sæpius, quantum licet, paulatim auferre. Et si à brachio euacuatio fieri nequeat, tentandũ est à poplite, idq. potissimùm in mulieribus, quib. menstruæ purgationes: aut in viris, quibus hæmorrhoides detentæ fuerint. Nam pro curationè prædicti affectus, sanguinis euacuatio est necessaria. Quare cùm cubiti vena non fuerit manifesta, non minùs iuuabitur æger, si ex prædicta vena, vel quacunq; alia parte sanguis detractus fuerit.

*Qualitatem cõtrariam & vel humoris*

*Qualitati*

*Nondum paratæ*: vt medicamentis alterãtibus, concoquentibus: cuiusmodi est

*Syrupus*

*Clementior*: vt

℞. *Syrupi* { *De* pomis, *Violarum*, *Fumi* terrę } *Sing.* ℥. S.

*Aquarum* { *Bugloſſæ*, *Meliſſæ*, *Lupulorum* } *Sing.* ℥. j.

Miſceantur, & fiat ſyrupus, per plures dies exhibendus.

*Valentior*: vt

℞. *Syrupi* { *Epithymi*, De ſucco fumariæ } *Sing.* ℥. j.

*Aquarum* { *Bugloſſæ*, *Fumariæ* } *Sing.* ℥ ij.

Miſceantur, & fiat ſyrupus vna vice per plures dies aſſumendus.

*Decoctũ*: vt

℞. *Scolopendriæ* M. j.
*Fumi* terræ M. S.
*Florum* { *Borraginis*, *Bugloſſæ*, *Violarum* } *Sing.* M. j.
*Paſſularum* ℥. j.
*Cort.* rad. cappa-rorum, *Tamaricis* } *Sing.* ℥. ij.
*Rad.* { *Fœniculi*, *Petroſelini*, *Glycyrrhizæ* } *Sing.* ℥. j.
*Thymi*, *Epithymi* } *Sing.* ℥. S.
Coquantur omnia vſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, atque dulcis reddatur potio, cui addantur ſyrupi de fumo terræ, epithymi, ſing. ℥. ij. & fiat potio.

*Qualitati*

*Paratæ*: vt purgãtibus, quorum alia ſumuntur per

*Os*

*Debiliora*: vt

℞ *Borraginis*, *Fumariæ*, *Lupulorum*, *Violarum* } *Sing.* ℥. ij
*Hordei* mundi ℥. iij.
*Senæ*, *Epithymi* } *Sing.* ℥. ij. S.
*Myrobalanorum* indorum ℥. j. S.
*Vuarum* paſſarum ℥. S.
*Prunorum*, num. ij.
Coquantur, & fiat colatura, cui addatur caſſiæ nouiter tractæ ℥. j. & fiat potio.

*Fortiora*: præſertim ſi debiliori nõ cedat affectus: priùs tamen præparato humore: vt

℞. *Caſſiæ* recent. tractæ ℥. v.
*Confectionis* hamech ℥. iij.
*Diaſenæ* ℥. S.
Miſceantur, & cum decoctione florum & fructuum, in aqua borraginis & fumi terræ facta, fiat potio: cui deniq. addatur ſyrupi de fumo terræ, epithymi, ſing. ℥. S.

*Aluum*: vt eſt clyſter huiuſmodi:

℞. *Maluæ*, mercurialis, fumi terræ, borraginis, thymi, epithymi, ſing. M. S.
*Senæ*, *Polypodij* } *Sing.* ℥. vj.
*Sem.* { *Aniſi*, *Fœniculi* } *Sing.* ℥. ij.

Coquantur vſque ad tertiæ partis conſumptionem, & fiat colatura, de qua accipiatur ℔. j. cui addatur caſſiæ ℥. j. diaſenæ ℥. S. olei violacei, chamomillę, ſing. ℥. j. S. ſalis ℥. j. Miſce, & fiat clyſter.

*Quantitatem*: quæ pro diuerſa ratione, magnitudinis morbi, naturæ corporis, virium, partis affectæ, varianda.

De Cura-

# De Curatione melancholiæ hypochondriacæ.

*Victus* ratione suprà dicta.

*Curatio* melancholiæ hypochõdriacæ: quæ perficitur partim *Medicamentis*, adhibitis secũdum cõgruentẽ

- *Qualitatem*: videlicet contrariam, & veleiusdem humoris
- *Quantitati*. Nam si vnà cum multo sanguine redundet, vena secanda erit, præseruationis gratia: aut si melancholicus sanguis, qui in ventriculo, seu vasis eius continetur, ex aliquo viscerum, lieni vi delicet, aut iecore, ad ipsum fuerit deriuatus, tunc namq. reuulsionis gratia, seruans rectitudinẽ, præseruationis item interna vena vnius vel alterius brachij secanda erit.

*Qualitati*

- *Crudæ*: vt concoquentibus: vt
  - ℞. *Syrupi* { *De* succo borraginis; *De* absynthio } *Sing.* ℥. S.
  - *Aquarum* { *Melissæ*; *Lupulorum* } *Sing.* ℥. j.
  - Misceantur, & fiat syrupus, vna vice sumendus per plures dies.
- *Coctæ*: vt purgantibus, euacuantibus
  - *Sensibiliter* primò, per
    - *Os*: vt sunt vomitoria (quib. vitiũ inueterauit) quib. tamen non validis vtendum. Verùm prouocetur vomitus cum aqua tepida, cui oxymel sit admistum. Quòd si tamen neq; hoc modo possunt euomere ægri, digitos aut pennas demittendo irritare oportet.
    - *Aluum*: & vel in forma
      - *Pilularum*: vt ℞. *Spec.* hieræ simp. Gal. ℥. j. puueris senæ, epithymi, sing. ℥. S. Misceantur, & cum syrupo de fumo terræ fiant pilulæ.
      - *Boli*: vt ℞. *Cassiæ* ℥. j. diacatholiconis ℥. S. Misceantur, & cum saccharo fiat bolus.
  - *Insensibiliter* deinde, id est per transpirationẽ, quæ ventriculo applicanda: vt
    - *Vnguentum* ex oleo, in quo cocta fuerint ruta, anethũ, absynthium, pulegium, serpillum, baccæ lauri, &c.
    - *Fomentum* ex cumino, pulegio, anisо, in aceto coctis.
    - *Sacculus* ex baccis lauri, ruta, absynthio, serpyllo, pulegio, chamomilla, anetho, &c.
    - *Cataplasma* ex anisо, apio, absynthio, artemisia, in oleo coctis, addito puluere cyperi, & rorismarini, &c.

*Quantitatem*, quæ augenda minuendáve pro morbi vehementia, viribus, ætate, anni tempore, &c.

CVRATIO *melancholiæ (cerebro primariò affecto) similis prædictæ est, nisi quòd, vbi solum cerebrum sanguinem melancholicũ continet, æger sanguinis detractione non indigeat, nisi fortè multum sanguinis sit, tunc præseruationis gratia vena incidenda est.*

# De Curatione insaniæ seu maniæ.

*Insania* seu mania, est intẽtio melancholiæ ad maiorẽ feritatẽ, cuius

- *Dignotio*, videlicet causarum: vt
  - *Subiecti*, seu partis affectæ: nempe cerebri (quoniam eius principales animæ vires oblæsæ sunt) affecti
    - *Primariò*. vt signa propria, perpetua seu assidua.
    - *Per* consensum alterius partis: vt signa non propria, nec perpetua seu assidua.
  - *Formæ*, nimirum symptomatis: vt
    - *Imaginatio* deprauata.
    - *Febris* nulla.
    - *Nunc* { *Iracundia*; *Hilaritas*, Mœstitia; *Timor* inanium rerum. }
    - *Vigiliæ*, Venarum extensio.
    - *Genarum* rubor.
    - *Corporis* durities.
  - *Efficientis*: vtpote intemperiei calidæ,
    - *Solæ*: si causa aliqua externa præcessit.
    - *Cum materia*
      - *Sanguinis* feruentis: vt
        - *Si* est cum risu immodico.
        - *Facies* hilaris, Cantus.
        - *Sonitus* aliquando circa aures, vt putent se tibicinas audire.
      - *Humoris* melancholici, supra modum assati: vt
        - *Deliramenta* cum metu & mœstitia.
        - *Diutius* interdum taciturni fiunt, ac loqui auersantur.
        - *Interim* cùm loqui incipiunt, & si diu locuti fuerint, silere tamen nequeunt.
        - *Temperamentum* frig. & siccum.
        - *Aetas* iuuenilis.
        - *Habitus* corporis macilentus, niger, hirsutus.
        - *Autumnus*, &c.
      - *Flauæ* bilis præassatæ: vt si
        - *Ferina* dementia est.
        - *Ferarum* modò redduntur effrenes, vt etiam eos qui imprudentiùs ipsis occurrũnt, manu violenter tractent.
        - *Iracundi*, Temerarij, *Percussores*, *iniurioſi* } *Sunt.*
- *Curatio*, in qua considerandum
  - *Quid* sit agendum. Vide in sequentibus signum A.
  - *An* id quò tendimus sperari possit. Galenus 6. Aphorismorum in comment. inquit
    - *Nulla* desipientia secura est, licet minùs periculosę sint, quæ cum risu fiũt, quoniam ex sola fiunt caliditate, sine humore vitioso: periculosissimæ verò omnium temerariæ. In medio autem ambarum sunt, quæ cum studio fiunt, ex flaua bile ortum ducentes, quæ cùm multum exusta fuerit, vt iam magis ad atræ bilis naturam accedat, omnium sunt periculosissimæ.

A. *Quid* sit agẽdũ, insinuat morbus

- *Materialis* primò, qui sui indicat ablationem partim
  - *Victus* ratione, (cunctis speciebus cõmuni) ordinata secundum aptam
    - *Qualitatẽ*. Itaq; sit
      - *Aer* { *Humidus.* / *Temperatus*, vel ad frigidum vergens.
      - *Somnus* consueto diuturnior. Quare omni ratione procurandus, siue exteriùs, siue interiùs adhibitis iis, quæ ipsum prouocent.
      - *Exercitium* vehemens, & frictio multa.
      - *Aluus* humida: quod si non sponte, clysteribus ducatur lenibus, dictis in tabula præcedenti.
      - *Cibus* liquidus, sorbilis, ventri cõmodus, & qui parum sanguinis generet: vt
        - *Ptisana.*
        - *Carnes* præsertim si vires valent, { *Gallinarum* / *Pullorum* / *Caponum* / *Perdicum* / *Veruecinæ* } *Contusæ.*
        - *Ex* oleribus { *Borrago.* / *Bugloſſa.* / *Endinia.* / *Mala.* / *Lactuca.* / *Spinachia.* }
        - *Ex* fructibus: Cucurbitæ, &c.
      - *Potus*. Aqua hordei, aut decoctum, cum quo permisceatur succus malorũpunicorum dulcium aut parum acidorum. A vino verò penitus abstineant, nisi ex metu insania orta fuerit.
    - *Quantitatem*: quæ sit pauca & non multa, præsertim circa initia. Præcedente verò tempore, postulantibus viribus, prædictis carnibus vti poterunt.
  - *Medicamentis* adhibitis secũdum
    - *Qualitatem* cõtrariam, & vel humoris
      - *Quantitati*. Nam si ex feruenti sanguine insania excitetur, ante omnem aliã curationem sanguinis missio adhibenda est, & media cubiti vena secanda vel externa. Deinde caput rosaceo irrigandum, cum pauco aceto, aut polygoni succo.
      - *Qualitati*: videlicet
        - *Bilis* flauæ præ assatæ
          - *Non* paratæ: vt sunt medicamenta alterantia præparantia: cuiusmodi est syrupus talis:
            - ℞. *Syrupi* { *Violarum* / *Endiuiæ* / *E succo* fumariæ } *Sing.* ℥.S.
            - *Aquarum* { *Borraginis* / *Bugloſſæ* / *Endiuiæ* } *Sing.* ℥.j.
            - Misceantur, fiatque syrupus, vna vice sumendus per plures dies.
          - *Parata*: vt sũt purgãtia, euacuantia
            - *Sensibiliter*: vt
              - ℞. *Florum* { *Violarum* / *Borraginis* / *Bugloſſæ* } *Sing.* M.j.
              - *Fumariæ*
              - *Lupulorum*
              - *Polypodij.* ʒ.ij.
              - *Foliorum.* ʒ.vj.
              - *Vuarum* passarum, *Tamarindorum* { *Sing.* ℥.S.
              - Misceantur, & fiat decoctum, de quo sumantur ℥.iv. in quibus dissoluantur cassiæ ʒ.vj. diasenæ ʒ.iij.S. Misceantur, & fiat potio.
            - *Insensibiliter*: videlicet per insensibilem trãspirationem, inclinante morbo: vt est balneũ aquę dulcis, irrogationes, aliáq. medicamẽta topica prædicta in curatione melãcholiæ, addendo tamen quæ magis infrigidãt ac humectant.
        - *Humoris* melancholici adusti: qui non alio modo educendus erit, quàm in melancholia dictum.
      - *Quantitatem* debitam: quæ varianda est, secundum morbi vehementiam, vires, temperaturam totius & capitis, ætatem, anni tempus, &c.
  - *Immaterialis*: nempe intemperies calida, quæ sola alteratione curanda est: id quod fieri poterit partim seruata suprà dicta victus ratione, partim medicamentis, secundum debitam qualitatem & quantitatem adhibitis
    - *Intrinsecus*, vt est
      - *Conserua* { *Borraginis*, Bugloſſæ. / *Violarum*, Rosarum. / *Florum* nenupharis.
      - *Loch* de papauere.
      - *Diarrhodon* Abb. sine spec. calidis.
      - *Manus* Christi cum perlis, &c.
    - *Extrinsecus*: cuiusmodi est oleum { *Violarum.* / *Rosarum.* / *Nenupharis.* / *Amygdalarum* dulciũ, &c.

De Cura-

# De Curatione doloris capitis.




A.
Quid sit agendũ indicat intemperies
Calida
Sine materia: quę curanda est partim
Victus ratione, dispositа secundũ
Qualitatem frigidam. Quare sit
Aer
Frigidus.
Non calidus, & perflatum habens.
Somnus consueto longior: vigiliæ namque penitùs vitandæ.
Quies.
Alvus quotidie subducta natura, vel clysteribus lenibus. Ex eorum namque retentione capitis dolor augetur.
Animus tranquillus: non perturbatus ira ac furore.
Cib. boni succi & refrigerans: vt
Ptisana hordei.
Panis ex aqua.
Caro
Pullorum.
Gallinarum.
Columbarum cum emphacio condita, &c.
Pisces
Petrosi.
Molles carne.
Ex oleribus
Lactuca.
Endiuea.
Portulaca.
Spinachia.
Borrago.
Ex fructibus
Mala punica.
Vua passa.
Pyra.
Mala apia.
Potus: aqua hordei, vel aqua, in qua parum cinnamomi decoctum fuerit: vel vinum aquosum, dilutum, præsertim si propter aquæ potum ventriculus subuertatur.
Quantitatem debitam: quæ augenda, minuendáve pro morbi magnitudine, viribus, temperatura, tempore anni, &c.
Medicamentis. Vide in sequentibus signum B.
Victus ratione prædicta.
Cum materia
Sanguinea: q̃ sui ablationem indicat, partim
Qualitatem. Nã si sanguis
Adhuc fluat: repellentibus vtendum erit: vt
Vena sectione, videlicet externæ.
Clysteribus acribus.
Frictionibus in partibus inferioribus.
Medicamentis repellentibus, forinsecus capiti appositis: vt oleo rosaceo, seu oxyrhodino.
Non fluat amplius, medicamenta cõtraria esse debent, & vel
Quantitati sanguinis
Maiori
Primò media vena secanda, & nisi quid prohibeat, notatu digna copia sanguinis extrahenda.
Deinde exteraa cubiti vena incidenda.
Minori: Externa tantùm in cubito vena incidenda est.
Qualitatis
*Primò* per aluum: vt

℞. *Agarici* electi ℥.j.

*Salis* gemmæ } sing. ℈.ß.

*Gingiberis*

*Diacatholiconis* ℥.v.

*Electi* indi. ℥.ij. misce & cũ decoctione florũ & fructuũ in aquis capil. ven. & fœniculi fiat potus, cui addatur mellis ros. colati ℥.j.

*Secundò* per os, cũ tussi: vt

℞. *Loch* { *De* pino, *Sani* & experti, *De* scylla } sing. ℥.ij.ß.

*Diairis* solomonis ℥.j.

*Trochiscorum* pectoralium ℥.j.ß.

*Diapenidij* cum spec. ℥.j.

*Enulæ* } sing. ℥.ij.ß.

*Iridis*

*Succi* glycyrrhizę ℥.j.ß.

Cum syrupo de prassio, fiat ecligma.

*Quantitatem* conuenientem: quæ, vt suprà dictum, minuenda vel augenda est.

*An* id, quò tendimus, sperari possit, indicat pars male affecta, morbus, morbi causa, vehementia, & diuturnitas. Nam

*Quæcũq.* tussis ex destillãte humore à capite oritur, siue ex alicuius spiritaliũ viscerũ vlcere, aut ex aliquo in iisdem orto abcessu: siue ob ea quæ vocantur empyemata, quæ ab Hipp. aut ex aliquo in iisdem orto abcessu: siue ob ea quæ vocantur empyemata, quæ ab Hipp. ferinæ appellantur, malignę sunt, maleficæ, ac contumaces.

*Quæ* exigua est tussis, maligna non est, éstque curatu facilis.

*Tussis* nimia, & diu perseuerans, mala, quia ducit ad phthisim, hecticam, ruptura venæ in pectore, &c.

*Tussis* cum modico conatu, alleuiatione multa, & veloci expulsione, sine labore, & fatigatione, optima & salubris est, &c.




# De curatione Asthmatis.



A *Asthmatis* curatio suis indicationibus perficienda est. Quare

- *Quid* sit agendum, indicat causa symptomatis mediata: crassus videlicet & lētus humor, qui remouēdus est partim
  - *Victus* ratione, instituta secundum aptam
    - *Qualitatem* Quare sit
      - *Aer* parum
        - *Calidus.*
        - *Siccus.*
      - *Somnus* moderatus, nocturnus, cum capite & thorace subleuato.
      - *Ambulatio* lenta, ferè vsque ad lassitudinem, & ante cibum.
      - *Frictio* multa, præsertim partium inferiorum.
      - *Animi* quies.
      - *Cibus* lenis, & sorbilis
        - *Caro*
          - *Gallinarum.*
          - *Pullorum.*
          - *Perdicum.*
          - *Sturnorum.*
          - *Caponum.*
          - *Paruarum* auicularum montanarum.
        - *Exoleribus*
          - *Hyssopum.*
          - *Oreoselinum.*
          - *Thymum.*
          - *Calamintha.*
          - *Fœniculum*, &c.
        - *Pisces*, fructus, & omnia quæ crassos ac lentos succos procreant, vitanda.
      - *Potus*
        - *Aqua* mulsa, in qua parum hyssopi, vel prassii coctum sit.
        - *Vinum* tenue.
    - *Quantitatem*: quæ pro affectus vehementia, viribus ægrotantis, ætate, anni tempore, &c. augenda vel minuenda est.
  - *Medicamētis* exhibitis secundum cōmodam
    - *Quantitati* primò. Nā si vnà cū sanguine abundet, & nihil prohibeat, media vel interna cubiti vena incidenda est, nec multa sanguinis copia detrahenda, sed quantum vires patiuntur.
    - *Qualitati* deinde, &
      - *Qualitatem*: ni mirum contrariam ipsius
        - *Primò* nondum paratæ: vt sunt incidentia, attenuantia, &c. vt
          - *Syrupus*
            - *De* hyssopo.
            - *E* marrhubio.
            - *De* capillis veneris.
            - *Glycyrrhizæ*, &c.
            - *Acetum* mulsum.
            - *Acetum* scyllinum.
            - *Mel* rosaceum.
            - *Oxymel S.* &c.
          - *Decoctū*
            - ℞. *Hyssopi*, Prassii, Capillorū veneris, Centaurii maioris, Calamynthæ, sing. M. ʒ.
            - *Florum* *Scabiosæ* *Betonicæ* sing. M. j
            - *Rad.* *Aristolochiæ rotundæ* *Ireos* *Enulæ* sing. ʒ. ij. *Glycyrrhizæ* ʒ. ij.
            - *Sem.* *Anisi* *Fœniculi* *Vrticæ* sing. ʒ. j.
            - *Passularum* ʒ. ʒ.
            - Misce & fiat decoctum secundum artem, addatūrq. syrupi de hyssopo, de prassio, sing ʒ. ij.
        - *Secundò* paratæ. Vide seq. sign. B.
      - *Quantitatē*: quæ augenda minuendáve est, pro magnitudine affectus, &c. vt suprà dictū.
  - *An* id, quò tendimus, sperari possit, nécne, indicat affectus vehementia, ætas, tempus anni, &c. Nā inquit
    - *Galenus.* Asthmata si valdè senibus excitetur, moriuntur.
    - *Hippocrates.* Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.
    - *Cornelius* Celsus. Huiusmodi affectus acutus est. Nam ob vehementissimas accessiones ægros interim strangulat.
    - *Celsus* Aurelianus. Passio hæc grauat atq. premit magis mulieribus viros, & iuuenib. senes atq. pueros, & diuturnioribus natura corporibus, tenuiora, hyberno, atq. nocte magis, quàm die vel æstate.

ANNOTATIO.

*ASTHMA, dyspnœa, & orthopnœa differunt secundum magis & minus. Nam dyspnœa est exiguè densa & crebra spiratio & citra sonum & anhelationem. Asthma est cum densiore & crebriore spiratione. Orthopnœa cum densissima & creberrima spiratione, ita vt iacentes ægri suffocentur.*

B.
*Secundò* paratæ: & sunt euacuãtia
- *Primò* vniuersaliter: vt medicamẽtũ purgãs, in forma
  - *Boli*
    - ℞. *Cassiæ* bonæ ʒ. j.
    - *Diaphœnicons* ʒ. ij.
    - *Agarici* trochiscati, *Specierum* hieræ ſ. ſing. ʒ. j.
    - Miſce, & cum ſaccharo fiat bolus.
  - *Pilularum*
    - ℞. *Agarici* trochiſcati ʒ. j.
    - *Specierum* hieræ ſ. ϑ. ij.
    - Miſce, & cum oxymelle fiant pilulæ, num. 15.
- *Secundò* particulariter
  - *Senſibiliter*: vt
    - *Ecligma* huiuſmodi
      - ℞. *Diapenidij*, *Diahyſſopi*, ſing. ʒ. ij.
      - *Diairis* ſol. ϑ. j.
      - *Syrupi* glycyrrhizæ, de iuiubis, ſing. ℥. ij. ſ.
      - *Diatragacanthi* cal. ʒ. j. ſ.
      - *Mellis* roſ. ℥. j. Miſce, & fiat ecligma.
    - *Tragea*
      - ℞. *Sacchari* candi ℥. ij.
      - *Sulphuris* viui, vel florum ſulphuris ℥. j.
      - *Cinnamomi* ʒ. ij.
      - *Spec.* diatrag. frigidi ϑ. ſ.
      - Miſce, & fiat tragea.
    - *Vulpinus* pulmo reſiccatus.
    - *Vulpinum* iecur ſiccum, & aridum, cum aqua mulſa.
    - *Potio* theriacæ.
    - *Aqua* ex herba Peti deſtillata.
    - *Potio* aquarum naturalium.
    - *Abrotani* puluis cum mellicrato.
    - *Puluis* caſtorei.
    - *Oleum* ſulphuris deſtillatum.
  - *Inſenſibiliter*: & ſunt reſoluentia, digerentia: vt
    - *Oleum*
      - *Irinum*.
      - *Liliorum*.
      - *Anethinum*.
      - *Rutaceum*, &c.
    - *Cataplaſma* ex
      - *Farina* hordeacea.
      - *Ficubus*, reſina, melle.
      - *Cera*.
      - *Iride*, manna, &c.
    - *Vnguentum*:
      - ℞. *Seminis* lini, *Fœni* græci, *Altheæ* — ſing. ʒ. ij.
      - *Rad.* iridis ʒ. j. ſ.
      - *Olei* irini, chamæme lini, rutacei, ſing. ℥. j.
      - *Butyri* recentis, Pinguedinis gallinæ, ſing. ʒ. iij.
      - *Ceræ* quantum ſatis, & fiat vnguentum.
    - *Suffumigium* ex herba Peti ſicca.

# De curatione Pleuritidis.

*Pleuritis* exquiſita, eſt inflammatio mẽbranę intrinſecus coſtas ſuccingentis:
- *Dignotio*: videlicet cauſarum eius
  - *Subiecti*: ſcilicet *Membranæ* ſuccingentis coſtas
    - *Superiores*: vt
      - *Spiratio* difficilis.
      - *Tuſsis*.
      - *Dolor* punctorius ad clauiculam pertingens.
      - *Doloris* poſitus.
    - *Inferiores*
      - *Tuſsis*.
      - *Spirandi* difficultas.
      - *Dolor* ad hypochondria peruenies, &c.
  - *Formæ Morbi* videlicet: vt
    - *Dolor* pungens.
    - *Spiratio* frequens, parua.
    - *Febris* continua.
    - *Pulſus* durus, & ferræ modo aſper.
    - *Sputum*, pro diuerſa natura excrementi, variè coloratum.
    - *Decubitus* in latus patiens facilior, quàm in alterum.
  - *Efficientis*: nimirum *Sanguinis Affluentis*
    - *Boni*, mediocrem craſſitudinem habentis: vt
      - *Sputum* rubrum.
      - *Temperamentum* calidum & humidum.
      - *Regio* temperata.
      - *Vernum* tempus.
      - *Adoleſcentia*.
      - *Victus* ratio multum ſanguinis generans.
    - *Mali*
      - *Bilioſi*: vt
        - *Sputum* flauum, aut pallidum.
        - *Temperatura* calida & ſicca.
        - *Aetas* iuuenilis.
        - *Anni* tempus æſtiuum.
        - *Victus* ratio calida.
      - *Pituitoſi*: vt
        - *Sputum* ſpumans & candidum.
        - *Temperatura* frigida & humida.
        - *Corporis* habitus pinguis.
        - *Tempus* anni hybernum.
        - *Regio*, aeris conſtitutio, frigida.
        - *Victus* ratio, pituitam gignens.
      - *Melancholici*: vt
        - *Sputum* nigrum, aut huidum.
        - *Temperatura* frigida & ſicca.
        - *Aetas* declinans.
        - *Autumnus*.
        - *Victus* ratio melancholia, &c.
- *Curatio*. Vide ſeq. ſign. A.

A. Cura-

A. *In* Pleuritidis curatione cõsiderandum

- *Quid* sit agẽdum, indicat morbi causa. Ea namq. sui ablationem indicat, partim
  - *Victus* ratione, instituta secundum aptam
    - *Qualitatem*. Quare à quacunque causa ortus fuerit hic morbus, sit
      - *Cibus* tenuis & leuis: vt
        - *Aer* temperatus & parum ad calidum inclinans.
        - *Somnus* longior, quàm vigilia.
        - *Quies* tum animi tum corporis,
        - *Alvus* assiduè subducta clysteribus lenioribus.
        - *Ex* oleribus
          - *Malua*.
          - *Intybum*, &c.
        - *Ex* fructibus
          - *Mala* dulcia.
          - *Vua* passa.
          - *Amygdalæ*.
        - *Acria* verò, salsa, acida & astringentia omnia vitanda sunt.
      - *Potus*, vel
        - *Aqua* hordei.
        - *Aqua*, in qua glycyrrhiza, seu paucum cinnamomi fuerit coctum.
        - *Aqua* mulsa si ex pituitoso sanguine dependeat.
      - *Sorbitio* ex ptisana.
      - *Crenor*
        - *Ptisanæ*.
        - *Amygdalarum* cum pauco melle, præsertim si ex pituitoso sanguine ortum ducat.
      - *Ius* gallinarum, cum pane.
    - *Quantitatem*: quæ pauca omnino esse debet, præsertim in morbi principio, nisi vires admodum imbecilles videantur. Vbi verò paulùm morbus se remisit, alimenta pleniora, & vini quoque aliquid dari potest.
  - *Medicamentis* exhibitis secũdum decentẽ
    - *Qualitatem*, nimirum contrariam ipsius quantitati
      - *Fluenti* adhuc, id est in principio morbi: & vel in corpore
        - *Plethorico*, si fluxio valenter irruat, vt est venæ internæ cubiti oppositi sectio: vel venæ tali, è directo laborantis lateris, sectio, præsertim vbi hæmorrhodes, vel menses desierint fuerint, si quid non prohibeat.
        - *Non* plethorico, præsertim si ad claiculam dolor pertingat: vt venæ cubiti, è directo laborantis lateris sectio, modò nihil impediat. Ea namque reuellere simul atque euacuare sanguinem potest.
      - *Sistenti*. Vide in sequentibus signum B.
    - *Quantitatem*: quæ augenda minuendáve est, pro morbi vehemẽtia, viribus, ætate, &c.
  - *An* intentioni nostræ satisfacere potissimus, indicat morbi causa & vehementia, sputi qualitas & quantitas, &c. Nam inquit
    - *Hippocrates*
      - *Lib.* 5. Aphor. Quicunq. morbo laterali laborantes, in 14. diebus non purgantur, ii ad suppurationem vertuntur.
      - *Lib.* 1. Aphor. Si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si verò postea appareat, producit.
      - *Quinto* Prognost. Screatio sine dolore, citò, promptéq. facta, mitissimum quidem est pleuritidis signũ, potissimùm vbi permista appareat cum screatione flaua bilis.
    - *Galenus*
      - *Lib.* 1. Aphor. in Comment. & primo de Crisibus. In qua pleuritide omnino nihil exputur, crudissimus morbus est, ita vt vel celeriter hominem rapiat, vel longo temporis spatio finiatur. Secundum ordinem obtinet illa, in qua sanies tenuis expuitur. Tertium, in qua crassior. Quartum, in qua perfectam habet concoctionem.
      - *Eodem* lib. 1. Aphor. in Comment. Si concoctio circa tertium vel quartũ apparuerit, non contingit morbum transire septimum.
      - *Lib.* de Puls. ad tyrones. Si in pleuritide pulsus fuerit magnopere durus, paruus atque vberrimus, indicium lethale est.
      - *Lib.* de Const. art. med. Pleuritides ex succo melancholico pernicioſsima est. At mitissima, quæ ex sanguine ortum ducit. Quæ verò ex bile flaua, vel pituita originem ducit medium inter has obtinet locum, quoad simplicitatem & malignitatem, &c.

B. *Sistenti*, id est post morbi principium: huiusmodi sunt euacuantia

- *Primò* vniuersaliter: vt
  - *Primò*, venæ in cubito sectio, quæ è directo est laborãtis latere, præsertim si ea in morbi principio facta non fuerit: eáq; non semel incidenda, imò bis, ter, ac sæpius, vbi opus fuerit, repetenda, si quid non prohibeat: sanguísq; euacuandus, quousq. color eius permutetur, atq. totus, qui obsessa phlegmone parte continebatur, per eam euacuetur. Hoc autem statim eodẽ die, post primam venæ tali, vel cubiti, ex opposito latere, faciendum, aut sequenti.
  - *Deinde* potissimùm si dolor ad hypochõdria pertingat, medicamẽtũ purgans. Nam si sanguis redundãs fuerit
    - *Biliosus*, purgandus erit huiusmodi medicamento, in forma
      - *Boli*: vt
        - ℞. *Cassiæ* nou. tractæ ℥. j.
        - *Diapruni* lenitiui ℥. ß.
        - Misce, & cum saccharo fiat bolus.
      - *Potionis*: vt
        - ℞. *Hordei* mundi ʒ. iij.
        - *Florum* { *Borraginis*, *Violarum* } Sing. ʒ. ij.
        - *Glycyrhizæ* ʒ. j.
        - *Vuarum* passarum mundat. ʒ. iiij.
        - *Cap.* veneris ʒ. j. ß.
        - *Iuiubarum*, num. iiij.
        - Coquantur secundum artem, & fiat decoctum, de quo accipe ℥. iiij. in quibus dissolue cassiæ ℥. j.
    - *Pituitosus*, euacuandus vel tali
      - *Bolo*: vt
        - ℞. *Cassiæ* recent. tractæ ʒ. vj.
        - *Diacathol.* ʒ. ij. ß.
        - *Agarici* trochiscati ʒ. j.
        - Misce, & cum saccharo fiat bolus.
      - *Potione*: vt
        - ℞. *Capill.* ven.
        - *Hyssopi* ——— } Sing. ʒ. ij.
        - *Palmularum*, num. iij.
        - *Ficuum* aridarum, num. iiij.
        - *Agarici* trochiscati ʒ. j.
        - Coquantur leuiter, coletur, & fiat decoctum, de quo accipe ℥. iij. vel iiij. in quibus dissolue cassię ℥. i. aut mannæ ℥. ii.
    - *Melancholicus*, minuendus sequenti potione: vt
      - ℞. *Hyssopi*, capill. ven.
      - *Melissæ*, buglossæ
      - *Borraginis* ——— } Sing. i. ß.
      - *Rad.* acori ʒ. i.
      - *Dactylorum*, num. iii.
      - *Epithymi* ʒ. i.
      - *Fol.* senæ ʒ. ii. coquantur, & in decoctione dissoluatur cassiæ ℥. i.
- *Deinde* particulariter
  - *Sensibiliter*, id est, per tussim: & vel materiam
    - *Tenuiorem*: vt
      - *Syrupus*
        - *Violaceus.*
        - *E* cannis.
        - *Iuiubarum.*
        - *Glycyrrhizæ*, &c.
      - *Diatragacanthum* frig.
      - *Diapenidium.*
      - *Loch* de papauere, &c.
    - *Crassiorem*: vt
      - *Syrupus*
        - *Hyssopi.*
        - *Marrhubij.*
        - *Capillorum* ven, &c.
      - *Diatragacanthum* calid.
      - *Trochisci* pectorales.
      - *Loch*
        - *De* pino.
        - *Sanum* & expertum, &c.
      - *Sal* hypericonis cum vino sumptum.
  - *Insensibiliter*: & sunt
    - *Primò* fomẽta digerentia materiã
      - *Biliosam*: vt
        - ℞. *Altheæ*, Fœni græci, Chamæmeli, Sertulæ campanę, Sem. lini: coquantur in aqua, & fiat fomentum.
      - *Pituitosam*: vt est fomentum ex
        - *Hordeo.*
        - *Eruo.*
        - *Hyssopo.*
        - *Pulegio.*
        - *Furfure.*
        - *Aceto*, &c.
      - *Melancholicam*: vt fomentatio ex
        - *Furfure.*
        - *Chamæmelo.*
        - *Anetho*, &c.
    - *Deinde* vnguenta resoluentia: vt
      - ℞. *Chamæmelini* ℥. i.
      - *Pinguedinis* gallinæ ℥. ß.
      - *Fœni* græci
      - *Sem.* { *Lini*, *Altheæ* } Sing. ʒ. i.
      - *Ceræ* quantum satis est: fiat vnguentum,

De cu-

# De curatione Peripneumoniæ.



# De curatione Spuitionis ſanguinis.




** San-

** *Sanguinis* sputi curatio suis indicationib⁹ perficitur. Quare

*Quid* sit agendum, indicat

*Primò* morbi causa, seu symptomatis causa mediata. Ea namq; adhuc manente, primò sui ablationem indicat, ne vas magis rumpatur aut referetur. Quare si fuerit plenitudo vel flatuosi spiritus, vel acris fluxio, vel alia causa, ea quidem primò tollenda erit, abhinc sanguis supprimendus: mox vlcus ipsum, vel vasis apertio curanda, vt sequitur.

*Secundò* symptoma: videlicet sanguis erumpēs. Is namq; (à quacunque parte fluat)

*Primò* reuellendus vel
- *Venæ* sectione.
- *Cucurbitulis.*
- *Frictionibus.*
- *Ligaturis.*

*Secundò* repellendus medicamentis refrigerantibus & astringentibus, tam intrinsecus sumptis, quàm forinsecus applicatis.

*Tertiò*, si quid sanguinis in viscere concretum fuerit. incidendus atq; ad exitum parandus: vel cum
- *Posca*, tepida.
- *Aceto.*
- *Coagulo* leporino,
- *Thymo* cum aceto.

*Postremò* morbus, seu symptomatis causa immediata: videlicet vlcus, vel apertio, quæ sui curationē indicant per contraria. Itaq; vtendum erit
- *Victu* refrigerante, siccante, & astringente, tenui terq; nutriente.
- *Medicamentis* glutinantibus atque constringentibus, &c.

*An* id, quò tendim⁹, sperandum sit, nécne indicat affectus vehementia & diuturnitas, pársque malè affecta. Nam

*Quando* sanguinis suprà fertur, qualiscunque sit, malum.
*Quinque* euomunt sanguinem, si sine febre, salutare: si verò cum febre, malum.
*Si* mulier sanguinē euomuerit, menstruis erūpentibus, solutio fiet.
*A* sanguinis sputo puris sputum malum est.
} *Hippocr.*
- *Aphorismo* 25. lib. 4.
- *Aph.* 37. lib. 7.
- *Aph.* 32. lib. 5.
- *Aph.* 15. lib. 7.

*Si* cum tussi ex pulmone emittatur sanguis, & si quàm maximè absque febre fuerit, periculum imminet, ne curari possit: & si durarit, omnino postea febres succedent.
*Sanguinis* sputio, si ex erosione, ortum ducat, incurabilis est.
*Si* ex thorace sanguis ꝓfluat, minoris est periculi, quam si ex pulmone.
} *Gal.*
- *Aphor.* 37. lib. 4. in comment.
- *Lib.* 5. Methodi.
- *Lib.* 4. de Locis malè affectis.

*Si* sanguis copiosè euacuatus fuerit, quemadmodum in his qui iugulantur, mortem infert præsentaneam.
*Si* affectus remanet, in tabem facilè transit.
} *Paulus.*

*Sanguis* ex ore, gingiuis & faucibus profluens, absque periculo est.
*Sanguinis* fluor ex capite veniens, curatione facilimus est: ex stomacho, vel ventre, aut faucibus, curabiles fluores approbamus, vlceratione facti, difficiles curationes ab iis, qui eruptione fuerint affecti, iudicantur: omniū verò difficilis, atq; grauior curatione ex pulmone fluens sanguis accipitur.
} *Cornelius* Celsus.

# De curatione Empyematis.

*Empyema* est puruleta expuitio (Latinis suppuratio dicitur)

*Dignotio*

*Partis* affectæ: videlicet *Thoracis*: secundum eius cauitatem:
- *Angustia.*
- *Anhelitus* difficultas.
- *Tussis.*
- *Grauitas* quædam in imo thoracis.

*Morbi*: vt
- *Grauitas* in profundo thoracis.
- *Tussis* valida cum dolore.
- *Febris* per initia languida, inordinata, & ad iudicandum difficilis. Postquàm verò ruptura absessus iam appetit, vehementiùs cum quodam horrore febricitant.
- *Rupto* absessu, aliquid in profundo thoracis transfluere apparet, iuxta multiplices reclinationis permutationes, & maximè cùm ab vno latere in alterum decumbunt, tunc sanè multitudo puris manifestatur, & fluctuationis cuiusdam sonitus sæpè sensibiliter in reclinationibus ipsorum auditur.
- *Pulsus* hecticus.
- *Pus* nunc purum, nunc fœculentum, cum tussi iectum.
- *Copia* sudoris.
- *Oculi* caui.
- *Genæ* rubræ.
- *Tumores* pedum.
- *Appetitus* prostratus.
- *Pustulæ* circa corpus, tempore procedente, &c.

*Causæ* morbi: videlicet
- *Disruptæ* inflammationis membranæ succingentis, uel alterius thoracis.
- *Sanguinis* eruptionis, vlcere ad cicatricem non perducto.
- *Confluxus* ex capite & aliis partibus superioribus illuc manantis, vt in angina, &c.

} *Ex* propriis eorum signis habetur.

*Curatio.* Vide in sequenti signo A.

*In Empye-*

A. *In Empyematis* curatione duo considerãda veniũt: videlicet

- *Quid* fieri debeat, indicat
  - *Primò* causa morbi. Nam si ea fuerit sanguinis eruptio, vel confluxus ex capite, aut aliis partibus, vel alia causa priùs abscindenda erit, de quibus suprà.
  - *Deinde* morbus: videlicet puris collectio, quæ sui ablationem indicat. Quare
    - *Victus* ratio sit attenuãs, abstergens, incidens: cuiusmodi est
      - *Cibus*
        - *Ex* succo ptisanæ.
        - *Ex* oleribus: *Thymum*, Hyssopum. *Fœniculum*, Oreoselinum. *Asparagus*, &c.
        - *Ex* carnibus: *Gallinarum*, Pullorum. *Perdicum*, Phasianorum. *Columbarum*, &c.
        - *Ex* fructib.: *Pistacia*, Amygdala. *Vua* passa. *Pineæ* nuces, &c.
      - *Potus*: *Aqua* mulsa. *Aqua* hordei. *Vinum* tenue ad dulcedinem declinans.
    - *Medicamẽta* sint euacuãtia, vel per
      - *Superiora*, videlicet per russim, si per ipsam puris repurgatio fiat: cuiusmodi sunt
        - *Ptisana* optimo melle permista.
        - *Decoctum* *Hyssopi*, *Iridis*, *Glycyrrhizæ* in aqua mulsa.
        - *Succus* Glychirrizæ manducatus.
        - *Decoctum* fœnigreci cum palmulis pinguibus, vel ficubus. cum pauco melle, præsertim si pus, quod expuitur, fœdi odoris ac sordidum sit.
        - *Pulegium* seu iris cum melle mista, aut seorsum sumpta.
        - *Mel* rosaceum.
        - *Syrupus* de capillis veneris.
          - *De* hyssopo.
          - *De* marrubio
          - *E* Glycyrrhiza.
        - *Puluis* seminis vrticæ cum syrupo violaceo sumptus.
        - *Alliorum* coctorum comestio, in robustioribus.
        - *Terebinthina* munda in mensura vnius cochlearis, &c
      - *Inferiora*: & vel
        - *Aluum*, si ad ipsum puris repurgatio proreptet: vt sunt medicamenta emollientia.
        - *Vesicam*, si ad eã serpat, vt sunt medicamẽta vrinã prouocãtia.
- *An* fieri possit. Nam eam
  - *Posse* fieri, indicat
    - *Febris* eodem die, post eruptionem, dimissa.
    - *Cibi* appetentia.
    - *Pus* album lene, concolórq; ac vacans pituita, & absque dolore valida tussi expurgatum.
    - *Suppuratio* ex morbo laterali, si in 40. diebus purgantur ægrotantes.
  - *Non* posse fieri, indicat
    - *Febris* remanens.
    - *Sitis*.
    - *Nulla* cibi appetentia.
    - *Aluus* humida.
    - *Pus* viride, liuidum, pituitosum, spumosum, per tussim reiectum.
    - *Suppuratio* ex pulmonia, in maioribus.
    - *Suppuratio* ex morbo laterali, si in 30. dieb. non purgantur ægri.

# De curatione Phthisis.

*Phthisis* est vlcerosa dispositio in pulmone: vel est corporis extenuatio cum febre exigua, quæ pulmonis exulcerationem sequitur:

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: scilicet pulmonis: vt
    - *Tussis*.
    - *Anhelitus* difficultas.
    - *Dolor* nullus.
    - *Sputum* purulentum.
    - *Caruncula* tussiendo reiecta.
    - *Bronchij* pars, &c.
  - *Morbi*: vt
    - *Tussis* frequens.
    - *Sputum* purulentum, interdum cruentum, fœtens, igni impositum.
    - *Extenuatio* totius corporis.
    - *Febris* lenta seu exigua.
    - *Ramentum* tussiendo reiectum.
    - *Pulsus* anguidus, paruus, non nimiùm celer.
    - *Genæ* liuidæ, *Vngues* curui, *Color* pallidus: in phthisi confirmata.
    - *Casus* capillorum, *Alui* profluuium, *Præcordia* sursum tẽsa, *Cibi* fastidium, *Sitis* vehemens, *Sputum* fœtidum: Malo iam vincente.
  - *Causæ* ipsius morbi: videlicet
    - *Destillationis* erodentis, à capite in pulmonem defluentis.
    - *Sanguinis* eruptionis, aut puris in suppuratis, &c.

  Ex proprijs eorum signis habetur.
- *Curatio*. Vide in sequenti signo A.

- *Phthisis* curatio indicationibus peragenda est. Quare
  - *Quid* sit agendum, indicat tum
    - *Morbus*, siue vlcus, quod suivnionem indicat. Hoc aũt fieri poterit partim
      - *Victus* ratione instituta secundum aptam
        - *Qualitatem*: videlicet abstergentem & cõglutinantem. Itaque sit
          - *Aer*
            - *Ad* siccum parum vergens.
            - *In* calore & frigore temperatus.
          - *Somnus* moderatus, nocturnus.
          - *Exercitatio* moderata, seu ambulatio, præsertim vbi febris remiserit.
          - *Aluus* quotidie subducta.
          - *Animi*
            - *Tranquillitas.*
            - *Non* ira, non tristitia.
          - *Cibus*
            - *Sorbitio* ex
              - *Ptisana*, alica
              - *Amylo*,
              - *Oriza*
              - Lacte adiecto
              - *Lacte* amygdalarum.
              - *Gallinarum*, pullorũ, caponũ iure, cũ pedib. vitulorũ.
            - *Ex* carnibus
              - *Hædorum* lactantium.
              - *Capreolorum*, vitulorum.
              - *Turdorum.*
            - *Lac*
              - *Bubuli*
              - *Caprinum*
              - Cum melle rosaceo, vel saccharo rosaceo.
            - *Ex* piscibus
              - *Cancri* fluuiales, crudi, triti, cum lacte potati, aut cocti in cibo sumpti, assiduè insuper iure eorum absorpto.
            - *Ex* fructibus:—Vua passa, ficus, nuces pineæ, amygdala.
          - *Potus*
            - *Aqua*
              - *Mulsa* per se, aut cum amylo, aut iride, & glycyrrhiza in ea decoctis, aut ʒ.v. boli armeni.
              - *Hordei*, ex hordeo non decorticato, cum saccharo.
            - *Vinum* leue austerum, quo interdum etiam vtendum, sed mediocri mensura.
        - *Quantitatem*: quæ augenda vel minuenda est pro viribus ægrotantis, morbi magnitudine, ætate, anni tempore, &c.
        - *Medicamentis* exhibitis secundum qualitaten
          - *Primò abstergentem*, quorum alia
            - *Intrinsecus* sumuntur: vt
              - *Aqua* mulsa.
              - *Syrupus* è glycyrrhiza.
                - De hyssopo.
                - *De* capil. ven.
                - *De* marrhubio, &c.
              - *Marrhubium* cum melle coctum.
              - *Cremor* ptisanæ, &c
            - *Extrinsecus* applicantur vt
              - *Cataplasma* ex
                - *Altheæ* foliis, sem. lini.
                - *Fœnogræco*, oleo maluæ, vel altheæ, melle, &c.
              - *Epithema* ex
                - *Terebinthina*
                - *Oleo* cyprino vel irino
                - *Medulla* ceruina
                - *Adipe* taurino
                - *Farina* iridis
                - *Aesipo*
                - *Aequalib.* omnib. partibus commistis.
          - *Deinde* conglutinantem. Vide in sequenti signo B.
    - *Symptoma*
      - *Febris.* Vide in sequentibus, in curatione febrium.
      - *Catharrus.* Vide suprà in curatione catharrhi.
      - *Fluxus* ventris.
      - *Constipatio* ventris.
      - *Sitis.*
      - *Vigiliæ*, &c.
      - Vide infrà in curat. sym. feb.
  - *An* id, quò tẽdimus, fieri possit, nécne: indicat pars male affecta, sputũ, &c. Nam
    - *Pulmonis* vlcera sanatu sunt difficilima, vt quæ nec citra tussim expurgari possunt.
    - *Cum* in pulmone ruptũ vas est, scire apertè licet (nisi protinus antequam phlegmone excitetur, glutinatum sit) id postea insanabile fore, &c.
    - *Vlcera*, quæ in asperæ arteriæ interiore sunt tunica, & potissimũ, quæ summæ eius parti, quam λάρυγγα vocant, sunt vicina, aut etiam in ipsa: hæc & curationem recipiunt.
    - *Si* ipsius cartilagines exulceratæ sunt, aut insanabiles, aut sanatu difficilimæ erunt, &c.
      - *Galenus*
        - *Lib.* 4. de Locis malè affectis.
        - *Lib.* 5. Method. med.
    - *Qui* tabe molestantur, si sputum iniectum carbonibus malè oleat, & capilli à capite defluant, lethale.
    - *Tabe* laborante profluuium alui superueniens, lethale.
    - *A* puris sputo phthisis, & fluxus: cum verò sputum retinetur, moriuntur. Oportet enim eum qui probè liberari volet, facilè sputum per tussim reiicere, & id esse album & æquale, & eiusdem coloris, ac ab inflammatione esse alienum, &c.
      - *Hippocr.*
        - *Aphor.* 11. lib. 5.
        - *Aphor.* 12. lib. 5.
        - *Aphor.* 14. lib. 5.
        - *Aphor.* 16. lib. 7
        - *Prædict.* lib. 2.



B. *Medicamentorũ* qualitatis conglutinantis alia

- *Intrinsecus* sumuntur: vt
  - *Ecligma*: tale
    - ℞. *Loch* { *De* pulmone vulpis; *De* pino } ana ʒ. j.
    - *Syrupi* { *Myrtini*; *De* hyssopo; *E* glycyrrhiza } Sing. ʒ. j.
    - *Boli* armeni; *Terræ* lemniæ; *Lapidis* hæmatitis } Sing. ϑ. j.
    - *Radicis* symphyti ʒ. ij.
    - *Diatragacanthæ* ʒ. iij. fiat ecligma.
  - *Aqua* ex testudinibus, ranis, radice symphyti, bolo Armeno, & pulmone vulpis, caudis cancrorum & capis destillata.
  - *Morsuli*
    - ℞. *Carnium* cap. ʒ. ij.
    - *Amyli*, *Tragacanthæ*, sing. ϑ. j.
    - *Diapenidion* ʒ. ij.
    - *Margaritarum* ʒ. j.
    - *Sem.* mel. ʒ. iiij. cum saccharo diluto in aqua rosarum, fiant morsuli.
  - *Saccharum* rosaceum per se, aut cum ptisanæ cremore.
  - *Herba* sanguinalis ex aceto.
  - *Plantago.*
  - *Plantaginis* succus, &c.
- *Extrinsecus* applicantur
  - *Oleum* plumbi, cum oleo rosaceo, quo thorax inungatur.
  - *Oleum* rosaceum & myrthinum.
  - A dictis interim alumine, acacia, malicorio, hypocistide, galla, &c. addendo etiam (vbi opus fuerit) ammoniacum, viscum quercinum, picem ac ceram.
  - *Epithema* ex aqua testud. ranarum, symphyti & oleo plumbi, addito aceto: quod thoraci superponatur.
  - *Oleum* ceræ cum oleo stanni & plumbi, & terebinthinæ, &c.

# De curatione Palpitationis cordis.

*Palpitatio* cordis est dilatio cordis quædam præter naturam, seu cordis eleuatio quædam præter naturam atq; depressio.

- *Dignotio*,
  - *Partis* malæ affectæ: videlicet Cordis, siue primariò siue per consensum cum pericardio affecti: vt
    - *Pulsus* inæqualitas.
    - *Manus* supra thoracem adhibita loco, quo cor ipsum situm est, tum tangendo arterias ipsas, liquidò motus palpitationis sentitur.
  - *Symptomatis*: vt
    - *Pulsus* inæqualis.
    - *Spiratio*, exigua, rara.
    - *Cor* ipsum ægri palpitare sentiunt tanquam diuersam motionem existentem à pulsu quem propriè cordis motum appellamus.
    - *Manus* adhibita supra cor, sentitur motus manifestè.
  - *Causæ* ipsius symptomatis
    - *Immediatæ*: scil. Intẽperiei frigidæ: vt
      - *Temperamentum* corporis frigidum.
      - *Regio* frigida.
      - *Anni* tempus frigidum.
      - *Satietas.*
      - *Temulentia.*
      - *Cibi* frigidi ac flatuosi, &c.
    - *Mediatæ*: ipsi cordi euenientis
      - *Perse*, videlicet
        - *Flatuosi* spiritus: vt
          - *Cibi* flatuosi & frigidi.
          - *Vita* otiosa.
          - *Natura* corporis frigidior, &c.
        - *Humoris*
          - *Pituitosi*: vt
            - *Temperamentum*; *Regio*; *Anni* tempus } frig. & humidũ.
            - *Victus* ratio pituitã generans, &c.
          - *Melancholici*: vt
            - *Temperatura*; *Anni* tempus; *Regio* } frigida & ficca.
            - *Cibi* melancholicum sanguinẽ generantes, &c.
      - *Per* consensum cum pericardio affecto à
        - *Tumore*
          - *Duro*
          - *Molli*, humorẽ in se continente, qualẽ hydatides pustulæ
            - *Palpitatio* à venę sectione nõ adiuta
        - *Humore* vrinæ simili tam multo, vt cor dilatari, quantum necessitas exigit prohibeatur: vt palpitatio à venæ sectione non adiuta, sed solis attenuantibus.
- *Curatio.* Vide in sequenti signo. A.

ANNOTATIO.

PALPITATIO *vera cunctis, siue per se, corde ipso affecto, siue per consensum, à frigidis causis ortum ducere, Galenus* 5. *de Locis affectis, testatur: quò fit, vt ne dum Arabes, verùm & iuniores medici quidam, etiam qui Galeni doctrinam profitentur, longè ab eius sententia aberrent: dum asserunt, ex calida cordis intemperie, eius palpitationem oriri posse.*


A.
Palpitationis cordis in curatione considerandum
Quid fieri debeat, indicat symptomatis causa
Primò media ta. Ea namq; primò sui ablationem indicat. Nam si fuerit
Humor
Spiritus. Vide sequens signum B.
Victus ratione iam dicta.
Pituitosus, minuendus erit partim
Primò ipsius quantitati: vt est venæ sectio, vt antea dictum.
Medicamentis cõtrarijs
Deinde quantitati: &
Primò nõ paratæ: & sunt incidentia seu alterãtia: vt
Bizantinus
Simplex
Compositus
Acetosus
Simplex
Compositus
De corticib. mali citri.
De duabus rad.
Mel rosacetum
Oxymel
Simplex
Compositum
Scyllinum, &c.
cũ aquis betonicæ, melissæ, maioranæ, &c.
Deinde paratæ: & sũt euacuãtia: in forma
Liquida, vt
Agarici trochiscati ʒ.i.
Cort. myrobalanor. cheb. ʒ.ij.
Lupulorum, Florum borraginis, sing. ʒ.iij.
Fiat decoctum secundum artem, in quo ʒ.vi. diacathol. vel confect. de dactyl. cum ʒ.iij. syrupi ex plurib. infus. ros. dissoluatur:
Solida, vt
℞. Spec. hieræ S. Agarici trochisc. sing. ʒ.i.
Misce, & cũ oxymelle fiãt pilulæ.
Melancholicus minuendus erit partim
Victus ratione suprà dicta.
Quantitati primò: vt est venæ sectio reuulsionis saltem gratia, vt dictum est:
Medicamẽtis cõtrarijs ip sius
Quoad qualitatis deinde &
Primò crudæ, & sunt medicamenta alterantia seu concoquentia: vt syrupus
De pomis
De corticibus mali citri.
De succo borrag.
De fumo terræ
De lupulis
De epithymo
cũ aquis melissæ, borrag. lupulorum, &c.
Deinde coctæ: & sunt euacuantia, sumpta vel in forma
Liquida, vt
℞. Fumariæ, Lupulorum, Florũ borrag. sing. ʒ.i.
Epythimi ʒ.ij. Senæ ʒ.ij.
Cort. myrob. indorum ʒ.iij. fiat decoctum secundum artem, in quo dissolue diasenæ ʒ.iiij. aut diacathol. ʒ.iij.
Syrupi ex plur. infus. ros. ʒ.iij.
Solida, vt
℞. Pilulæ de lap. lazuli, aut de lapide armenio ʒ.i.
Agarici trochisc. ʒ.S. misceantur, & cum syrupo de borrag. fiant pilulæ.
Secundò immediata: videlicet intemperies frigida: quæ iam dictis medicamentis in curatione palpitationis à flatuoso spiritu, commodè curari poterit.
An fieri possit, indicat laborantis ætas, & diuturnitas affectionis. Nam
Si augeatur, & diutius ad syncopem permutabitur, & demũ ad mortẽ, eamque repentinam, ob consequentem virtutis videlicet vitalis imbecillitatem.
Cordis palpitatio, licet tum adolescentibus, tum adultis euenire ea possit, magna tamen ex parte ijs accidit, qui ætatem agunt quinquaginta quidem annis inferiorem, sed quæ 40. annos excedat. Cæterùm quamuis nonnulli ab hoc symptomate planè liberati sint per venæ sectionem, victúmque extenuantem ac medicamenta similia, nihilominus omnes ante senectutem morte præuenti sunt. Verùm alij quidem per acutas febres, alij verò cùm sani degerent, affatim syncope intercepti, interierunt, quamuis vnus vel duo citra syncopẽ alia quadã mortis specie perierint.
Gal.
Aphor. 14 libr. 2. in commen.
Lib. 5. de Locis male affect.
B. Spiritus
Q

B. *Spiritus* flatuosus arte nuandus & resoluendus erit partim
- *Victus* ratione. Quare fit
  - *Aer*
    - *Ad* caliditatem & siccitatem declinans.
    - *Grauis* odoris expers.
    - *Suauiter* olens.
  - *Somnus* moderatus, non vigiliæ.
  - *Exercitium* temperatum.
  - *Aluus* lubrica, arte vel natura.
  - *Animi* quies, non
    - *Mœstitia.*
    - *Metus.*
    - *Lætitia* immodica.
  - *Cibus*
    - *Ex* carnibus
      - *Caponum*, gallinarum
      - *Pullorum*, turnorum
      - *Perdicum*, merularum
      - *Vitulorum*, hœdorum
      - *Capreolorum*, leporũ, &c.

      } assis, interdum elixis, cum hyssopo, fœniculo, serpyllo, &c. pipere, cinnamomo, macere, aut gariophyllis.
    - *Ex* oleribus
      - *Fœniculum*, hyssopum,
      - *Serpyllum*, saturegia.
      - *Melissa*, maiorana.
      - *Borrago*, pulegium, &c.
  - *Potus.* Vinum
    - *Dulce.*
    - *Tenue.*
    - *Flauum.*
    - *Vetus* potiùs quàm nouellum, vel mediæ ætatis,
    - *Aqua* dilutũ, in qua borrago & melissa fuerint cocta.
- *Medicamentis*, &
  - *Primò* mediatè: (reuulsionis gratia) vt est sectio venæ in ternæ cubiti
    - *Dextri*, si plenitudo adsit, & nihil impediat.
    - *Sinistri.* si nulla existat plenitudo.
  - *Secundo* immediatè, quorũ alia
    - *Intrinsecus* sumuntur: vt
      - *Diambra.*
      - *Diamoschus.*
      - *Diacinnomomum.*
      - *Diaxyloaloe.*
      - *Diacalamenthum.*
      - *Dianisum.*
      - *Aromaticum* ros.
      - *Theriaca.*
      - *Mithridatum.*

      } Ex quibus confici poterunt tabulæ, tragemata, electuaria, morsuli, &c.
    - *Extrinsecus* applicantur: vt
      - *Vnguẽtũ* tale:
        - ℞. *Olei*
          - *Spicæ*
          - *Liliorum*
          - *De* croco

          } Sing. ʒ. ij.
        - *Galliæ* moschatæ
        - *Aliptæ* moschatę

          } S. ig. ℈. i.
        - *Ligni* aloes ℈. S.
        - *Maceris* ℈. i.
        - *Croci* gr. iij.
        - *Ceræ* q. s. fiat vnguentum.
      - *Epithema*
        - ℞. *Aquarum*
          - *Melissæ*
          - *Borraginis*
          - *Maioranæ*

          } Sing. ʒ. iij.
        - *Spec.*
          - *Diambræ*
          - *Diamoschi*

          } Sing. ʒ. S.
        - *Maceris*
        - *Ligni* aloes

          } Sing. ℈. i.
        - *Ambræ* gr. i.
        - *Vini* optimi ʒ. i. misce, & fiat epithema.
      - *Sacculus* ex
        - *Floribus*
          - *Borraginis.*
          - *Rorismarini.*
          - *Buglossi.*
        - *Melissa.*
        - *Maiorana.*
        - *Ligno* aloes.
        - *Corticibus* citri.
        - *Cinnamomo.*
        - *Macere.*
        - *Gariophyllis.*
        - *Ros.* rub.
        - *Sem.* ocymi.

De

# De curatione Syncopis.

**Syncope** est præceps virium lapsus:

- **Dignotio**
  - **Partis** malè affectæ: nimirũ Cordis affecti per
    - **Se**
      - *Si* nullum præcesserit signum alicuius partis affectæ, nullusq; alius affectus ipsam antecesserit, præterquam si immodica fuerit aliqua animi excandescentia, seu affectio.
    - **Consensum** vt
      - *Indicia* propria partium primò affectarum apparentia.
      - *Symptomata* alia syncopem antecedentia, vt dolor eiusdem partis, &c.
  - **Symptomatis**: vt
    - *Resolutio.*
    - *Animi* defectus.
    - *Pulsuum* paruitas atque imbecillitas.
    - *Extrema* frigida.
    - *Sudor* frigidus circa
      - *Caput.*
      - *Vultum.*
      - *Cervicem.*
  - **Causæ** ipsius symptomatis
    - **Immediatæ** (q̃ morbus est) videlicet
      - *Intemperiei*
        - *Calidæ*
        - *Frigidæ*
      - *Tumores*
        - *Inflammationis*
        - *Erysipelatis*

      ex proprijs eorum indicijs habetur.
    - **Mediatæ**: scilicet
      - *Humorũ*
        - *Vitiosorũ*
          - *Crudorum*: vt
            - *Totum* corpus ampliori mole cernitur quàm pro naturæ modo.
            - *Præcordia* inflata.
            - *Color*
              - *Albidus.*
              - *Niger* aut liuidus.
            - *Pulsus* minores, obscuri, inæquales.
          - *Flauæ* bilis: vt
            - *Assidua* oris ventriculi mordicatio, anxietas, vellicatio, ac dolor, &c.
        - *Tenuium*, cum corporis raritate: vt
          - *Nasus* acutus.
          - *Oculi* caui.
          - *Astricta* tempora, &c.
      - *Doloris.*
      - *Euacuationis* immodicæ.
      - *Aeris* vitiosi, vel ex
        - *Metallis.*
        - *Caminis*
        - *Baratris.*
        - *Leguminum* putredine, olerum, vel animalium.
        - *Stagnis.*
        - *Paludibus*, &c.
      - *Qualitatis* venenosæ, aut venenosorum animalium, quæ virus reiectant, &c.
- **Curatio**, in qua duo considerãda sunt: videlicet
  - *Quid* fieri debeat. Vide in seq. signum A.
  - *An* fieri possit, indicat symptomatis vehementia, pars affecta, symptomatis causa, &c. Nam
    - *Pestifera* est syncope illa, quæ extenuato spiritu ac sanguine originem trahit, potissimùm vbi imbecillitas adsit retentricis facultatis totius corporis, ac expultrix inmoderatiùs concitata fuerit.
    - *Prorsus* autem exitiosa syncope erit, si corpore crudis succis referto generetur, aut ex redundante flaua bile os ventriculi infestante, siue extenuatis succis, vbi iecur vel ventriculũ phlegmone obsederit.

      *Galen.* lib. 12. Meth.
    - *Si* citra phlegmonem stomachicæ syncopes fiãt, ventriculi ore affecto primò, ac consentiente corde, curationem magna ex parte admittunt.
    - *Si* syncope valida fuerit, medicinæ locus non est.
    - *Si* propter eius intemperiem eueniat, pernicios ior erit, quã ex cerebri intemperie: quemadmodum hæc periculosior est, quàm si iecur primò affectum fuerit.

      *Paulus. Aetius.*


A.
Quid fieri debeat, indicat
Primò symptoma, quod primò sui indicat ablationem seu mitigationē per ea, quæ vim corroborandi vel restaurandi habent: quorum alia
Intrinsecus sumūtur per
Os: vt
Panis vino fuluo madefactus.
Diamoschum dulce
Diambra
cum vino pauco
si à frigida causa dependeat.
Diamargar. frigid. cum vino pauco
Syrupus de pomis
Oxysaccharum
si à causa calida.
Nares: vt
℞. Aquæ Ros. Melis. Maioran. Sing. ʒ.ij.
Ligni aloes
Corticum mali citri, Sing. ʒ.i.
Moschi
Ambræ Sing. gr. iij.
Aceti ʒ.i. misce, & fiat odoramētū,
Si à causa frigida.
℞. Aquæ Rosarum Myrtill. Nymphææ Sing. ʒ.iij.
Santalorum Sing. ʒ.i.S.
Coral. rub.
Cort. mali citri, ℈.i.
Moschi, gr. ij.
Aceti albi ʒ.i. misce, & fiat odoramentum.
Si à causa calida.
Extrinsecus applicantur, vt
Epithema
Calidum
℞. Aqua Melissæ Rorismar. Maior. Ros. Sing. ʒ. iiij.
Ligni aloes
Cort. mali cit. Sing. ʒ.ij.
Cinnamomi
Cariophill. Sing. ʒ.S.
Croc. gr. v.
Ossis de corde cerui, num. ij.
Moschi
Ambræ Sing. gr. iiij.
Vini fului odoriferi ʒ. iij.
Misce, & fiat epithema.
Frigidū
℞. Aquæ Borraginis Rosaceæ Acetosæ Melissæ Sing. ʒ. iiij.
Santalorum om.
Corall. rub. Sing. ʒ.iij.
Cort. mali citri
Ligni aloes Sing. ʒ.S.
Croci, gr. iij
Moschi, gr. ij.
Vini fului ʒ.ij. misce, & fiat epithema.
Sacculus
Calidus ex
Flor. melissæ, Roris. Maioranæ,
Serpillo, Cinnamomo, Croco,
Caryophyllis, Cort. mali citri,
Rosis siccis, Ligno aloe,
Moscho, &c.
Frigidus ex
Flor. Borraginis, Violarum, Nymphea, Melissa.
Rosis.
Croco.
Ligno aloe.
Cort. citri.
Santalis.
Corall. rub.
Ambra, &c.
Deinde symptomatis causa. Vide in seq. signum B.

B. Sym-

B. *Symptomatis causa*

*Primò* media ta, si ea adfuerit. Nam si ea fuerit

*Bilis* flaua, minuenda erit partim

*Victus* ratione cõtraria. Quare fit

- *Aer* frigidus.
- *Somnus* consueto longior.
- *Cibus*
  - *Panis* ex vino aqnoso dilutus.
  - *Cremor* ptisanæ.
- *Potus*
  - *Vinum* aquosum.
  - *Aqua* hordei, &c.

*Medicamentis* euacuantib. per

- *Vomitum* (si fieri poterit) quem irritare oportet aut
  - *Potu*
    - *Aquæ* calidæ.
    - *Hydrælei.*
    - *Syrupi* acetosi, &.
  - *Immittendo* digitos, aut pẽnas.
- *Aluum*: vt
  - *Decocto* tamarindorum.
  - *Manna*, Cassia.
  - *Rhabarbaro*, quibus tamen non immodicè vacuanda est, cùm huiusmodi exquisitas euacuati omes non ferant.

*Pituita.* seu copia crudorum humorum euacuãda erit: id quod commodè fiet partim

*Victus* ratione secundum cõtrariã qualitatem instituta. Quare fit

- *Aer* calidus, media temperie.
- *Somnus* moderatus, Quies.
- *Vinum* aquosum, si vehementer non febricitent.
- *Panis* ex vino dilutus, modò in aliquo viscere phlegmone non sit.
- *Aqua* mulsa, in qua hyssopum coctum fuerit, qua vtantur trib. primis diebus, & vsque septimum, si nullum occurrat incommodum.
- *Cremor* ptisanæ, Oxymel, &c.

*Medicamentis* euacuantibus, non quidem purgantibus, quoniam purgantia præsidia non ferunt. Quare per frictionem inaniendi erunt. Principio igitur morbi statim incipere oportet, ac primùm crura à superiore parte deorsum, linteis non admodũ mollibus, sed modicè asperis: deinde & tota brachia ab humeris vsque supernè deorsum similì modo sunt fricanda. At vbi artus omnes abundè calere videntur, & metus est, ne quis ex multitudine frictionis contusa iam carne, lassitudinis sensus superueniat, oleo anethino seu chamæmelino vtendum est. Cùm iam artus plurimùm perfricti fuerint, postea oleũ detergetur, inde ad spinã dorsi transeundum est, hæcque tota perfricanda similiter: ab hac rursus ad crura, & hinc ad brachia, mox inde rursus ad spinam remeãdum, & ita toto die faciendum.

*Humor* seu succus tenuis cum corporis raritate. Hos paulatim nutrire oportet, summamq; cutem densare & aerem cubiculi refrigerare, &c.

Dolor ijs remedijs, quibus dolor aufertur, curandus.

*Euacuatio* immodica: frigida faciem aspergere oportet, aut aqua rosacea. Extremæ etiam corporis partes vinculis vehementer constringendæ, ac linteis modicè asperis fricandæ, &c,

*Aer* vitiosus, ad optimam temperiem permutandus erit.

*Venenosa* qualitas: aut ictus venenosorum animalium, alexipharmacis curandus.

*Deinde* immediata. Nam si fuerit

- *Intemperies*, per contrariam intemperiem curanda erit.
- *Tumor*, propria curatione sua curandus est.

# De Curatione Lactis deficientis.

*Lactis* defectus est, cũ humor lactis exiguus est, vel omnino deficit: cuius

*Dignotio*

*Partium* malè affectarum: videlicet mãmillarum affectarum per

*Essentiam*, cùm mãmillæ ob imbecillitatẽ & aridã intẽperiem, vel venarum angustiam, vel obstructionem, vel sanguinis crassitiem, non valent sanguinis copiam attrahere.

- *Mãmillæ*
  - *Aridæ.*
  - *Macilẽtæ,*
  - *Graciles.*
- *Abundantia* sanguinis in toto corpore, &c.

*Consensum* corporis totius

- *Atrophia.*
- *Corporis* habitus siccus.
- *Fluxus* sanguinis
  - *Menstruorum*
  - *Hæmorrhoidum*
  - *Narium.*

  } nimius.
- *Febris* arida, &c.

*Symptomatis* (in genere retentorum immodicè) Lactis defectus, &c.

*Causæ.* Vide in seq. sign. A.

*Curatio* indicationib. absolvitur. Itaque

*An* fieri possit. vel debeat, indicat ipsum symptoma. Quoniã

*Hæc* affectio quamuis infantibus magis quàm mulieribus grauis sit, non propterea despicienda erit, cùm absque aliquo eiusdem mulieris præter naturam affectu etiã gigni non possit: quapropter vbi imminuitur lac, aut omnino extinguitur, vel corrumpitur, aut spissatur, vel attenuatur: præstat quidem alterius nutricis lac præbere, vt Aetius præcipit. Sin autem id non permittat res aliqua instans, victa nutrix curanda est, vt infans in morbum non incidat, ac ipsa sibi quoque meliorem vindicet sanitatem.

*Quid* fieri debeat. Vide in seq. signum B.

A. *Cauſæ*: nempe ſanguinis peccantis in
- *Quantitate* pauca:
  - *Exiguus* in toto corpore ſanguis.
  - *Venæ* graciles,& vacuæ.
  - *Habitus* totius corporis ſiccus.
  - *Euacuatio* ſanguinis per fluxum eius,
    - *Menſtruorum.*
    - *Narium.*
    - *Hæmorrhoidarum*,&c.
  - *Exercitium* vehemens.
  - *Labor.*
  - *Vigiliæ.*
  - *Fames*,ſeu inedia.
  - *Mœror.*
  - *Solicitudo.*
  - *Febris*,&c.
- *Qualitate*: atque ſic vel
  - *Biliosi*:
    - *Sanguis*
      - *Flauus.*
      - *Tenuis.*
      - *Amarus.*
    - *Temperatura* bilioſa.
    - *Habitus* corporis gracilis.
    - *Aetas* florens,&c.
  - *Pituitoſi*:
    - *Sanguis*
      - *Subſtantiæ* craſſioris.
      - *Albus* aut pallidus.
      - *Acidus.*
    - *Temperatura* frigida & humida.
    - *Aetas* conſiſtentiæ.
    - *Tempus* anni frigidum,&c.
  - *Melancholici*:
    - *Sanguis*
      - *Spiſſus.*
      - *Paucus.*
      - *Obſcurus.*
      - *Liuidus.*
      - *Stipticus.*
    - *Temperatura* frigida & ſicca.
    - *Aetas* conſiſtentiæ.
    - *Tempus* anni frigidum & ſiccum.

B. *Quid* fieri debeat, indicatum
- *Cauſa* affectus: videlicet ſanguis peccans in
  - *Quantitate*. Vide in ſeq. ſignum C.
  - *Qualitate*. Nam ſi fuerit
    - *Biliosus*, ſui ablationem indicat: id quod fieri poterit partim
      - *Victus* ratione inſtituta ſecundum
        - *Qualitatem* contrariam, videlicet refrigerantem & humectantem.
        - *Quantitatem* commodam, quæ pro ratione virium, temporis anni, regionis, complexionis, varianda eſt.
      - *Medicamentis* exhibitis ſecundum
        - *Qualitatẽ* contrariã: & vel humoris
          - *Qualitati*: ſcilicet alterantem, concoquentem & præparantẽ, &c.
          - *Quantitati*: nempe euacuãtem,
        - *Quantitatem*,&c.
    - *Pituitosus*. Hic
      - *Primò* alterandus tum
        - *Victu* calefaciente primo aut ſecundo ordine, non tamen exſiccante.
        - *Medicamentis* concoquentibus,&c.
      - *Deinde* euacuandus, medicamentis pituitam purgantibus.
    - *Melancholicus*. Hi
      - *Primò* alterandus tum
        - *Victus* ratione calefaciente & humectante.
        - *Medicamentis* alterantibus,concoquentibus,&c.
      - *Deinde* euacuandus medicamentis atram bilem purgantibus.
- *Pars* affecta, videlicet mãmillæ,ad quas ſi ſanguis non perueniat, & in corpore redundet, ad eas retrahendus erit: quod fiet vel
  - *Fotu* aquæ tepidæ.
  - *Tropace* debili,ex pice & multo oleo.
  - *Sinapiſmo* debili, cuiuſmodi eſt
    - ℞. *Ficuum* maceratarum in aquæ ℔.i. piſtentur diligenter,poſtea adde
    - *Sem.* ſinapi tenuiſſimè triti ℥.i.
    - Miſce, ponatur ſuper mammas,non diu, ne id quod attrahunt,digerant, aut inflammationem in eis procreent.
  - *Suctione* / *Expreſſione* mãmillarum frequenti.
  - *Cucurbitularum* appoſitione cum pauco igne,paulò infra clauiculas,&c.

C. *Quan-*

C.

*Quantitate* deficienti, vel propter fluxũ menstruorum, vel alias causas, quæ priùs in contrarium ducendæ sunt: deinde sanguis augendus, multiplicandusque est: quod fiet partim

*Victus* ratione calefaciẽte & humectante. Itaq;

*Somnus* sit consueto longior.

*Exercitijs* partium superiorum vtantur: vberumq́. frictione moderata, ac fomentis per spongias: immoderatum verò exercitium caueant.

*Affectus* animi immodicos vitent, præsertim
- *Tristitiam.*
- *Curas.*
- *Solicitudines*, &c.

*Cibus* sit
- *Panis* optimus: & Marsicus.
- *Caro*
  - *Gallinarum.*
  - *Pullorum* gallinaceorum
  - *Perdicum.*
  - *Columbarum* iuuenum.
  - *Phasianorum*, pauonum Indorum.
  - *Hœdorum.*
  - *Vitulorum.*
  - *Castratorum.*
  - *Vbera* ouium, & caprarum, &c.
- *Oua* recentia, sorbilia.
- *Succus* carnis.
- *Ex* piscibus
  - *Barbelli.*
  - *Troctæ.*
  - *Murena.*
  - *Laurax.*
  - *Belsuccus.*
  - *Salmo*, &c.
- *Lac* elixum cum vitellis ouorum & saccharo.
- *Oriza* priùs in aqua, deinde in lacte elixa.
- *Amylum* cum lacte & melle, vel saccharo.
- *Albus*: videlicet ex gallinarum pectoribus elixis, cum farina orizæ, lacte, & saccharo confectus.
- *Placentæ* ex sesamo cum melle post cœnam sumptæ.
- *Amygdalatum.*
- *Ex* oleribus
  - *Eruca* recens.
  - *Pastinaca* assa.
- *Ex* fructibus
  - *Amygdalæ* dulces.
  - *Pistachia.*
  - *Nuclei* pini.
  - *Vua* passa.
  - *Caricæ.*

*Potus* sit vinum, aut
- *Nigrum*, non austerum, sed potiùs dulce.
- *Album* aquosum.

*Medicamentis*: vt
- *Eruca* viridis.
- *Fœniculum* viride.
- *Succus* fœniculi.
- *Nastutium* cum vino.
- *Succus* betæ.
- *Viticis* fructus cum vino.
- *Cytisi* folia ex vino nigro aut ptisana.
- *Radix* pastinacæ.
- *Semen* lini cum melle.
- *Sesamum* crudum cum vino dulci.
- *Intestina* terræ puluerizata, atque cum vino potata.
- *Lapis* galactites alligatus, vel aqua dissolutus ac potatus.
- *Oleum*
  - *Coralliorum.*
  - *Margaritarum.*

# De curatione Lactis redundantis.




De

# De curatione Lactis in caſei ſpeciem concreti.




# De curatione Inflammationis mammillarum.




* Mammil-

* *Mammillarum* inflammationis curatio indicationib. absoluitur. Quare

    - *Pulvis*
      - Rx. *Cineris* intestinorum gallinæ ʒ. iii.
      - *Cornu* cerui, Coral. rub. vst. ana ʒ. i.
      - *Cineris* hirundinum vel viperarum ʒ. S.
      - *Galangæ*, Cinnamomi, Piperis, ana ʒ. i.
      - *Sacchari* candi, ad medium omnium. Misce, & fiat pulvis, de quo sumat ante pastū tribus horis patiens cochlear vnum, nihil superbibendo. Vel absque saccharo confecto vtatur pro condimento, addito sale asso.
    - *Electuarium*
      - Rx. *Cort.* citri conditi in forma sicca ʒ. i.
      - *Conserue* acori, Anthos, ana ʒ. S.
      - *Spec.* aromat. rosati, Diamarg. frig. ana ʒ. ii.
      - *Cineris* intestinorum gallinæ ʒ. i. Cum syrupo de mentha fiat electuarium, de quo capiat manè ad quantitatem fabæ, superbibendo parum vini antiqui, cum aqua absynthij diluti.
    - *Pilulæ*, aut
      - *Ex*
        - *Corticibus* arantiorum, &
        - *Caryophyllis.*
      - *Ex*
        - *Aloe*, &
        - *Cariophyllis.*
  - *Extrinsecùs* ventriculo appositis: vt est
    - *Emplastrum*
      - *De* mastiche,
      - *Diuinum.*
      - *De* palma cum oleo aut Nardino, aut Absynthij.
    - *Ceratum* stomachale Galeni, &c.

D. *Sicca etiam intemperies ventriculi sui ablationem indicat: quod fiet partim*

- *Victus* ratione instituta secundum
  - *Qualitatem* cōtrariam: videlicet humectantem. Itaque sit
    - *Aer* ad humidum frigidumque declinans.
    - *Somnus* longus.
    - *Exercitium* paucum.
    - *Aluus* lenis
      - *Natura.*
      - *Arte*: aut
        - *Potu* Cassiæ
        - *Mannæ*
        - *Clysteri*
        - *Præsertim* cùm propter humidorum vsum multa gignantur excrementa.
    - *Balneum* aquæ tepidæ.
    - *Cibus*
      - *Iuscula* pinguia aut ex
        - *Capis*
        - *Gallinis*
        - *Carne*
          - *Vituli*
          - *Hœdi, etc.*
          - cum fol. lactucæ, borraginis, violarum, &c.
      - *Cremor* ptisanæ.
      - *Amygdalatum.*
      - *Vitelli* ouorum recentes & tremuli.
      - *Succus* carnis testiculi gallorum.
      - *Cerebella*
        - *Porci.*
        - *Auium.*
        - *Piscium.*
      - *Lac*
        - *Muliebre.*
        - *Ouile.*
        - *Vaccinum* elixum, aut cum
          - *Amylo.*
          - *Vitellis* ouorum.
          - *Farina* triticea.
        - *Capræ.*
      - *Testudines*
        - *Aquaticæ.*
        - *Nemorales.*
      - *Pisces* saxatiles.
      - *Ex* fructib.
        - *Nuclei* pini in lacte macerati.
        - *Amygdalæ* recentes.
        - *Vuæ* recentes & suspensæ, & passæ.
        - *Ficus* recentes, &c.
    - *Potus* aut
      - *Aqua* hordei.
      - *Decoctum* prunorum.
      - *Vinum* album dilutum.
  - *Quantitatem* decentem, quæ pauca esse debet, sed frequens, &c.
- *Medicamentis* humectantibus. Vide in sequenti signo *

*Medicamentis* humectantibus:
- *Intrinsecùs* sumptis: vt est
  - *Syrupus*
    - *Violarum* — cum aquis: *Lactucæ.* *Borraginis.* *Violarum, &c.*
    - *De cucurbita*
  - *Aqua* stillatitia ex carnibus porcellorum, vel vitulorum, &c.
  - *Electuarium*
    - ℞. *Caulium*, lactucæ, cum sacchato liquido conditorum, ana ℥.ii.
    - *Carnis* cucurbitæ eodem modo paratæ ℥.i.
    - *Conservæ* rad. buglossæ, violarum, ana ℥.S.
    - *Quatuor* sem. frig. maiorum incisorum, ana ʒ.i.
    - *Cinnamomi* ʒ.ii. Misce, & cum syrupo violaceo fiat electuarium, de quo capiat manè, & superbibat parum vini diluti.
- *Extrinsecùs* ventriculo applicantur:
  - ℞. *Olei* amygdalarum dulcium, violarum, ana ℥.i.S.
  - *Olei* rosarum ʒ.ii.
  - *Axungiæ* gallinæ, anatis, ana ʒ.vj.
  - *Ceræ*, q.s. Vini aliquot guttæ. Misce, & fiat linimentum.

E. *Causa* etiam externa, qđ fieri debeat, indicat. Nã si fuerit *Multitudo* alimentorũ, aut vitiosa eorum qualitas.
- *Primò* euacuanda est, aut per
  - *Vomitum*, si laborantes facilè vomant suapte natura: aut — *Potu* aquæ tepidæ multæ, pauco aceto, aut syrupo acetoso, aut oxymelle permisto. *Immissis* digitis, vel pennis oleo imbutis.
  - *Alium*
    - *Glande.*
    - *Clysteribus, &c.*
- *Deinde* concoquenda: præsertim si crudum, aut semicoctũ alimentum in ventriculo ad huc consistat. Horum autem alia
  - *Intrinsecùs* sumuntur: vt est
    - *Diatrion* pepereon.
    - *Piper* longum, album, nigrum.
    - *Cinnamomum.*
    - *Aromat* rosatum.
    - *Diagalanga.*
    - *Zingiber* conditum.
    - *Cort.* mali citri cond. &c.
  - *Extrinsecùs* apponuntur: vt
    - *Manus* ori ventris expansa & apprehensa.
    - *Puerulus* carnosus admotus.
    - *Catelli* per quietem ventri appositi.
    - *Oleum*
      - *Menthæ.*
      - *Absynthij.*
      - *Nardinum.*
      - *Mastichinum.*
      - *Nucis* moschatæ.
      - *Caryophyllorum.*
    - *Sacculus* ex plumis anseris, &c.

*Somnus* exiguus prouocandus, vel inducendus est.

*Frigus* validum
*Calor* vehemens — *Ad* contrarium mutanda. &c.

# De curatione Inflationis ventriculi.

*Inflatio* ventriculi est ipsius distentio, à copia flatus proueniens: cuius
- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: videlicet Ventriculi, affecti
    - *Per* se — *Concoctio* frustrata, *Distentio*, *Dolor*, Tumor — ventriculi.
    - *Per* consensum aliarum partium. Signa propria.
  - *Morbi*
    - *Magnitudo*, seu tumor.
    - *Distentio* ventriculi.
    - *Grauitas* circa ventrem.
    - *Ructus* inanes, & modicè alleuantes.
    - *Dolor* ventriculi.
    - *Appetitus* perditio.
    - *Capitis* dolor.
    - *Iuuantur* alimento infernè subeunte, & flatibus, siue per ructus, siue per intestina exclusis.
  - *Causæ* morbi
    - *Immediatæ*, nempe flatus — *Calor* imbecillis. *Alimenta* flatulenta & humida. *Excrementa* pituitosa, &c.
    - *Mediatæ*
      - *Efficientis*: videlicet caloris languidi
        - *Calor* immoderatus.
        - *Frigus* immodicum.
        - *Ab* assumptione ciborũ paulò pòst tempore inflatio generatur: id quod ex astantiũ seu laborantiũ sermone facilè deprehẽditur.
      - *Materialis*: scilicet
        - *Humoris frigidi*
          - *Pituitosi*, in halitum soluti — *Nulla* assumptio ciborum, neque eorundem natura flatuosorum præcessit.
          - *Melancholici*, vt in hypochondriaca passione — *Metus.* *Mœstitia.* *Nulla* assumptio ciborum præcessit, &c.
        - *Cibi* flatuosi
          - *Fabæ*, Legumina.
          - *Rapæ*, Faceoli.
          - *Lentes*, Fructus.
          - *Cibi* crudi.
          - *Vina* crassa, &c.
- *Curatio.* Vide in sequentibus signum A.

A. *Insla-*

A. *Inflationis ventriculi curatio indicationib. perficitur. Quare*

- *An* fieri possit, indicat tũ
  - *Diuturnitas.* Nam vbi diu perdurauerit, metus est, ne in hydropem siccam terminetur. & si multiplicetur ventriculi inflatio, in conualescentibus recidiuam significat.
  - *Magnitudo.* Nam ventositas magna, significat corruptionem digestionis. Magna perducit ad syncopem.
  - *Locus.* Nam si venit ad cerebrum, dolorem in eo causat, aut tinnitum, aut vertiginem, & diuersa alia, secundum quod ad diuersa loca peruenit.
  - *Causa.* Nam inflatio ex cibo proueniens, non diu durat, sed citò transit, & sine periculo est.
  - *Symptoma* superueniens. Nam si inflationi superuenerit fluxus ventris: bonum: quòd si cum constipatione, augmentabitur, &c.
- *Quid* fieri debeat indicat causa morbi
  - *Immediata*, nempe spiritus flatuosus, qui sui ablationem indicat: quod fiet parim
    - *Victus* ratione instituta secundum
      - *Qualitatem* cõtrariam: scilicet cale facientem, exiccantem & resoluentem. Quare
        - *Aer* sit ad calidum declinans.
        - *Somnus* solito longio concilietur.
        - *Exercitium* primò leue, deinde maius exhibeatur.
        - *Frictio* sit partium extremarum.
        - *Alvus* omnino sit laxa, & vbi astricta fuerit, citra delationẽ clyster infundendus.
        - *Cibi* sint calidi, concoctu faciles & boni succi.
        - *Abstineant* à
          - *Iusculis* multis.
          - *Leguminibus.*
          - *Oleribus* dulcibus.
          - *Fructibus* viridibus.
          - *Potu* vini dulcis, &c.
        - *Potus*, sit vinum
          - *Meracum*
          - *Antiquum*
          - *Odoratum*
          - *Album*

          Et potus cibum non interpellet.
      - *Quantitatem* congruentem: quæ modica esse debet tam cibi quàm potus. Nam in dia actioni huic necessaria existit. Itẽ multũ potũ tanq̃ infestissimũ hostẽ, euitent.
      - *Ordinem* conuenientem. Itaque cibus nimium calidus, in medio mensæ, aut pòst sumendus non est.
    - *Medicamẽtis* contrariis, nempe euacuãtibus, resoluentib.
      - *Sensibiliter*: atque vel per
        - Vomitum, præsertim si cibus flatulentus fuerit præsumptus: & vel
          - *Aquæ* tepidæ multæ potu.
          - *Digitis*, vel pennis immissis.
        - *Aluum*: & vel
          - *Glandibus* ex rebus flatum discutientibus formatis: vt ex seminibus rutæ. & cumino cum melle, &c.
          - *Clysteribus*: vt
            - ℞. *Rutæ*, Chamomillæ, Pulegij, Calam. an. M.S.
            - *Sem.* anisi, fœniculi, dauci, cumini, ana ʒ.iii.
            - *Furfuris* P.i.
            - *Caricarum* n.iiii. Fiat decoctum s.a. de quo accipe ℔.i. cui adde olei anethini, rutacei, ana ʒ.ii. mellis rosarũ ʒ.ii. diaphœniconis ʒ.iii. diacatholiconis ʒ.vn. salis parũ: misce, & fiat clyster.
      - *Insensibiliter*: quorum alia
        - *Intrinsecùs* sumuntur: vt
          - *Aristolochia* longa, siue rotunda ʒ. pondere potata.
          - *Calaminthæ* decoctum.
          - *Polium* cum melle & modico pipere.
          - *Talus* ouillus, aut suis vstus & potatus.
          - *Castorei* ʒ.i. bibita ex posca.
          - *Acetum* scillinum.
          - *Diacimamomum.*
          - *Dianisum.*
          - *Diacuminum.*
          - *Diatrionpeperixon.*
          - *Diagalanga*, &c.
        - *Extrinsecùs* apponuntur: vt sunt
          - *Oleum*
            - *Mitius*
              - *Rutaceum*
              - *Anethinum*
              - *Laurinum*, &c.

              *Deinde* puluis cumini & apij inspergendus.
            - *Fortius*: Oleum, in quo decoctum sit
              - *Daucus.*
              - *Baccæ* lauri.
              - *Nigella.*
              - *Semen* rutæ, &c.
          - *Fomentum* ex milio & furfure.
          - *Cataplasma* ex
            - *Farina*
              - *Sem.* lini.
              - *Hordeacea.*
              - *Loleacea.*
            - *Cumino.*
            - *Sem.* anethi, aut apij, aut fœnic.
            - *Oleo* rutaceo, &c.
          - *Cucurbitulæ* cum flamma copiosa absque scarificatu, bonæ magnitudinis, vmbilicum vndique comprehẽdentes, admotæ bis vel ter, præsertim dolore perseuerante.
          - *Emplastrum* de baccis lauri.
          - *Saccu lus* ex anserinis plumis, &c.
  - *Mediata.* Vide in sequentibus. signum B.

B. Cau-

- B. *Causæ* etiam mediata, quid fieri debeat, indicat. Nam
  - *Calor* languidus, aut imbecillus augendus est, partim
    - *Victus* ratione modicè calfaciente. Quare
      - *Somnus* sit consueto longior.
      - *Exercitium* sit moderatum, deambulatione.
      - *Alvus* quotidie excrementa reddat.
      - *Cibus* sit boni succi & facilis concoctionis.
      - *Potus*, vinum album, meracum, &c.
    - *Medicamentis*, tum
      - *Intrinsecùs* sumptis
      - *Forinsecùs* applicatis
      - } iam suprà dictis.
  - *Humor*
    - *Victus* ratione suprà dicta.
    - *Pituitosus*, sui ablationem indicat: quod fiet partim
      - *Medicamentis* cõtrariis: atque vel humoris
        - *Qualitati*: nẽpe alterantibus, concoquentibus, attenuantibus & digerentibus: vt est
          - *Syrupus*
            - *De* mentha
            - *De* cort. mali citri
            - *De* absynthio
            - *De* stœchade
            - } *Cum* aquis hyssopi, menthæ, betonicæ, & absynthij.
          - *Mel*
            - *Anthosatum*
            - *Rosatum*
          - *Decoctum*
            - ℞. *Cort.* mali citri ℥.i.
            - *Galangæ* ℥.S.
            - *Methæ* siccæ, hyssopi sicci, betonicæ siccę an. M.i.
            - *Anisi*, fœniculi, ana ℥.iii.
            - *Florum* anthos, stœchados, ana P.i. fiat decoctio ad ℔.i. in fine decoctionis adde vini albi ℔.S. sacchari ℔.i. clarif. & aromat. cũ ℥.i. cinnamomi, & fiat syrupus, de quo capiat ℥.iiii. ante ptã dium & ante cœnam duabus aut tribus horis.
        - *Quantitati*: scilicet euacuantibus
          - *Sensibiliter* per
            - *Vomitũ*, si laborãtes natura fuerint proni ad vomẽdũ: & vel aqua tepida multa sumpta.
            - *Alvum*: vt sunt
              - *Pilulæ*
                - *Hieræ* S.
                - *Hieræ* cum agar.
                - *Stomachicæ.*
                - *Mastichinæ.*
              - *Clysteres* acres.
          - *Insensibiliter*: vt sunt
            - *Oleæ*, Fomenta
            - *Cataplasmata*
            - Cucurbitulæ
            - } præ dicta.
    - *Melancholicus*, auferendus est, vt suprà in melancholia hypochondriaca dictum est.

# De curatione Lienteriæ.

*Lienteria*, seu intestinorum leuitas, est velox exitus eorum, quæ comeduntur, atque bibuntur, quæ talia deiiciuntur, qualia deuorata fuêre, neque secundũ consistentiã neq. secundum colorem, vel odorem vel vllam omnino qualitẽ in vẽtriculo facta fuerit mutatio ciborum. Vel est carentia coctionis: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: nimirum Ventriculi & Intestinorum
    - *Concoctio* læsa.
    - *Assumptorum* subita excretio seu eiectio.
  - *Symptomatis* seu lienteriæ
    - *Facultas* retentrix & concoctrix ablata.
    - *Deiectio* cibi liquidi, & non putrefacti.
    - *Dolor* nullus. Corporis attenuatio.
    - *Excretio* cibi crudi & immutati.
    - *Assidua* excretio cibi, colore subpallida, inæqualis, & aquosissima citra sanguinis ac bilis complexum.
    - *Cruditas* intensa.
  - *Causæ* symptomatis: nẽpe morbi
    - *Similaris* seu intẽperiei
      - *Frigidæ* (quæ sæpius accidit)
        - *Sine* materia
          - *Ructus* acidi.
          - *Appetentia* cibi.
          - *Sitis* nulla.
          - *Excrementa* cum cibis excreta nulla.
          - *Dolor* nullus.
        - *Cum* materia
          - *Ructus* acidi.
          - *Vomitus*, vel ani deiectio pituitosa.
          - *Appetentia* ciborum.
          - *Sitis* nulla.
          - *Dolor* nullus.
      - *Calidæ* (ratò euenit)
        - *Immaterialis*
          - *Ructus* fumosus, Sitis.
          - *Deiectio* cibi absque excrementis.
          - *Dolor* nullus.
        - *Materialis*
          - *Deiectio* cibi cum excremẽtis biliosis.
          - *Ructus* fumosus, Sitis.
          - *Dolor* nullus, &c.
    - *Instrumentalis*, vel potiùs continui solutionis
      - *Exulcerationis*
        - *Erosionis* sensus.
        - *Deiectio* cum vehementi dolore, morsione, &c.
      - *Dysenteriæ* magnę præcẽdentis, signa ppria dysenterię.
  - *Curatio.* Vide in sequentibus signum A.

A. Lien-

*Lienteriæ* curatio indicationib. perficitur. Quare

- *An* intentionibus noſtris ſatisfacere poſſim⁹, indicat
  - *Cauſæ* affectus. Nam — *Quæ* fit ab humorum acredine, abraſa ſuperficie, ceſſante humorum malignitate ſtatim ſanatur cibis ac potibus, quæ vim denſandi habent. Quæ ſi longiori tempore perſeueret, in dyſenteriam tranſmutatur.
  - *Symptomata* ſuperuenientia. Nam
    - *Inteſtinorum* leuitas cum ſpirandi difficultate, & lateris punctura, in tabem deſinunt.
    - *Eructatio* ſuperueniens, bonum.
    - *Quæ* fit ex dyſenteria præcedenti, incurabilis eſt.
    - *Vomitus* in lienteria, malus eſt.
  - *Longitudo* morbi. Nam in longis leuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidi ſupreuenerint, qui priùs non erant, ſignum bonum.
- *Quid* fieri debeat, indicat ſympto matis cauſa, ſcilicet morbus
  - *Similaris* ſeu intẽperies
    - *Calida*
      - *Immaterialis* quæ ſui ablationẽ indicat, quod fiet partim
        - *Victus* ratione inſtituta ſecundum
          - *Qualitatem* cõtrariam: nempe refrigerãtem. Quare
            - *Aer* eligatur ad frigidum vergens.
            - *Somni* ſolitis ſint longiores.
            - *Frictio* ſit ſimplex & parca.
            - *Animi* affectus immodici fugiendi.
            - *Cibus* ſit modicè aſtringens: vt
              - *Panis* bene elaboratus.
              - *Caro*: *Gallinarum*. *Columbarum*. *Perdicum*. *Phaſianorum*. *Leporum*. *Capreolorum*.
              - *Vitella* ouorum aſſa & aceto intincta.
              - *Ex* oleribus: *Cichorium*. *Endiuia*.
              - *Ex* fructib.: *Mala* cotonea. *Pira*. *Sorba*. *Meſpila*. *Corna*. *Vua*, &c.
            - *Potus*
              - *Vinum*: *Aquoſum*. *Tenue*. *Subaſtringens*.
              - *Aqua* ferrata.
              - *Lac* calidum mulctum.
          - *Quantitatem* decentem: quæ modica ſit pro temperatura, virium robore, &c.
        - *Medicamẽtis* contrariis, ſcilicet aſtringentibus, & refrigerantibus: quorum alia
          - *Intrinſecùs* ſumuntur: vt
            - *Semen* plãtaginis ſiccum, tritum, ac potatum.
            - *Teſtæ* cancrorum fluuialium vſtæ & tritæ, cochleari menſura cum aqua potatæ.
            - *Semen* capitis papaueris.
            - *Croci* Martis ʒ.ß. cum conſerua roſarum.
            - *Mora* immatura.
            - *Radix* rubi.
            - *Syrupus* de Ribes, vel Roſis.
            - *Trochiſci* de ſpodio, de terra lemnia.
            - *Gallinarum* ventriculi deſiccati, &c.
          - *Extrinſecùs* applicantur: vt
            - *Oleum*: *Roſaceum*. *Myrthinum*. *Cotoneorum*.
            - *Vnguentum* huiuſmodi: ℞. *Olei* de abſynthio ʒ.ß. *Santalorum*, coral. rub. ana ʒ.ii. *Hypocyſtidis*, balauſt. acacię, ana ʒ.i. *Maſtices* ʒ.ß. cum pauca cera & vino fiat vnguentum.
            - *Sacculus* ex roſis, ſantalis, coralliis, balauſtio, hypociſtide, cort. citri, maſtice, &c.
            - *Malum* cotoneorum in vino aſtringenti cõctum, atque ventriculo applicatum.
      - *Materialis*, quæ auferenda eſt medicamentis cõtrariis: & vel humoris
        - *Qualitati*: nempe alterantibus & præparantibus: vt eſt
          - *Syrupus*: *Roſarum*. *Myrthinus*. *Endiuiæ*.
          - *Oxyſaccharum*.
          - *Succus*: *Citoniorum*. *Mali* citri cum aqua plantaginis.
        - *Quantitati*: ſcilicet euacuantibus, vel per
          - *Vomitum*: ſi ad vomendum proni ſunt, tunc competit à cœna, vel ieiuno, maximè ſi humores in ventriculo fuerint collecti.
          - *Alvum*: vt eſt — *Potio* talis: ℞. *Cort.* mirob. citrin. ʒ.iii. *Tamarindorum* ʒ.vii. Fiat decoctum in aqua cichorij & acetoſæ, in cuius quãtitate ſufficiente diſſolue. *Mannæ* ʒ.i.ß. *Rhabarbari* electi ʒ.i. Miſce, & fiat potus.
          - *Extractum* rhabarbari, &c.
    - *Frigida*. Vide in ſequenti ſigno B.
  - *Cõmunis* tũ ſimilari, tum inſtrumentali, ſeu exulceratio, cuius modus curationis in cura dyſenteriæ patebit.

B. In-

B. *Intemperies* etiã frigida

- *Immaterialis* sui ablationẽ indicat qđ fiet partim
  - *Victus* ratione ornata secũdum
    - *Qualitatem* cõtrariam, videlicet calefacientem, & leuiter astringentem. Quare
      - *Aer* ad calidum declinet.
      - *Somnus* sit moderatus, non diuturnus.
      - *Frictiones* fiant à somno, primò crurum, deinde brachiorum, postremò dorsi.
      - *Animi* sit tranquillitas.
      - *Cibus* sit
        - *Ex* mica panis cum iure gallorum, vel carnis bubulæ.
        - *Caro* { *Pullorum*, *Perdicum*, *Caponum*, *Veruecina*, *Leporina* } assata potiùs, atque inspersa { *Cinnamomo.*, *Garyophyllis.*, *Galanga.*, *Aniso*, &c.
        - *Assus*, sine lardo.
        - *Oriza* cum lacte cocta.
        - *Oua* indurata, &c.
        - *Brassica* bis cocta, &c.
      - *Potus.* Vinum rubrum, aqua ferrata dilutum, &c.
    - *Quantitatem* congruentem: quæ minor esse debet. vt auidiùs cibum appetant, & illum retineant.
  - *Medicamẽtis* calefacientibus & leuiter astringentibus: quorum alia
    - *Intrinsecus* sumuntur vt sunt
      - *Syrupus* de mentha, vel absynthij, cum pauco cinnamomo, galangæ & cal. odorati.
      - *Electuarium*
        - ℞. *Margaritarum* electarum ʒ.i.
        - *Thuris* ʒ.S. Masticis ʒ.i.S.
        - *Nucis* moschatæ, Macis ana ʒ.S.
        - *Corall.* rubr. boli armeni, Lapidis hæmatitis, ana ʒ.ii. Fiat puluis subtilis, infundatur postea in syrupi de mentha ℥.i. modicè calefiant, stent tribus horis postea addantur conseruæ ros. vetustissimæ ℥.iii. Diacitonij, aromat. ros. dialangæ, ana ℥.i. cum syrupo de mentha: fiat mistura auro cooperta.
      - *Eclegma*
        - *Ex* tribus partibus succi granatorum acidorum, & vna succi menthæ, adiecto melle.
        - *Ex* oxysaccharæ ℥.i. & syrupi de mentha ʒ.iii. quo per interualla cochleari pleno vtantur.
      - *Diacitoniten* cum aromatibus.
      - *Miloplacenta* cum aromatibus.
      - *Theriaca* Zingiber conditum.
      - *Mitrhidatum*, Diagalanga.
      - *Micleta*, Aromat. ros.
      - *Croci* martis ℈.i. vel ʒ.S. cum conserua menthæ sumpta.
      - *Olei* ferri guttæ aliquot cum vino nigro sumptæ.
      - *Thus* fabæ pondere in vino nigro, vel succo sanguinariæ, sumptũ.
      - *Mastix* pari modo sumpta.
      - *Venter* gallinæ viridis, cum vino nigro potatus.
      - *Spiritus* coralliorum cum vino bibitus.
      - *Cornu* cerui vstum cum vino, &c.
    - *Forinsecus* applicantur: vt
      - *Oleum*
        - *Mastichinum.*
        - *Absynthij.*
        - *Nardinum.*
        - *Nucis* moschatæ, &c.
      - *Vnguentum*
        - *Vnum*
          - ℞. *Olei* mastichini, absynthij, ana ℥.i.
          - *Olei* myrthini ℥.S.
          - *Cinnamomi*, galangæ, maceris, ana ʒ.S.
          - *Spicæ* ℈.ii.
          - *Masticis* ʒ.i. cum cera & vino fiat vnguentum.
        - *Alterum*
          - ℞. *Olei* absynthij, nardini, ana ℥.ii.
          - *Cotoneorum* ʒ.i.
          - *Garyophyllorum*, nucis moschatæ, macis, galangæ, cinnamomi, spicæ nardi, ana ʒ.i.
          - *Rosarum*, florum œnantæ, ana ʒ.S.
          - *Ceræ*, quantum sufficit: fiat vnguentum.
      - *Emplastrum*
        - *Vnum*
          - ℞. *Olei* nardini, absynthij, menthæ, ana ʒ.S.
          - *Menthæ* aridæ, absynthij, maceris, mastichis, ana ʒ i.
          - *Ceræ*, q.s. fiat emplastrum, addita resina terebynthina.
        - *Alterum*
          - ℞. *Panis* candidi ℔.i.
          - *Absynthij* sicci, menthæ, ana M.i.
          - *Cort.* citri ℥.ii.
          - *Carnis* cotoneorum quart.i.
          - *Cort.* mali granati ℥.i. Coquantur in vino styptico. Contundantur, & per cribrum mittantur, quibus adde
          - *Ladani*, hypocystidos ana ℥.S.
          - *Cyperi*, galangæ, caryophyllorum, mastichis, cardamomi, macis, nucis moschatæ, ana ʒ.ii.
          - *Spicæ* nardi ʒ.i. Incorporentur simul, addendo
          - *Olei* absynthij. myrthini, q.s. fiat emplastrum scutiforme.
        - *Tertium*, Emplastrum diuinum. additis caryophyllis, galanga, mastiche, &c.
      - *Cerotum* stomach. Gal.
      - *Sacculus*
        - ℞. *Menthæ*, absynthij, ana P.i.
        - *Cinnamomi*, ligni aloes, corticum citri, masticis, ana ʒ.ii.
        - *Caryophyllorum*, maceris, galangæ, calami aromat. ana ʒ.i.
        - *Rosarum* rubrarum siccarum P.i.
        - Fiat sacculus.
- *Materialis.* Vide in sequenti signo C.

C. *Intem-*

C.
*Intemperies* quoq. frigida materialis, nempe pituita, sui ablationem indicat: quod perficitur partim
- *Victus* ratione præcedenti.
- *Medicamentis* cõtrariis: atque vel humoris
  - *Qualitati*: videlicet alterantibus, præparantibus & concoquẽtibus: vt sunt
    - *Syrupus de*
      - *Corticibus* mali citri.
      - *Absynthio.*
      - *Mentha.*
    - *Mel* rosaceum.
    - *Oxymel*
      - *Simplex.*
      - *Compositum.*
    - *Acetum* scilliticum, &c.
  - *Quantitati*: scilicet euacuantibus: vt
    - *Agarico* trochiscato in melle infuso.
    - *Hiera* diacolocynthide.
    - *Diaphœnicone.*
    - *Pilulis*
      - *Hieræ* S.
      - *Hieræ* cum agarico.
      - *Alephanginis.*
      - *Stomachicis.*
      - *Mastichinis*, &c.
    - *Potione*
      - ℞. *Myrobal.* chebulorũ ʒ. S. Infundantur in aqua meliss. & borraginis. & facta forti expressione, in ea dissolue.
      - *Syrupi* rosati laxatiui ʒ. ii. Agarici ʒ. i. Misce, & fiat potio.

# De dignotione & curatione Cœliacæ affectionis.

*Cœliaca* affectio velox quidã est exitus eorũ, quæ per os assumũtur: verùm non omnino crudorum & incoctorum, vt in leuitate intestinorum: cuius
- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: nimirum Ventriculi & intestinorum
    - *Deiectio* eorum, quæ per os sumuntur.
    - *Concoctio* læsa.
  - *Symptomatis*
    - *Noxa* actionis retentricis & concoctricis.
    - *Egestio* excrementorum humidorũ, ventre præ imbecillitate ea digerere nequeunte, & non cibi crudi & incocti per inferna excretio.
    - *Egestio* assidua, aliquando fœtida, cum animi deliquio.
    - *Ciborum* auersio.
    - *Decoloratio* sequitur.
    - *Gracilitas*
    - *Alimenta* cruda, humentia imperfectáq. excreta, quanquam quæ assumpta sunt, non ita celeriter, veluti in lienteria, egerantur, &c.
  - *Causæ* symptomatis: quæ cùm non differant à causis lienteriæ, nisi maioris ac minoris saltem ratione, facilè ex prædictis, quæ in lienteria dicta sunt, dignoscuntur.
- *Curatio* indicationib. absoluitur. Itaque
  - *An* fieri possit, indicat tẽpus
    - *Morbi.* Nam
      - *Hic* affectus, curatione ab initio adhibita, facilè tollitur: postea verò difficiliùs.
      - *Si* diutius duret, aut ad magnam omnino desperationem res deuenit, aut in atrophiam perducit, &c.
    - *Anni.* Nam affectus hic autumno incipiens, si ad hyemem vsque se extendat, difficilius omnino curatur.
  - *Quid* fieri debeat: vide in curatione lienteriæ.

# De Curatione Choleræ.

*Cholera* est immoderata perturbatio, quæ per aluum & vomitũ. propter stomachi subuersionem offensionémq. prouenit Vel est acutus affectus cũ vomitu bilioso aluíque deiectione, sine febre ferè, quę vel vno die, vel altero, vel certè paucis hominem rapit: cuius
- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: nempe Ventriculi & intestinorum
    - *Deiectio* & vomitus simul.
    - *Inflatio* ac intestinorum torsio.
    - *Nausea*, Vomitus.
  - *Symptomatis*
    - *Facultas* expultrix deprauata.
    - *Vomitus* biliosus, nidorosus & acidus, ad plures horas continuè perseuerans.
    - *Deiectio* per inferna.
    - *Ventriculi* & intestinorum morsus.
    - *Syncope*, *Sudor*, *Pulsus* inæqualis & paruus — interdum.
    - *Conuulsio* crurum & brachiorum nonnunquam.
    - *Situs*, Ciborum cruditas.
    - *Bilis* per inferna & superna excretio.
  - *Causæ* symptomatis
    - *Internæ*: videlicet Bilis copiosæ. Ex propriis signis dignoscitur.
    - *Externæ*
      - *Cibi*
        - *Copiosi.* Ex laborantis vel astantium sermone intelligitur.
        - *Praui*
          - *Pepones*, Melopepones.
          - *Mala* armeniaca.
          - *Chrysomela*, Nuces.
          - *Amygdala*, Cepæ, Allium.
          - *Pingues*, *Dulces*, *Oleosi* — cibi, &c.
      - *Medicamẽtorum*
        - *Calidorum* & vomitum cientium: vt
          - *Veratrum.*
          - *Colocynthis.*
          - *Scammonea.*
        - *Frigidorum*
          - *Intrinsecùs* sumptorũ: vt aquę frigidę vsus.
          - *Ab* extrà adhibitorum. Natatio in aqua frigida, &c.
- *Curatio.* Vide in seq. signum A.


A. Cholerae curatio indicationibus perficitur. Quare
An fieri possit, indicatum
Symptomatis magnitudo. Nam acutissimus est affectus, & syncopem insignem inducit, & immodicam virium resolutionem.
Tempus
Morbi. Nam in hoc affectu etiam exigua & leuis curandi mora, absolutam tabem conciliat.
Anni. Nam cholericae affectiones magis in æstate fiunt, & febres intermittentes, & quibus errores accidunt, eæ quandoq. malignæ fiunt, & ad morbos acutos perueniunt, &c.
Quid fieri debeat, indicatum
Causa symptomatis
Interna
Primò materialis, nempe bilis immodica, quę sui ablationem indicat: ꝙ fiet partim
Victus ratione instituta secundum
Qualitatẽ contrariã, videlicet refrigerantẽ & astringentem. Quare
Aer calidus attemperandus: si frigidus fuerit, seruandus est.
Somnus est conciliandus.
Quies procuranda est.
Cibus sit
Panis in succo granatorum infusus.
Hordeatum cum aqua ros. & saccharo.
Ius gallinarum.
Ouа parum indurata.
Caro
Perdicum
Turturum
Turdorum
Pullorum
Columbarum
Pauonũ Ind.
baculis myrthi aut rubi cõfixa, assa, atq. cum succo aranzij, aqua ros. & vino austero consperſa.
Gelatina cum succo granatorum destillata.
Lens elixa in iure pulli, excorticata, & aceto insperso.
Ex olerib.
Lactuca
Pamp. vitis
Endiuia
cum aceto elixa.
Ex fructib.
Mala punica.
Sorbæ.
Corna.
Pira.
Cotonea.
Poma austera.
Myloplacenta.
Vua acerba.
Potus: aut
Aqua
Cinnamomi.
Chalybeata.
Vinum
Nigrum.
Austerum.
Aqua chalibeata dilutum.
Quantitatem commodam, quæ moderata esse debet pro ratione virium, ætatis, consuetud.
Medicamentis cõtrariis: atque vel humoris
Qualitati: nempe alterantibus, præparantibus & corroborantibus: vt sunt
Syrupus
Myrthinus.
Ex rosis siccis.
Granatorum.
Lemonum.
Acetos. citri.
Omphacinus, &c.
Miua citoniorum.
Rob de ribes, &c.
Quantitati: videlicet euacuantibus. Verùm cùm cholera ferè totũ humorem, & plus quãsatis est, euacuet, euacuantibus rarò, vel omnino non vtendum. Si tamen euacuandum sit, euacuetur
Primò p vomitũ, si ad vomẽdũ sint apti,
Aquæ tepidæ multæ potũ.
Digitis in os immissis.
Pennis in os impositis.
Deinde, si opus fuerit, per alũ, aut
Inferiùs impositis, nempe clysteriis, &c. addiuersionem, &c.
Superiùs per os sumptis: vt est
Rhabarbarum.
Myrobalan. cittinorum.
Extractum rhabarbari.
Syrupus ros. laxatiuus, &c.
Deinde immaterialis, seu intemperies calida. Vide in seq. signum B.
Externa. Vide in seq. signum C.
Symptoma. Vide in seq. signum D.

B. *Causa* etiã symptomatis immaterialis, seu intemperies calida ipsius ventriculi, sui ablationẽ indicat: quod commodè fieri poterit partim

- *Victus* ratione præcedenti.
- *Medicamẽtis* cõtrariis: videlicet refrigerantibus, astringentibus, ac corroborantib. quorum alia
  - *Intrinsecùs* sumuntur: vt sunt
    - *Syrupi*
      - *Vsuales*
        - *Rosatus*
        - *Myrthinus*
        - *Granatorum*
        - *De* malis cotoneis
        - *De* vua acerba
      - *Magistrales*
        - *Alter*
          - ℞. *Iulapij* ros. ℥.iij.
          - *Succi* granat. ℥.j.S.
          - Misce.
        - *Alter*
          - ℞. *Succi* granat. ℥.ij.
          - *Succi* menthæ depurati ℥.S.
          - Misce.

      quibus vtantur breuib. interuallis, duobus aut tribus cochlearibus.
    - *Conserua* rosarum.
    - *Diacitonium.*
    - *Myloplacenta.*
    - *Spiritus* coralliorum, margaritarum.
    - *Succus* pampinorum vitis.
    - *Amylum* cum succo mali punici.
    - *Puls* ex hordeo cum succo mali punici, &c.
  - *Extrinsecùs* applicantur: vt sunt
    - *Olea*
      - *Vsualia*
        - *Rosaceum.*
        - *Myrthinum.*
        - *Cotoneorum.*
        - *Lentiscinum.*
        - *Omphacinum.*
      - *Magistralia*
        - *Alterum*
          - ℞. *Olei* violarum, Omphacini, ana ℥.ij.
          - *Cotoneorum*, Myrtillorum, ana ℥.j.
          - *Aceti* & vini parum, misce.
        - *Alterum*
          - ℞. *Olei* cotoneorum, Myrtillorum, ana ℥.iij.
          - *Menthæ* ℥.S.
          - *Aceti* parum, misce.
    - *Puluis*
      - ℞. *Spicæ* nardi, Squinanthi, Ciperi, macis, ana ℈.j.
      - *Rosarum*, myrtillorum, santali, coriandri, ana ʒ.S.
      - *Corall.* rub. ʒ.j.
      - Fiat puluis tenuissimus, quo aspergatur ventriculus post inunctionem.
    - *Vnguẽtum*
      - ℞. *Massæ* emplastri pro matrice, vel de pelle arietina ℥.ij.
      - *Corall.* rub. coriandri, santali, seminis berberorum, rhus, gallarum, ana ʒ.ij.
      - *Olei* cotoneorum, lentiscini, ana ʒ.ij.
      - *Ceræ*, q.s. fiat vnguentum.
    - *Fotus*
      - *Vnus*
        - ℞. *Cort.* quercus ℥.ij. summitat. pyri syluestris M.ij. cort. mali granat. balaustiorum, Sumach, berberorum, gallarum, ana, ℥.j. rosarum P.i. fiat decoctio in aqua & pauco aceto pro fotu.
      - *Alter*
        - *Santalorum* rub. rosarum, ana ʒ.ij. galliæ moschatæ ʒ.S. Caphurę g.v.
        - *Aquæ* ros. ℥.iiij, Aceti ℥.j.S. misce, in quo panniculi mersi & expressi, frigidi toti ventriculo applicentur.
      - *Tertius*
        - ℞. *Succi* malorum cotoneorum.
        - *Succi* pampinorum vitis, ana ℥.ij.
        - *Succi* menthæ ℥.j.
        - *Pulueris* malicorij & acaciæ, ana ʒ.i.
        - Linteum madefactum ventri imponatur.
    - *Emplastra*
      - *Vsualia*
        - *Ceratum* stomachicum Gal.
        - *Emplastrum* de mastice.
        - *Emplastrum*
          - *De* pelle arietina.
          - *Pro* matrice, &c.
      - *Magistralia*
        - *Vnum*
          - ℞. *Masticis* ℥.ij. cum oui albumine & oleo cotoneorum dissoluatur.
        - *Alterum*
          - ℞. *Olei* cotoneorum, myrthini, ana ℥.ij. Hypocystidis, acaciæ, rhu, ana ʒ.ii. Corall. rub. ʒ.i. cum cera & resina fiat emplastrum.
        - *Tertium*
          - ℞. *Olei* nardini, mastichini ana ℥.i.
          - *Olei* myrthini ℥.iii.
          - Calentibus venter lana foueatur.
        - *Quartum* emplastrum ex palmulis elixis in aceto, malaxatis deinde in oleo cotoneorum, & addita acacia, &c.

C. *Causa* etiã externa, videlicet cibus copiosus sumptus, vel corruptus in vẽtriculo, sui ablationẽ indicat: quod fiet partim

- *Victus* ratione instituta secundum conuenientem qualitatem & quantitatem, quæ ferè eadem est cũ ea, quã in tabula de leuitate intestinorum descripsimus, nisi quòd leuiter astringentia, nedum in cibis ipsis permiscери debẽt, aut parùm antè assumi, sed etiam post eos, cùm simul ingruat vomitus, & alui fluor, quanquam & ea quoq; moderata esse debent, nec à principio. Nam si quis in principio, aut coaceruatim ea quæ efferuntur cohibere aggrediatur, is maioris mali author erit.
- *Medicamentis* contrariis: atque vel corruptorũ alimentorum quantitati
  - *Fluenti.* Quare inutilia cùm sint, & non omnino sponte ferantur, tunc ab initio ad excretionem iuuanda sunt, per
    - *Vomitum*
      - *Aquæ* tepidæ copiosæ potu.
      - *Digitis* immissis.
      - *Pennis* oleo intinctis, atque in os impositis.
    - *Aluum.* Nam vbi procliuiora fuerint alimenta corrupta, vt per aluũ excernantur, eadémq. via natura expellere tentet, cõuenit iuuare excretionem per sedem, purgantibus tamen medicamentis leuioribus vtendo, diuersis pro natura corruptorum alimentorũ, præsertim eis, quorum mentionem fecimus in tabula de lienteria, quæ iterum in pauca exhibeantur quantitate, ne in grauiora pericula ægri ex immodica vacuatione ducantur.
  - *Sistenti:* vt sunt corroborantia. Nam vbi humorum excretio quieuerit, venter corroborandus est: quod fiet medicamentis partim
    - *Intrinsecus* sumptis: vt
      - *Cotoneis*, Mespilis, Sorbis.
      - *Malis* punicis, Piris astringentibus.
      - *Bolo* armeno.
      - *Thure*, Berberis, Coralliis.
      - *Vnionibus*, Coriandro, Rosis cõditis, &c.
    - *Extrinsecus* applicatis: vt
      - *Oleo*
        - *Mastichino.*
        - *Absynthino*, Nardino.
        - *De* mentha, &c.
      - *Vnguento*
      - *Emplastris*

      } suprà dictis.

D. *Symptoma* quoque quid fieri debeat indicat. Nã superuenientẽ

- *Vomitu* immodico, primò sui ablationẽ indicat: quod fiet partim quibusdam
  - *Extrinsecùs* administratis: vt sunt
    - *Frictiones* mediocres per manus adhibitæ, crurum & brachiorum.
    - *Vincula* articulorum, seu extremorum.
    - *Cucurbitula* inter ventriculum & umbilicum affixa. Ab ea namq; cibus retinetur, & humor diuertitur. Interim dum ea fixa est, cibum exhibebis. Breuibus interuallis cucurbitulã figes, & refiges, & ita nutries.
    - *Dropax* ex quatuor partib. picis & olei, vna cotoneorũ, vnà liquatis, deinde extensis in aluta.
    - *Tabella* eboris ventri admota.
    - *Emplastra*
      - *Officinalia*, emplastrum de
        - *Ranis* Mesuæ.
        - *Mica* panis, &c.
      - *Magistralia*
        - *Vnum*: ℞. *Miscæ* panis assæ ℔.S. decoquatur in aceto & vino austeró, cui adde menthæ M. j. galliæ moschatæ, caryophyl. macis, ana ʒ.S. Sandali, coriandri, myrtillorũ, sumach, an. ʒ.ij. extendatur supra pannum, & applicetur.
        - *Alterum*: ℞. Mastichis ʒ.j. puluerizetur & incorporetur cum albumine oui, & admoueatur.
        - *Tertium*: ℞. Acaciæ ʒ.iij. Dissoluatur in aceto, & applicetur.
        - *Quartum*: ℞. *Ladani*, hypocystidis, ana ʒ.iij. *Acaciæ* ʒ.j. Dissoluãtur in vino astringenti, vel oleo mastichino.
        - *Quintum*: ℞ *Farinæ* lentium quart. j. *Sumach* Berberorum, coriandri, thuris, ana ʒ. ij. *Succi* plantag. aut coton. aut sorbor. aut rubi q.s. misce.
  - *Intrinsecùs* sumptis: vt sunt
    - *Trochisci* Rhazæ
      - ℞. *Mastichis*, Boli armeni, Thuris, ana ʒ. ij.S.
      - *Carabe*, Cardamomi, ana ℈. ij.
      - *Caphuræ*, Gallmosch. Caryophyl. ana g.v. cum succo granatorũ, fiant trochisci pondere ℈. iiij. Detur vnus, superbibatur ʒ.j. succi granator. &c.
    - *Trochisci* de electro Galeni cum aqua plantaginis, aut succo mali punici, sumpti, &c.
- *Syncope*, primò curanda est, tum
  - *Aspersione* faciei cum aqua frigida, aqua rosarum, adiecto vini odoriferi momento.
  - *Odoratu*
    - *Mali* granati.
    - *Aceti* rosacei.
    - *Panis* vino imbuti.
  - *Gomestione* micæ panis vino imbutæ, vel suctione.
  - *Supra* dictis exteriùs admotis, &c.
- *Virium* lapsu, quæ priùs reficiendæ sunt, tum
  - *Victu*: vt
    - *Pullo* minutim concisso, cum succo aurantiorum.
    - *Perdice*, Hordeato.
    - *Malis* cotoneis.
    - *Vino* austero, aqua chalybeata dilutum, & modicè sumptum, &c.
  - *Medicamentis*
    - *Exteriùs* naribus admotis: vt
      - *Acetum* rosaceum.
      - *Mica* panis vino imbuta, &c.
    - *Intrinsecùs* sumptis: vt
      - ℞. *Myrobal* conditarum num. j. Conseruæ ros. vet. ʒ.j. Carnis coton. ʒ.ij. Coral. rub. ʒ.iij.
      - *Margaritarum* præparatarum ʒ.S.
      - *Frag.* lap. preciosi ana ℈.j. Boli armeni ʒ.j.
      - *Sacchari* rosati tab. q.s. fiat cõditũ auro obductum.
- *Spasmo*, primò curandus est fotu ex oleo anethino aut irino. Fouetur spina, musculi conuulsi, articuli, &c.
- *Vigilia*, curanda priùs est illitionibus somniferis.
- *Siti*, extinguenda est, tum
  - *Syrupis* refrigerantibus.
  - *Hordeato*, &c.

De

# De curatione Diarrhœæ, seu profluuii alui.




A. Diarrhœas curatio indicationibus perficitur. Quare
Quid fieri debeat, indicatum
An fieri possit, indicat
Symptomatis causa. Nam
Alui profluuij curatio in febribus difficilior est.
Deiectio
Glutinosa, candida & subcrocea, mala.
Nigra, exitiosior.
Versicolor, diuturnior.
Diarrhœa in
Tabe
Hydrope
mortalis.
Symptoma. Nam longum alui profluuium spontaneus vomitus soluit.
Tempus. Quoniam diarrhœa in principio morbi eueniens suspecta est habenda, & maximè quando est violenta, & ad ipsam non sequitur leuitas, sed potiùs grauitas.
Pars affecta. Nam in
Hepatis
Lienis
Ventriculi
affectibus, atque in declinatione vtilissima diarrhœa est.
Pulmonũ
Costarum
affectibus, periculosa est.
Causa symptomatis,
Materialis: scilicet humor, qui primò sui ablationẽ indicat. Itaq.
Bilios us, aufertur partim
Victus ratione instituta secundum
Qualitatẽ contrariã: nempe refrigerantẽ. Quare
Panis cũ pauco furfure & anisо sit præparatus.
Caro
Pullorum
Turturum
Perdicum
Passerculorum
Columbarum
assa, atq. cũ succo arantiorũ, aut vuę acerbæ, &c.
A iusculis abstineant.
Oryza in lacte cocta.
Lens cocta.
Potus aqua hordei.
Quantitatem moderatam.
Medicamentis cõtrariis: videlicet euacuantibus & purgantibus: vel
Clysteris, ex hordei & violarum decocto, cassia & oleo violaceo, &c.
Rhabarbaro.
Diacatholicone.
Myrobalanis citrinis.
Tamarindorum decocto.
Extracto rhabarb. &c.
Pituitosus, tollitur partim
Victus ratione excalfaciẽte. Itaque
Cibus
Caro
Pullorum
Perdicum
Columbarum
Caponum
cum cinnamomo, caryophyllis, & mentha condita.
Oryza
Lens
cocta, &c.
Non humidus. vnde à iusculis abstineant, &c.
Potus. Vinum nigrum, austerum, &c.
Medicamentis purgantibus: & vel
Agarico in aqua endiuiæ diluto.
Diaphœnicone.
Clysteris ex betæ aut mercurialis decocto, cum melle & sale, &c.
Melancholicꝰ adimitur partim
Victus ratione excalfaciente, suprà dicta, &c.
Medicamentis contrarijs: & vel humoris
Qualitati, nempe alterantib. & præparantibus: vt syrupo
De fumaria.
De lupulis.
De succo borraginis.
De epithymo, &c.
Quantitati, scilicet purgantib. vt
Decocto
Senæ.
Epithymi.
Myrobalan. Indorum.
Polypodij, &c.
Pilulis de fumo terræ.
Extracto confect. Hamech.
Clysteris ex hordei decocto, oleo anethino, melle, rosaceo, &c.
Immaterialis, videlicet intemperies, quæ per contraria corrigenda.
Symptoma. Vide in seq. signum B.
Pars affecta, &c. Vide in seq. signum C.

B. Sym-

B. *Symptoma*, seu alui fluor, sui etiam ablationem indicat. Is namque post purgationem sufficiēter factam, cō stringendus est, atque vel astringētibus

- *Frigidioribus* (vt in diarrhœa biliosa) tū
  - *Victus* ratione. Quare
    - *Fricliones* extremarum partium faciendæ.
    - *Vincula* extremis partibus adhibenda.
    - *Cibus* sit
      - *Caro* { *Pullorum*, *Perdicum*, *Turturum*, *Turdorum* } assa, atque cum succo arantiorum præparata.
      - *Lac* coctum atqus chalybeatum.
      - *Oryza* cum lacte cocta, &c.
    - *Potus*, aqua chalybeata.
  - *Medicamentis*
    - *Intrinsecus* sumptis: cuiusmodi est
      - *Syrupus* granatorum, myrthinus, de rosis siccis.
      - *Iulep* rosarum.
      - *Mixta* citoniorum.
      - *Rob* de ribes.
      - *Conserua* rosarum.
      - *Crocum* martis.
      - *Oleum* ferri.
      - *Corallium* } vstum.
      - *Cornu* cerui } vstum.
      - *Opiata*
        - R. *Carnis* cotoneorum condit. ℥.j.
        - *Cort.* citri ℥.S.
        - *Corall.* rub. ʒ.iij.
        - *Acaciæ* ℥.j.
        - *Diamarg.* frig. ʒ.ij.
        - Cum syrupo cotoneorum fiat opiata.
    - *Extrinsecus* applicatis: vt sunt
      - *Epithemata*, seu fotus
        - *Alter*, ex decocto rosarum & myrthi, quo anus foueatur.
        - *Alter* ex
          - *Cort.* mali granati.
          - *Balaustiis.*
          - *Rosis.*
          - *Sem.* myrthi.
          - *Aceto*, & aqua, &c. quo vēter & anꝰ foueātur.
      - *Vngenta* ex
        - *Oleo* { *Cotoneorum.*, *Myrthino.* }
        - *Acacia.*
        - *Malicorio.*
        - *Hypocystide*, &c.
      - *Emplastrum* Clidium Mnasei, &c.
- *Calidioribus* (vt in diarrhœa pituitosa)
  - *Victu.* Quare cōueniūt
    - *Fricliones.*
    - *Vincula.*
    - *Caro* { *Pullorum*, *Perdicum*, *Caponum*, *Turdorum* } assa, atq; cinnamomo, caryophillis & mentha aspersa.
    - *Vinum* rubrum, chalybeatum, &c.
  - *Medicamentis*
    - *Intrinsecus* sumptis: vt sunt
      - *Syrupus* de { *Absynthio.*, *Mentha.*, *Cort.* mali citri. }
      - *Puluis* cort. cancrorum, sing. diebus bis sumptus.
      - *Theriaca*
      - *Mithridatum.*
      - *Pastilli* è succino, cum vino austero sumpti.
      - *Aromaticum* rosatum.
      - *Trochisci* diacorallorum.
      - *Mora* immatura cum vino austero bibita.
      - *Diacitonium* cum spec. calidis, &c.
    - *Extrinsecus* appositis: vt est
      - *Oleum* { *Absynthij.*, *Menthæ*, *Mastichinum.*, *Nardinum*, &c. }
      - *Emplastrum* de baccis lauri.
      - *Sacculus* ex { *Absynthio*, *Mentha*, *Cinnamomo*, *Acacia*, *Malicorio*, *Hypocistide* } vino odorato irroratus, calidusq; ventri applicatus.

C. *Pars* quoque affect a, quid fieri debeat, indicat. Nam venter affectus

*Per* eſſentiam, ſeu per ſe alterandus, corroborandus, aſtringendus eſt, cùm victus ratione, tum medicamentis intrinſecus ſumptis & forinſecus applicatis, vt antea dictum eſt.

*Per* conſenſum

*Cerebri* ſeu capitis, ſui ratio habenda erit. Quare ſi à capite defluat,

*Prius* euacuandum eſt

*Pilulis* *Cochiis* *Aureis* *Lucis*, &c. cum maſtiche.

*Maſticatorijs.*

*Errhinis*, &c.

*Deinde* alterandum, exiccandũ, corroborandũ, quod partim fiet

*Victus* ratione. Itaque

*Euitent* inſolationem & radios Lunæ.

*Fricetur* corpus, non caput.

*Cibus* ſit

*Panis* bis coctus.

*Caro* aſſa, abſtineãt à iuſculis, pinguibus, acribus.

*Oriza* torrefacta.

*Ventriculus* gallinæ elixus, vel aſſus, &c.

*Potus*, vel

*Aqua* chalybeata.

*Vinum* craſſum, aſtringens, non meracum, &c.

*Medicamentis*

*Intrinſecus* ſumptis: vt eſt

*Theriaca.*

*Mithridatum.*

*Syrupus* de *Stœchade.* *Betonica*, &c.

*Conſerua* *Anthos.* *Betonicæ.* *Maioranæ.* *Roſarum*, &c.

*Electuarium*

℞. *Conſeruæ* acorici ʒ.ij.
*Carnis* cotoneorum ʒ.j.
*Conſeruæ* anthos ʒ.S.
*Aromat.* roſ. ʒ.vj.
*Diagalangæ* ʒ.j.
*Pul.* inteſt. gallinæ ʒ.j.
*Coral.* rub. vſt. ʒ.j.
*Rad.* biſtortæ ʒ.S.
Cum ſyrupo de mentha, vel Citoniorũ fiat electuariũ.
*Capiat* ʒ.ij. duab⁹ aut tribus horis ante paſtum.

*Extrinſecus* applicatur: vt ſunt

*Sacculus*

℞. *Florum* ſtœchados, anthos, ana P.iij. Furfuris M.j.
Frigãtur in ſartagine, irrorãdo vino generoſo: & applicetur capiti.

*Emplaſtrum*

*Alterum*

℞. *Gũmi* ammoniaci, bdel lij, opopanacis, ana ʒ.S.
*Maſtices* ʒ.j. extendatur ſuper alutã piſtillo calido, & ſupra commiſſuram coronalem & ſagittalem applicetur.

*Alterũ*, ex pice liquefacta & remollita oleo nardino: addendo pul. caryophil. nucis moſchatæ, &c.

*Lixiuium* ex cineribus quercus, ſale, flor. anthos, roſ. ſaluiæ, chamomillæ, &c.

*Fumigium*, &c. ex ladano, hypocyſtide, maſtice, thure, nuce moſchata, roſis, coriandris, &c.

*Hepatis* (vt in diarrhœa bilioſa) cui ſuccurrendũ erit primò. Quare aut

*Cucurbitula* ſuper illam partem appoſita poſt ſufficientem euacuationem, fluxum humoris poterit cohibere, & erit interea venter cohibendus aſtringentibus, &c.

*Venæ* ſectio internæ lateris dextri cohibere poterit, &c.

*Lienis.*

*Totius* Venæ mediæ ſectione cohibetur, &c. Item frictionibus, vinculis, & cibis & medicamentis aſtringentibus. &c.

De

# De curatione Dyſenteriæ.

*Sanguinolentæ* excretionis differẽtiæ quatuor ſunt. Prima quidem ipſius ſanguinis in iis, quibus aliquis artuum eſt abſciſus: vel qui exercitationẽ dimiſerunt. Secunda ab imbecillitate ieco ris. Tertia eſt melancholici ſplendentisq; ſanguinis deiectio Quarta ( de qua hîc agendum)eſt inteſtinorum vlcus , quæ propriè Dyſenteria appellatur : cuius

*Curatio*, indicationib. perficitur. Quare

*An* fieri poſſit, indicat

*Dignotio*

*Partis* malè affectę: videlicet Inteſtinorum

- *Superiorum*
  - *Dolor* citra vel ſupra vmbilicum.
  - *Excrementorum* deiectio tardè poſt dolorem.
  - *Cruor* cum excrementis vniuerſis permiſtus.
  - *Actio* inteſtinorum læſa.
  - *Ramenta* excreta,&c.
- *Inferiorum*
  - *Dolor* infra vmbilicum.
  - *Cruor* excrementis ſupernatans.
  - *Abraſiones* pingues.
  - *Excrementorum* deiectio ſtatim poſt dolorem.

*Morbi*: ſcilicet vlceris

- *Dolor* mordax inteſtinorum.
- *Mordax* humor ab initio excretus.
- *Abraſiones* interaneorum ſequuntur.
- *Poſtea* parum cruoris,& puris nonnunquam.
- *Vlceris* cruſtulæ interdum deiectæ.
- *Stercus* cum guttis ſanguinolentis.
- *Frequens* deniendi cupiditas.
- *Dolor* in ano,& inteſtinorum,per totum ventrem,& tormina.
- *Febricula*,Sitis.
- *Ciborum* faſtidium.
- *Vigiliæ* interdum.

*Cauſæ* morbi

*Internæ*,nẽpe humorum acriũ: aut

- *Bilis* flauæ(ſiue ex toto,ſiue ex aliqua corporis parte ad inteſtina cõfluat,ſiue in ipſis fuerit genita)
  - *Egeſtiones* croceæ,flauæ.
  - *Aetas* iuuenilis.
  - *Temperamentum* bilioſum.
  - *Tempus* anni calidum.
  - *Victus* ratio ciborũ calidorũ , &c.
- *Pituitæ* ſalſę
  - *Egeſtio* alba,pituitoſa.
  - *Tempus* anni frigidum.
  - *Aetas* ſenilis.
  - *Temperamentum* frigidum.
  - *Vita* ocioſa.
  - *Crapula*.
  - *Victus* ratio copioſa & ciborum ſalſorum,&c.
- *Atræ* bilis aduſtæ
  - *Egeſtio* nigra.
  - *Autumnus*.
  - *Aetas* conſiſtens.
  - *Temperatura* frigida & ſicca,ſeu melancholica.
  - *Victus* ratio melancholica,&c.

*Externæ*:ſcilicet

- *Frigoris* vehementioris
- *Ardoris* nimij
- *Venenatorum* & purgantium pharmacorum
- *Ciborum* acrium & peregrinorum.
- *Cruditatum*, &c.

} Ab ægrotantium,vel aſtantiũ relatione dignoſcuntur.

*Cauſæ* morbi, Nam à

- *Flaua* bile ſæpe curatur.
- *Bile* atra aduſta,inſanabilis eſt.
- *Pituita* ſalſa,crudeliſſima eſt.
- *Cibis* acribus ſanabilis eſt.
- *Mordaci* humore abradente & abſtergente,fiens adhuc dyſenteria,ita vt quædam corpora pinguia duntaxat excernantur,facilè curatur ablata cauſa.

*Symptoma* ſu perueniens. Nam

- *Vbi* iam facta eſt dyſenteria,ita vt veluti carunculæ,id eſt,magnæ inteſtinorum partes excernantur,lethalis eſt.
- *Si* non adeò magnæ inteſtinorum partes excernantur,ne corpora duntaxat pinguia,ſed veluti ramenta quædam,facilè curatur.
- *Cibi* faſtidium in longis dyſenterijs,malum ſignum eſt: & cum febre peius.
- *Quæ* cum vehementi inflammatione & febri,grauis eſt.
- *Quæ* porri aſpectum habent,ſuntq; nigra,graueolentia,varia,peſſimæ ſunt.
- *Quæ* eſt cum pulſu vermiculoſo & formicante,qui non confortatur per cibos aſſumptos,& medicamenta,mortalis eſt.
- *Quæ* cum nauſea & vomitu eſt,mala eſt.
- *Mutatio* colorum,malum eſt.
- *Si* puſtulæ appareant,& ſubitò deliteſcant,malum.

*Pars* affecta. Nam vlcus in inteſtinis

- *Craſſis*, vel recto, faciliùs
- *Tenuibus*,& maximè in ieiuno,difficiliùs

} curatur.

*Tempus*. Quoniam,quæ longo tempore durauit,aut tollit hominem,aut excruciat,&c.

*Sextus*. Nam mulieres difficiliùs quàm viri,curam recipiunt.

*Aetas*. Siquidem ſenes,pueri,quàm iuuenes,difficiliùs curatur.

*Quid* fieri debeat. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. *Quid*

A. *Quid* fieri debeat, indicat tum
- *Causa* morbi: videlicet
  - *Bilis* flaua, q̃ sui ablationem indicat: quod fiet partim
    - *Victus* ratione, instituta secundum
      - *Qualitatem* contrariam: nempe refrigerantem, & modicè adstringentem maxime perseuerante morbo. Quare
        - *Aer* sit ad siccum & modicè ad frigidum declinans.
        - *Animus* sit tranquillus.
        - *Quies* sit corporis. Motus namque vitandus.
        - *Somnus* procurandus. Vigiliæ verò fugiendæ.
        - *Alui* excremẽta, si præter naturã detineãtur, clysteribus excernenda.
        - *Cibus* sit
          - *Panis* madefactus in lacte.
          - *Hordeatum.*
          - *Amylum* } cum lacte cocta.
          - *Oriza* }
          - *Puls* ex gallinarum iure, cum astringentibus.
          - *Lac* elixum.
          - *Puls* ex lentibus.
          - *Amygdalatum.*
          - *Oua* assata.
    - *Decoctio* prunorum.
    - *Medulla* passularum cum rhabarbaro, &c.
    - *Extracto* rhabarbari, &c.
- *Quantitatem* conuenientem: quæ augenda vel minuenda est pro ratione, temporis anni, regionis, naturæ, &c.
- *Tempus* commodum. Sic. { *Primò* alterantia, *Deinde* purgantia (sed non ante vigorem, vel declinationem morbi, vt deinceps sequitur) } præbenda sunt.

B. *Morbus* etiã, nempe inflãmatio, quid fieri debeat, indicat. Ea nanque curanda est tũ

- *Victus* ratione, *Chirurgia* } vt suprà dictum est.
- *Medicamentis*, exhibitis secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet { *Repellentem* primò, *Repellentem* & discutientem deinde, *Discutientem* & euacuantem postremò } vt sequitur.
  - *Quantitatem* debitam: quæ augenda minuendáve est, pro morbi vehementia, & pro ratione ætatis, temporis anni, consuetudinis, &c.
  - *Tempus* commodum. Sic in morbi
    - *Principio* re frigerandũ & repellendũ est, medicamentis
      - *Intrinsecùs* sumptis: per
        - *Os*: vt est syrupus
          - *Vnus* { ℞. *Decocti* hordei ʒ. iiii. *Syrupi* endiuiæ ʒ. ii. Misce, & fiat potus.
          - *Alter* { ℞. *Decocti* cichorij, endiuiæ, scariolæ ℔. i. Cui adde vini granatorum ʒ. ii. sacchari q. s. Fiat syrupus.
          - *Tertius* { ℞. *Syrupi* violacei ʒ. ii. *Decocti* hordei ʒ. iii. Misce.
        - *Sedem*: vt est clyster ex decocto hordei & maluarum cum sacchàro, aut ex sero lactis cum saccharo.
      - *Extrinsecùs* applicatis: vt
        - *Oleum* { *Rosaceum*, *Myrthinum*, *Cotoneorum* } addito pauco aceto.
        - *Epithema*
          - *Vnum* { ℞. *Succi* solatri tepidi ʒ. iiii. Cum linteolo aut stupis canabinis: fiat epithema regioni hepatis apponendum.
          - *Alterum* { ℞. *Aquæ* ros. ʒ. iiii. Aceti ʒ. S. *Santali* rubri & citrini, ana, ʒ. ij. *Camphoræ* ℈. i. Misce.
          - *Tertium* ex succo cichorij, endiuiæ, portulacæ, plantaginis, solani, cotoneorum, &c.
        - *Ceratum* santalinum cum aceto.
        - *Vnguentum* album Galeni. &c.
    - *Tempus* commodum. Sic in morbi
      - *Augmento* repellendum simul & discutiẽdũ est, medicamentis
        - *Intrinsecùs* sumptis, per
          - *Os*: vt est syrupus
            - *Vnus* { ℞. *Syrupi* endiuiæ comp. ʒ. ii. *Decocti* 4. sem. frig. maior. ʒ. iiii. Misce.
            - *Alter* { ℞. *Aquæ* hordei ʒ. iiii. *Syrupi* capill. Ven. ʒ. i. S. Misce.
          - *Sedem*: vt est clyster mollis, refrigerans, detergens leuiter & euacuans, &c.
        - *Extrinsecùs* appositis: vt
          - *Cataplasma*
            - *Vnum* { ℞. *Dactylorum* mund. n. x. *Vuarum* pas. cum arillis ʒ. iii. Coquantur in aqua cum aceto, contundantur, quibus ad de flor. chamomillæ, meliloti, ros. rubr. ana P. i. Spicæ nardi, squinanthi ana ʒ. i. Sem. apij, petros. ana ʒ. ß. Sem. endiuiæ, port. ana ʒ. i. ß. Olei absynthij. ros. ana ʒ. i. farinæ hordei ʒ. i. Misce.
            - *Alterum* ex palmulis elixis in aceto, & oleo cotoneorum & anethino.
          - *Vnguentum*
            - *Alterum* Rosatum.
            - *Alterum* { ℞. *Olei* absynthij, cydoniorum, ana ʒ. i. *Ceræ* ʒ. S. Liquefiant in vase duplici: refrigerata malaxentur cũ succo endiuiæ.
          - *Epithema* { ℞. *Absynthij*, carnis cydoniorum incisorum, ana ʒ. iii. decoquantur in aqua & oleo, ad consumptionẽ aquæ: cum stupis canabinis applica.
          - *Oleum* chamomillæ, cum rosaceo.
      - *Statu*, &c. Vide in sequentibus signum *.
    - *Locum* conuenientem. Sic inflammatione existente in hepatis
      - *Cauo*, vtendum est tum leuibus { *Pharmacis* per os sumptis. *Clysteriis*, &c.
      - *Gibbo*, vtendum est tum { *Primò* leuibus aut { *Pharmacis.* *Clysteriis*, maximè si materia est copiosior. } *Deinde* diureticis. }

* *Statu*

* *Statu* & declinatione diſcutiendum & euacuandum eſt, atque vel

- *Senſibiliter*, per
  - *Aluum*: vt eſt *Manna*, *Caſſia*, *Diacatholicum*, *Diaphœnicum* — in iure pulli cum ciceribus elixi.
  - *Vrinam*: vt ſunt radix graminis, apij, petroſelini, ruſci, aſparagi, fœniculi, cichorij, endiuiæ, acetoſæ, cicer res, &c. Syrupus de radicibus, de eupatorio, de abſynthio, &c.
- *Inſenſibiliter* ſunt per cutim diſcutiẽtia: vt
  - *Oleum*
    - *Nardinum*, Irinum.
    - *Abſynthij*. Maſtichinum, &c.
  - *Epithema* ex decocto fœnigræci, chamomillæ, anetho, cum oleo maſtichino & anethino, addito roſaceo, & cum lanis ſuccidis applicetur regioni hepatis.
  - *Vnguentum*
    - *Alterum*: ℞. *Olei* amygdal. liliorum, ana ʒ.iii. *Ammoniaci* diſſoluti in aceto ʒ.i. *Styracis*, iridis, ana ʒ.iii. *Spicæ nardi*, ſquinanthi, ana ʒ.i. *Ceræ*, q.ſ. Miſce.
    - *Alterum*: ℞. *Rutæ*, ſquinanthi, ana M.i. *Sem.* lini ʒ.ii. *Medium* capitis papaueris. Coquantur omnia in oleo, cui adde cerę q.ſ. Miſce.
  - *Cataplaſma*: ℞. *Paſſularum*, ficuum, ana ʒ.iii. *Mucilaginis* lini & fœnigræci extractæ cum vino, ana ʒ.ii. *Olei* chamomillæ, anethini, ana ʒ.ii. *Styracis*, calamitæ, iridis, ana ʒ.S. Decoquantur paſſulæ & ficus in ſapa, fiatq. cataplaſma.
  - *Emplaſtrum* de meliloto, &c.

# De curatione Scirrhi hepatis.

*Scirrhus* eſt tumor durus, qui ſine dolore eſt non tamen omnino ſine ſenſu: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: ſcilicet *Hepatis*
    - *Tumor* in dextra hypochondriorum parte.
    - *Tumor* durus eadem in parte, &c.
  - *Morbi* (eſt enim morbus primò in quantitate, ſecundò in intemperie, tertiò in ſoluta continuitate)
    - *Tumor* durus cum exiguo aut nullo dolore.
    - *Color* totius corporis in nigredinem permutatus.
    - *Hydrops* ſtatim ſequitur.
    - *Venter* & pedes intumeſcunt.
    - *Superna* corporis partes graciliores.
    - *Corpus* tabeſcit.
    - *Alui* interdum excrementa multa, tenuia.
    - *Vrinæ* à principio quidem multæ, & vbi iam ad hydropem delapſi ſunt, paucæ, &c.
  - *Cauſæ*: videlicet
    - *Pituitæ* glutinoſæ, craſſæ
      - *Color* totius corporis ad albedinẽ declinãs: aliquando veluti plumbi colorem habet.
      - *Aetas*: *Puerilis*, *Senilis*.
      - *Temperamentum* frigidum & humidum.
      - *Regio* frigida & humida.
      - *Anni* tempus frigidum & humidum.
      - *Victus* ratio frigida & humida, &c.
    - *Atræ* bilis
      - *Color* totius corporis ad nigredinem declinans.
      - *Aetas* conſiſtens.
      - *Temperamentum*, *Regio*, *Anni* tempus, *Victus* ratio — frigida & ſicca.
- *Curatio*, indicationib. abſoluitur. Itaque
  - *An* fieri poſſit, indicãtum
    - *Cauſæ*. Nam Scirrhus
      - Aquacunque cauſa fuerit ortus, omnino ſine ſenſu perſiſtens, inſanabilis eſt.
      - *Qui* difficulter ſentitur, non facilè curationem admittit.
      - *Vel* iecur ſi induratum ſit, parum in medicina ſpei eſt, affectu in aquã ſubter cutem decidente.
    - *Effectus*. Nam
      - *Aqua* intercus omnibus ſequitur.
      - *Pereunt* quàmplurimi tempore longo, quidam etiam breui, præſertim qui ventris profluuio laborant.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. *Quid* fieri debeat, indicatum

*Causa* morbi: videlicet

*Pituita* crassa, lenta ac glutinosa, quæ sui ablationem indicat, quod fiet partim

*Victus* ratione, ordinata secundum qualitatem & quantitatem conuenientem. Quare
- *Cibus* sit facilis concoctionis, & qui inciſoriam vim & repurgantem habet. Econtrà vitanda sunt crassa & viscioſa, atque ea, quæ difficulter concoquuntur, & dulcia omnia.
- *Potus* sit Vinum tenue, odorum, moderata quãtitate acceptum.

*Medicamentis* contrariis tum

*Qualitati* humoris: sunt incidentia, attenuantia, præparantia, & concoquentia: vt est syrupus

*Vnus*
- ℞. *Syrupi* acetoſ. comp. Oxymellis diuretici, ana ℥.iii.
- *Decoctionis* paſſularum, ficuum ℔.i. S.
- Miſce, &c.

*Alter*
- ℞. *Rad.* biſmaluæ ℥.i.
- *Rad.* graminis, Petroſelini, Aſparagi, Iridis, yringiorum — ana ℥.i.
- *Violarum.*
- *Fol.* alkechengi, cichorij, endiuiæ, borrag. ana M.i.
- *Marrubij* M.S.
- *Paſſularum*, ficuum, dactylorum, ana n.x.
- *Aniſi*, fœniculi, ſem. alkechengi, ana ʒ.iii.
- *Sem.* biſmaluæ, quatuor ſem. frig. maior. ana ʒ.i.
- *Flor.* chamomillæ, meliloti, violarum, anthos, ana P.i.

Fiat decoctio in aqua & ſapa ad ℔.ii. in quibus diſſolue ſyrupi acetoſ. ſimp. ℥.iiii. Aromatizetur cum ʒ.ii. cinnamomi, & ʒ.i. iridis. Capiat in quinque mutinis.

*Quantitati* humoris: sunt purgantia, vt est

*Potio*
- ℞. *Agarici* trochiſcati, in iure pulli, cum ciceribus elixi ʒ.ii. Expreſſioni adde
- *Oxymellis* ſcillitici ℥.i. Miſce.

*Pilulæ*

*Vnæ*
- ℞. *Agarici* ʒ.i.
- *Myrrhæ*, Styracis, ana ʒ.S.
- *Spicæ* celticæ, *Squinanthi*, *Cinnamomi* — ana ϑ.S.

Excipiãtur terebynthina, & fiãt pilulæ, de quib. capiãt ʒ.S. vel ʒ.i. manè in exitu lecti.

*Alteræ*
- ℞. *Maſſæ* pilularum de ſagapeno, vel fœtidarum ʒ.i.

Fiant pilulæ vii.

*Atra* bilis, quæ auferenda, tum

*Victus* ratione prædicta.

*Medicamentis* contrariis

*Qualitati* humoris: ſunt præparantia, & concoquentia, &c. ſyrupus
- *De* epithymo.
- *De* fumo terræ.
- *Acetoſus.*
- *Acetoſus* mulſus, &c.

*Quantitati* humoris: ſunt purgantia; vt
- *Decoctum* ſenæ, epithymi, polypodij, apij, petroſelini, &c.
- *Confectio* Hamech —
- *Extractũ* *Hellebori* nigri, *Confectionis* Hamech — cum iure piſorũ, &c.

*Morbus* & Pars affecta. Morbus quidẽ ſui ablationem, pars verò affecta, ſui corroborationem indicat: quod fiet partim

*Victus* ratione ſuprà dicta.

*Medicamentis* exhibitis ſecundũ

*Qualitatem* contrariam: videlicet emollientem, abſtergentem, diſcutientem: quorum alia

*Intrinſecùs* ſumuntur: vt ſunt
- *Succus* anagallidis, quæ ceruleum florem habet, cum aqua mulſa, vel aceto mulſo.
- *Puluis* viticis torrefacti, aut rad. eupatorij, cuius drachma vna cum aqua aceto mulſo.
- *Opiata*
  - ℞. *Conſeruæ* capillorum Veneris, Conſeruæ violarum, ana ℥.i.
  - *Spec.* diarrhod. Abb. Diaireos ſimp. ana ʒ.ii.
  - *Trochiſcorum* de eupatorio, de rhabarbaro, ana ʒ.i.

Cum ſyrupo de byzantiis & violarum: fiat opiata, de qua capiat manè ad qualitatẽ nucis, ſuperbibendo parum vini albi, &c.

*Extrinſecùs* applicantur. Vide in ſequentibus ſignum B.

*Quantitatem* conuenientem: quæ pro morbi vehementia, &c. varianda.

B. *Extrinſecùs*

B. *Extrinsecùs* applicãtur: vt sunt

- *Epithema*
  - *Vnum*: ℞. *Absynthij* P.S. Fol. & rad. altheæ, ana M.i. Bulliant in oleo communi, quo sæpius per spongiam fomentetur hepar.
  - *Alterum* ex absynthij coma, nardo tum indica tum celtica, œnanthe, mastiche, nardino ac lentiscino oleo, ammoniaco, bdellio, thymiama, altheæ radice, &c.
  - *Tertium*: ℞. *Rad.* bismaluæ, iridis, cucum. ana ℥.vi. *Rad.* sambuci, ebuli & aristolochiæ, ana ℥.iii. Rad. panacis ℥.i. *Fol.* marrubij, pulegij, maluæ, bismaluæ, geranij maioris & minoris, pedis colũbini, ana M.ii. *Sem.* lini, fœn. græci, ana quart.i. *Flor.* chamomillæ, melloti, sambuci ana P.ii. Fiat decoctio in aqua decoctionis intestinorum & vino albo, & foueatur frequenter.
- *Vnguentum*
  - *Vnum*: ℞. *Olei* absynthij, mastichini, ana ℥.i. *Olei* nardini, cotoneorum, ana ℥.S. *Spicæ* nardi, indicæ & celticæ, ana ℥.S. Croci ϑ.S. *Adipis* anseris, seu gallinæ, medullæ ceruinæ, ana ℥.i. *Ceræ* q.s. Misce, & fiat vnguentum.
  - *Alterum*: ℞. *Olei* amygdal. ℥.ii. *Olei* liliorum ℥.i. Vini albi ℥.i. *Ceræ* q.s. Misce.
  - *Tertium*: ℞ *Succi* iridis ℥.iii. Succi apij ℥.ii. *Succi* absynthij ℥.i. *Olei* amygdal. dulc. ℥.iiii. *Vini* albi ℥.iii. Coquantur vsq. ad succorum consumptionem, deinde adde butyri, pinguedinis gallinæ, vel medullę cruris vituli aut porci, ana ℥.i. Misce, &c.
  - *Quartum*: ℞. *Succi* cicłam. iridis, ana ℥.ii. *Succi* cucumeris agrestis, & rad. vlmi, ana ℥.ii. *Olei* amygdal. dulc. & liliorum, ana ℥.iiii. Coquantur in duplici vase ad consumptionem succorum, quibus adde axungiæ porci, medullæ porci, ana ℥.iii. terebynthinæ ℥.ii. Propoleos ℥.i. Spicę, iridis, squinanthi, myrrhæ, styracis, aristolochiæ, rotundæ, ana ℥.iii. cere q.s. Misce, & fiat vnguentum.
  - *Quintum*: ℞. *Olei* hepatis galearum, vel raiarum ℥.iii. *Olei* liliorum, scorpionum & lumbricorum, ana ℥.ii. *Ammoniaci*, sagapeni, dissolutis in oleis prædictis, ana ℥.ii. *Styracis* calamithæ ℥.i. Belzoini ℥.S. *Iridis*, aristolochiæ, spicæ, asari, ana ℥.iii. *Medullæ* porci, vituli, cerui ana ℥.iii. *Ceræ* q.s. Aceti parum. Misce, & fiat vnguentum.
- *Cataplasma* ex absynthij coma, nardo Indica, celtica, croco, mastiche, œnanthe, oleo nardo ac lentiscino, ammoniaco, bdellio, ranice altheæ, medulla ceruina, vitulina, aceto, &c.

# De curatione Icteri, seu Morbi regii.

*Morbus* regius est effusio bilis per totum corpus: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectę: videlicet
    - *Hepatis*: *Excrementa* alui vehementer colorata, & vrinæ. *Febris* nonnunquam. *Dolor* in dextra hypochondriorum parte, ac grauitas. *Sitis*. *Corporis* exiccatio. *Varia* coloris mutatio, &c.
    - *Vesicæ* bilis: *Alui* excrementa alba. *Vrinæ* statim biliosissimæ, & affatim excretæ. *Febris* nulla. *Grauitatis* quidam sensus in dextra præcordiorum parte.
    - *Vniuersi* corporis: *Paulatim* morbus regius generatur. *Excrementa* alui proxima consuetis, & vrinæ. *Cutis* pruriginosior & magis arida. *Vniuersum* corpus nimio calore intemperatum. *Nullum* signum ex prædictis, &c. Dolor grauitas nulla, &c.
  - *Symptomatis* (est enim symptoma in genere eorum, quę in corporis affectibus consistunt, sub visibilibus): *Pigrities*. *Tumor* grauans ad morum corporis. *Animus* ad dulces cibos alienatus: amaros verò non admodum auersatur. *Imaginationes* variæ. *Pruritus* corporis vniuersi. *Difficulter* exudant. *Alba* oculorum & partes faciei temporib. propinquæ: itemq. maluæ pallorẽ ostẽdunt. *Venæ* sub lingua repletæ. *Color* oculorum luteus. *Sitis*. Dolor capitis. *Singultus*. *Durities* in dextra præcordiorum parte. *Anhelitus* difficilis. *Membrorum* resolutio. *Totum* corpus pallore inalbescit, vbi diutius manet morbus.
  - *Causæ*. Vide in sequentibus signum A.
- *Curatio*. Vide in sequentibus signum B.

A. *Causæ*
- *Symptomatis*
  - *Internæ*: videlicet morbi
    - *Similaris*, seu intemperiei calidæ
      - *Ardor* sine grauitate.
      - *Feruor* in dextra præcordiorum parte sine grauitate.
      - *Vrina* tincta incensa cum spuma croçea.
      - *Sitis*, Appetitus prostratus.
      - *Corporis* exiccatio, &c.
    - *Instrumentalis*
      - *Inflãmationis*
        - *Dolor* in dextra præcordiorum parte.
        - *Defectionis* bilioſæ, Febris.
        - *Vrina* valdè colorata, Grauitas.
      - *Obſtructionis* à
        - *Scirrho*
          - *Tumor* durus in dextra hypochondriorum parte, abſque dolore manifeſto.
          - *Venter* & pedes intumeſcunt.
          - *Corpus* tabeſcit, &c.
        - *Craſsis* ac lentis humoribus
          - *Nulla* febris.
          - *Grauitas* in dextro latere, præſertim inter reſpirandum.
          - *Nullum* ſcirrhi indicium.
  - *Externæ*: *Animalis* venefici alicuius morſus; *Pharmaci* venenoſi epoti; *Corruptionis* — Ab ægrotantis, vel aſtantium relatione facilè dignoſcitur.
- *Criſis*
  - *Febris* acuta præceſſit.
  - *Signa* criſis, &c.

B. *Vlceritiæ* curatio indicationib. perficitur. Quare
- *An* fieri poſſit, indicat tũ
  - *Criſis*. Nam
    - *Quibus* in febribus, morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenit, bonum, niſi dextrum hypochondrium obduruerit.
    - *Quibus* in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.
  - *Morbus*. Nam
    - *Morbo* regio laborantibus, ſi fiat hepar durum, malum.
    - *Si* icterus poſt febrem oriatur, ex toto proderit, ſi poſt hunc febris, occidet.
    - *Si* ictericis ſuperueniat inflatio, & non reſoluatur, mortem ſignificat.
  - *Symptoma* ſuperueniens. Nam ictericis hæmorrhoides innatæ, bonum, &c.
- *Quid* ſit agendũ, indicat tũ
  - *Cauſa*
    - *Symptomatis*
      - *Interna* ſcilicet morbus
        - *Similaris*, id eſt intemperies calida
          - *Vniuerſi* corporis, ſeu ſolidarum partium, quæ ſui ablationem indicat: quod fiet cibis humidis & mediocriter refrigerantibus, puſana ſcilicet, intubo, ſeri, cichorio piſcibuſque, & vino tenui, aquoſo: nec non ſimplici frictione, exercitiis moderatis, vnctione ac balneis aquæ dulcis, &c.
          - *Hepatis* — *Vide* in præcedentibus tabulis, in curatione hepatis
            - *Intemperie.* calida affecti.
            - *Inflammati.*
            - *Obſtructi.*
        - *Inſtrumẽtalis*
          - *Inflammatio* / *Obſtructio*
            - *Hepatis*
            - *Veſiculæ* bilis. Vide in ſeq. fig. C.
      - *Externa*: nempe materia venenoſa: quę auferẽda tum medicamentis
        - *Euacuantibus*
          - *Vomitum*, ſi eò materia vertatur.
          - *Cutim*, ſi in habitum corporis vertatur, & tunc foras materia attrahenda, aut cucurbitulis cum multa flamma, aut alijs attrahentibus, &c.
        - *Alexipharmacis*
          - *Intrinſecùs ſumptis*: vt ſunt
            - *Syrupus de* *Acetoſ.* citri, *Limonibus*, *Aceto* — Cum aquis acetoſæ, calendulæ, meliſſæ, cardui benedicti, endiuiæ, &c.
            - *Oxyſaccharo*
            - *Tormentilla*, Diptamnus.
            - *Succus* *Citri.* *Berberorum.*
            - *Cornu* cerui, Ebur, Vnicornu.
            - *Theriaca*, cum ſucco citri, &c.
            - *Mithridatium.*
            - *Aqua* theriacalis, &c.
          - *Extrinſecus.*

*Criſis*. Hic ptiùs morbi acuti, à quo magis imminet periculum, ratio habenda erit. quo curato, ad ſymptoma deueniendum, quod facilè curatur, nimirum aquarum potabilium balneis, ac olei diſcuſſorii affrictu, & omnibus cutim rarefacientibus, quale eſt oleum anethinum, chamomelinum, irinum, vt ſequitur.

*Symptoma*. Nam curato viſcere, color fœdus delendus eſt thermis ſiccis: deinde balneo ex chamæmelo, anetho, calamentho, fœniculo, roſmarino, parietaria & furfuribus: ſtatimq. à balneis linteis aſperis, & materia balnei perfricandum corpus eſt. Potiones ex ſuprà dictis aperientibus & detergentibus exhibenda. Si in oculis & facie perſeueret affectus, errhina & faciei lotio erunt ex vſu: vt ℞. Succi roſarum ʒ.ij. ſuccι cicla ʒ.ij. ſcammoneæ ʒ.ß. mellis roſ ʒ.iij. decoquantur ad ſpiſſitudinem, & digito immittãt in nares. Faciem abluant cum aqua deſtillationis peponum, vel cum decoctione balnei, vel aceto albo, aqua hordei, ſucco, granatorum acetoſitate citri, tepidis. Sed hæc non ſunt tentanda, niſi euacuata bile, caſtigata intemperie hepatis.

*Pars affecta*. Vide in præcedentibus tabulis, in curatione hepatis, ſupercalefacti, inflammati, obſtructi, &c.

C. *Obstructio* quoq. vesiculę fellis auferenda est: quod fiet partim

*Victus* ratione instituta secũdum

*Qualitatem* contrariam: videlicet attenuantem atque deobstruentem. Quare sit

*Cibus*

*Panis* furfuraceus.

*Caro* { *Pullorum*, Gallinarum. *Turturum*, Perdicum. *Passerculorum*, Capreolorum, &c.

*Ius* cicerum & petroselini.

*Ex* oleribus { *Cichorium*, Endiuia. *Sonchus*, Asparagus. *Petroselinum*, Apium *Serpillum*, beta, allium. *Raphanus*, Iringiũ, &c.

*Pisces* saxatiles.

*Ex* fructibus { *Cappares* *Amygdalæ* } Cæteri vitandi.

*Potus*, aut { *Vinum* { *Album.* *Subastringens.* *Non* valdè vetustum. *Decoctum* anisi, &c.

*Aer* temperatus, aut parum ad calidum vergens.

*Frictio* partium extremarum, *Balneum* (si hems), *Exercitium* } Ieiuno ventre.

*Somnus* moderatus nocturnus. Animi affectus immodici vitandi.

*Aluus* laxa vel natura, vel clysteriis lenientibus.

*Quantitatem* conuenientem: quæ pauca sit, pro ratione ætatis, temporis anni, complexionis, consuetudinis, &c.

*Chirurgia.* Nam si multum sanguinis vnà cum bile in toto corpore abundauerit, tunc ab initio vena basilica in dextro cubito secanda est, ac sanguis particulatim & per vices detrahendus. Quòd si hæmorrhoides, vel menses in mulieribus fuerint retentæ, vena cruris aut malleoli secanda est, ac sanguis pro ratione educendus est, &c.

*Medicamentis*, exhibitis secũdum

*Qualitatem* cõtrariam, & vel

*Qualitati* humoris obstruentis: nempe attenuantem, incidẽtem, aperientẽ & præparantem: quorũ alia sunt

*Clementiora*: vt

*Syrupus* { *De* cichorio *De* endiuia *De* acetos. citri *Acetosus* *De* duabus radicibus *Capillorum* Veneris, &c.

*Oxymel* simplex

*Vehemẽtiora*: vt

*Syrupus* { *De* byzantiis. *De* absynthio. *De* quinq. radicibus, &c.

*Oxymel* { *Compositum* *Scilliticum.*

Cum aquis endiuiæ, cichorii, acetosæ, fumariæ, apij, fœniculi, petroselini, rusci, &c.

*Quantitati*: & sunt euacuãtia & purgãtia per

*Aluum*, Vide in seq. sig. D.

*Vrinam* deinde. Nam vbi probè fuerint purgati per aluum, vrinas ducere cõuenit, aut

*Decocto* { *Apij* Petroselini. *Fœniculi.* *Graminis*, Cicerum. *Rubeæ.* *Pulegij*, Rorismarini, &c.

*Aqua* graminis.

*Syrupo* de { *Duabus* *Quinq.* } Radicibus, &c.

*Vino* albo, cui ʒ. j. stercoris anserini fuerit permixta, manè sumpta per dies xv.

*Sale* absynthij cum vino.

*Sudorem* denique. Quoniã purgato corpore & per ventrẽ & per vrinas, detergẽda cutis balneo, & bilis euacuanda cientibus sudorem, vt quicquid est in habitu, euacuetur, discutiatur, & detergatur. Quare ad

*Cutem* detergendam cõuenit tale balneum:

℞. *Ciclæ* cum rad. *Maluæ*, parietariæ *Fol.* visci quercini } Ana M. iv.

*Fol* chelidoniæ *Saponariæ* } Ana M. S.

*Fabarum* integrarum *Lupinorum* } Ana. P. iii.

*Flor.* chamomillæ, meliloti, centaurii minoris, ana P. ii.

*Hordei* integri P. vi. fiat decoctio, in qua natet, & postea sudet in lecto manè, cõtinuando per quinque dies.

*Sudorem* mouendum cõuenit { *Liquor* tartari, correctus cum vino sumptus *Aqua* theriacalis *Decoctum* fœniculi *Aqua* fumi terræ } In lecto, pannis obuolutus sudet.

*Quantitatem* conuenientem: quæ augenda minuendáve est pro ratione ætatis, temporis anni, regionis, cõplexionis, morbi, &c.

D. *Aluum*

D. *Alvum* primò: atq. vel
- *Clementiora*: vt
  - *Potio*
    - *Vna*: ℞. *Sem.* carthami ʒ. ij. / *Cinnamomi* ℈. S. / Contundantur, & infundãtur in seri lactis ʒ. iv. per noctem, expressioni adde oxymel. S. ʒ. j.
    - *Altera*: ℞. *Rhabarbari* electi ʒ. ij. / *Spicæ* Indicæ / *Cinnamomi* } Ana ℈. j. / Infundantur in aqua endiuiæ per noctem, expressioni adde syrupi de cichorio cũ rhabarb. ʒ. j.
    - *Tertia*: ℞. *Mannæ* electæ ʒ. ij. vel cassiæ ʒ. j. / *Rhabarbari* in succo endiuiæ infusi ℈. iv. / *Diacatholiconis* ʒ. v. / *Tripheræ* persicæ ʒ. ij. / Cum aqua cichorii, in qua priùs agarici ʒ. j. fuerit infusa, fiat potio, &c.
  - *Pilulæ*
    - *Alteræ*: ℞. *Spec.* hieræ ℈. iv. / *Rhabarbari* ʒ. j. / *Cornu* cerui / *Rasuræ* eboris } Ana ℈. S. / *Cinnamomi* / Cum guttis aliquot olei calcanthini fiant pilulæ.
    - *Alteræ*: ℞. *Pilularum* imperialium ʒ. ii. / *Alephangmarum* ʒ. i. S. / *Cuscutæ* —— / *Cassiæ* ligneę } Ana ℈. i. / *Spicæ*, Spodii / *Agarici* trochiscati ʒ. i. cum syrupo endiuiæ fiant pilulæ 7. pro ʒ. vna. da vnam ante cœnã.
- *Vehementiora*: vt
  - *Potio*: ℞. *Diacatholiconis* ʒ. vi. / *Electuarij* de succo ros. ʒ. iii. / Cum decoctione florum & fruct. cord. fiat potio, cui adde syrupi ros. lax. ʒ. i.
  - *Pilulæ*
    - *Vnæ*: *Pil.* aggregatiuarum ʒ. i. / *Rhabarbari*, ʒ. i. / *Spicæ* Indicæ ℈. S. / *Agarici* trochiscati ʒ. i. / Cum oxymelle, & aliquot guttis olei vitriolati fiant pilulæ auro coopertæ.
    - *Alteræ*: ℞ *Pil.* aggregatiuarum ʒ. i. / *Rhabarbari* vel agarici trochiscati ʒ. i. / *Diagridij* gra. iv. vel gra. v. cum oxymelle & aliquot gutris olei cinnamomi fiãt pilulę auro obductæ.

# De curatione Icteri nigri.

*Icterus* niger, est delatio quędã sãguinis impuri in expurgatas ab eo nigra bile in vniuersum corpus: cuius
- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: scilicet Lienis: *Dolor* in sinistra hypochondriorum parte. / *Grauitas* in latere sinistro. / *Color* totius corporis fuscus, plumbeus, ad nigrum vergens.
  - *Symptomatis*: *Tristitia* præter rationem. / *Mordacitas* eorum quæ circa ventrem sunt. / *Difficultas* spirandi. / *Inappetentia* cibi. / *Vrina* nigra. / *Stercus* calcanthi colorem referens. / *Alvus* sicca. / *Color* vniuersi corporis niger, &c.
  - *Causæ* symptomatis: videlicet morbi
    - *Similaris*
      - *Materialis*, id est bilis atræ multitudinis: *Color* totius corporis non adeò niger. / *Intemperies* lienis frigida & sicca. / *Cibi* & potus naturæ melancholicæ. / *Nullum* ex sequentibus signis, &c.
      - *Immaterialis*, id est intemperiei: *Caliditas* / *Frigiditas* / *Humiditas* / *Siccitas* } Signa morbo regio similia.
    - *Instrumẽtalis*, id est
      - *Tumoris*: *Inflammationis* / *Scirrhi* —— } Ex propriis indiciis dignoscitur.
      - *Obstructionis*: *Grauitas.* / *Distensio.* / *Dolor* nonunquam.
- *Curatio.* Vide in seq. sig. *.

*Ictteri* curatio indicationibus perficitur. Quare

- *An* fieri possit, indicat, tum
  - *Causa*. Nam *Grauiùs* afficiuntur ii, in quibus atræ bilis humor vnà cum sanguine ad cutem est delatus, quàm in quibus pallida seu flaua bilis, &c.
  - *Tempus* symptomatis. Nam ater morbus regius, si diu perdurauerit, nec obsequatur medicamentis ac cedat, malum est. Nam aqua intercus succedet.
  - *Excrementum* vrinæ. Nam vrina si suam seruauerit naturalem dispositionem, salubre indicium est.
- *Quid* fieri debeat, indicat, tum
  - *Causa* symptomatis: videlicet morbus
    - *Similaris*
      - *Materialis*, id est multitudo bilis atræ, quæ quomodo auferenda sit, vide suprà in curatione Melancholiæ.
      - *Immaterialis*, id est, intemperies, quæ auferenda tum
        - *Victus* ratione contraria.
        - *Medicamentis* contrariis, &c.
    - *Instrumẽtalis*, id est
      - *Obstructio* à multa copia bilis atræ, quę sui ablationẽ indicat: ꝙ fiet partim
        - *Chirurgia*, seu venæ sectione. Nam si copiosa bilis atra cum multo sanguine per vniuersum corpus fuerit coaceruata, primò vena cubiti sinistri interna secanda est. Non tamen multa copia sanguinis detrahenda est, sed potiùs, si opus fuerit, iteranda.
        - *Victus* ratione extenuante, suprà dicta in curatione Obstructionis hepatis.
        - *Medicamentis* exhibitis secũdum
          - *Qualitatem* cõtrariam: & vel
            - *Qualitati* Humoris obstruentis: nẽpe attenuantem, incidentẽ, aperientem & præparantem: vt sunt
              - *Syrupus*
                - *De* fumo terræ
                - *De* pomis
                - *De* scolopendria
                - *De* epithymo
                - Cum decocto fumariæ, lupulorum & borraginis, &c.
              - *Aqua* mulsa
              - *Acetum* mulsum
              - Cum aqua lupulorum
            - *Quantitati* humoris: nimirũ euacuãtem, seu purgantem: vt est
              - *Potus*
                - *Alui*
                  - ℞. *Scolopendrij*, borraginis ana M. j. S.
                  - *Vuarum* passarum ʒ. S.
                  - *Epithymi* M. j.
                  - *Myrobalanorum* Indorum ʒ. j. S.
                  - *Senæ* ʒ. iij. fiat decoctio, cui adde cassiæ ʒ. j. confect. Hamech ʒ. ij, syrupi rosat. lax. ʒ. j. & fiat potus.
                - *Alui*
                  - ℞. *Funi* terræ lupulorum, borrag. ana M. j.
                  - *Scolopendrij*, eupatorij, absynthij, ana ʒ. j. S.
                  - *Epithymi* ʒ. ij. rad. capparorum ʒ. j. S.
                  - *Vuarum* passarum ʒ. S.
                  - *Senæ* ʒ. ij. fiat decoctio, de qua accipe ʒ. iv. quib. adde cassiæ ʒ. j. rhabarbari ʒ. j. diacatholiconis ʒ. vj. vel elect. Indi ʒ. ij. syrupi rosat. lax. ʒ. j.
              - *Pilulæ*
                - ℞. *Trochisc.* capparorum ʒ. j.
                - *Agarici* ϑ. ij.
                - *Salis* gemmæ ϑ. S.
                - *Pil.* alephang. ϑ. ij. S. cum oxymellite fiant pilulæ vj. pro ʒ. j. da mane aliquando ϑ. iv.
          - *Quantitatem* conuenientem, quæ pro ætatis, temporis anni, regionis, &c. ratione varianda est.
      - *Tumor*, id est
        - *Inflammatio.*
        - *Scirrhus.*
        - Vide in sequentibus, in propria eorum curatione.
  - *Pars* affecta, quæ fouenda est oleo
    - *De* radicibus capparorum.
    - *Nardino*, Chamæmelino.
    - *De* absynthino, &c.
  - *Symptoma*, scilicet color fœdus in toto corpore, qui denique discutiendus est balneis & frictionib. prædictis in curatione Morbi regij.

# De Curatione Inflammationis lienis.

*Inflammatio* Lienis, est collectio in eo facta ab humorib. per venas ad ipsum membrũ fluentibus, ibique cũ infectione sanguinis manẽtibus: huius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: videlicet Lienis
    - *Dolor*
    - *Grauitas*
    - *Tumor*
    - In sinistro hypochondriorum latere.
  - *Morbi*
    - *Tumor* tactu perceptus.
    - *Dolor* sinistri hypochondrii.
    - *Feruor*, Distensio.
    - *Febris*, Sitis,
    - *Grauitas* multa, vehementer vrgens.
  - *Causæ*: scilicet sanguinis fæculenti, limosi ac crassi
    - *Victus* ratio melãcholicum succũ generãs.
    - *Temperatura* melancholica.
    - *Aetas* declinans.
    - *Habitus* corporis macilẽtus, siccus, niger,
    - *Autumnus*, &c. (&c.
- *Curatio.* Vide in sequentibus, signum A.

A. *Inflam-*

A. *Inflammationis lienis curatio indicationibus absoluitur. Quare*

- *An* fieri possit, indicat tum
  - *Morbus.* Nam quamuis rarius, quàm cætera viscera, lien inflammetur, tamen si in eo excitetur inflammatio, magna cum diligentia curanda est, aliàs praua consequentur symptomata.
  - *Symptomata.* Nam
    - *Quibuscunque* sanguinis eruptio accidit ex nare sinistra, magnam fert vtilitatem: quib. verò contrà euenit, nihil iuuat.
    - *Fluxus* ventris sanguineus in inflammatione, bonum.
    - *Diarrhœa* breuis in lienis inflammatione, bonum.
    - *Vrina* cum residentia multa & fœce, in declinatione, bonum.
    - *Vrina* alba, tenuis, si diu perduraverit, malum.
  - *Tempus* morbi. Nam inflammatio splenis, in principio antequam duresca, facilè curatur.
- *Quid* fieri debeat, indicat tum
  - *Causa* morbi: videlicet fluxus sanguinis melancholici, qui sui ablationem indicat: quod fiet partim
    - *Victus* ratione, ordinata secundum
      - *Qualitatem* cõtrariam: nempe attenuantem, & bonum Sanguinem generantem: cuiusmodi sunt
        - *Ius* pulli cum mica panis.
        - *Cremor* ptisanæ.
        - *Alæ* gallinarum elixæ.
        - *Aues* montanæ.
        - *Pisces* saxatiles.
        - *Vua* passa.
        - *Amygdalæ.*
        - *Potus*, aut
          - *Aqua*
            - *Hordei.*
            - *Cinnamomi.*
          - *Vinum* album aquosum.
        - *Lenitiuo* alui, cum clysteribus.
      - *Quantitatem* conuenientem: quæ pro morbi tempore varianda. Nam in morbi
        - *Principio* & augmento, solo iure pulli, vel ptisanę cremore, & aqua hordei, æger nutriendus est.
        - *Statu* & declinatione, æger carnibus auiculis, atq. interim vino tenui alendus & reficiendus est, &c.
    - *Chirurgia*, adhibita secundum
      - *Qualitatem* videlicet reuellentem, & euacuantem: cuiusmodi est venæ sectio, si ætas, vires, locus, consuetudo, aeris constitutio, cruditas aut aliud quippiam non impedierit.
      - *Quantitatem* conuenientem. Sic præstat non semel extrahere sanguinem, sed in duos dies partiri.
      - *Locum* congruentem. Sic incidenda vena est, aut
        - *Interna* brachii sinistri.
        - *Media* eiusdem brachii, si interna non appareat.
        - *Saluatella* manus sinistræ, quæ minimo digito vicina est.
      - *Tempus* commodum. Sic statim ab initio morbi sanguinis missio facienda est.
    - *Medica* mentis exhibitis secũdum
      - *Qualitatem* cõtrariam: atq. vel humoris
        - *Qualitati*: videlicet præparantem & concoquentem: vt est
          - *Syrupus*
            - *De* fumo terræ
            - *De* borragine
            - *De* succo fumi terræ
            - *De* epithymo

            Cum decoct. fumariæ, lupulorum, borraginis, &c.
          - *Oxymel*
            - *Simplex*
            - *Compositũ*
              - *De* scilla
              - *De* radicibus

            cum aquis melissæ, lupulorũ, &c.
        - *Quantitati*: scilicet euacuantem & purgãtem: vt est potio
          - *Clementior*
            - ℞. *Fumariæ*, lupulorum, *Borraginis*, violarum ana M. S.
            - *Hordei* M. S.
            - *Epithymi* P. j.
            - *Vuarum* passarum ʒ. S.
            - *Sennæ* ʒ. ij.

              Fiat decoctio, de qua accipe ʒ. iv. quibus adde.
            - *Cassiæ* ʒ. j.
            - *Diacatholiconis* ʒ. v.
            - *Syrupi* ros. lax. ʒ. j. Misce.
          - *Fortior.* Adde supradictis polypodium, electuarium Indum, aut Diasena, cnicum, & auge quantitatem sennæ, &c.
      - *Quantitatem* conuenientem: quæ augenda minuendáve est, pro ratione ætatis, tẽporis, anni temperaturæ, consuetudinis, &c.
  - *Morbus.* Vide in sequentibus sig. A.
  - *Pars* affecta: nempe Lien, qui semper corroborandus, tum medicamentis intrinsecùs sumptis, tum forinsecùs appositis, &c.

A. *Morbus* quoque, videlicet inflamatio lienis, sui ablationem indicat. q̃ fiet partim

- *Victus* ratione suprà dicta.
- *Medicamentis*, exhibitis secũdum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet partim repellentem, partim discutientem & repellentem simul, partim discutientem & euacuantem, vt sequitur.
  - *Quantitatem* debitã: quæ pro morbi vehementia, ratione tẽperaturæ, situs, &c. augenda vel minuẽda est.
  - *Tempus* cõmodũ. Sic in morbi
    - *Principio* repellendum est, vel astringendum: vt est epithema
      - *Alterum*: vt
        - ℞. *Vini* austeri
        - *Olei* rosacei

        Ana q.s. est.

        Misce. & foueatur regio lienis cum lana succida, vel linteis lineis exceptis.
      - *Alterum*
        - ℞. *Aceti*
        - *Foliorum* oliuæ

        Ana q.s.

        Coquantur simul, expressioni adde olei rosacei q.s. misce, & fiat epithema cum linteis lineis applicãdum, tepidum.
    - *Augmento*, repellendum & discutiendum simul est: vt est
      - *Epithema*
        - *Vnum* ex posca, in qua bullierit lentiscus, pulegium & absynthium.
        - *Alterum* ex oliuæ foliis, aut rubi, aut mali arboris, vel ipsa mala in oleo decoquantur, adiectis absynthio & pulegio, &c.
      - *Emplastrum*
        - *Vnũ* ex farina seminis lini, farina hordei cũ posca.
        - *Alterum*
          - ℞. *Farinæ* seminis lini, farinę loliaceę ana ℥. S.
          - *Adipis* taurini
          - *Anserini*

          Ana ℥. S.
          - *Poscæ*, sapæ ana ℥. ij.
    - *Statu* & declinatione', discutiendum est vt est emplastrum
      - *Vnum*
        - ℞. *Furfuris* ℥. ij.
        - *Pul.* pulegii, origani
        - *Thymi*, absynthii

        Ana ℥ S.
        - *Sapæ*
        - *Olei* capparorum

        Ana ℥. j.

        Omnia simul in posca, vel vino austero bulliant.
      - *Alterũ*
        - ℞. *Fol.* lauri
        - *Artemisiæ*
        - *Pulegij*

        Ana q.s.

        Coquãtur in posca, quib. deni q. adde olei chamomillę lentiscini ana q.s. misce, & applicetur tepidum.
  - *Locum* conuenientem. Sic medicamenta sinistro hypochondrio applicanda sunt, &c.

# De Curatione Scirrhi lienis.

*Scirrhi* lienis

- *Dignotio*: & quidẽ
  - *Partis* malè affectæ: videlicet Lienis { *Tumor*, *Durities*, *Grauitas* } In sinistra hypochondriorum parte.
  - *Morbi*
    - *Tumor* renitens cum duritie oblonga in sinistra parte.
    - *Grauitas* sub abdomine in sinistro hypochondrio.
    - *Difficultas* anhelitus.
    - *Situs*, Oris siccitas.
    - *Inflatio* pedum, Color plumbeus.
    - *Decubitus* in sinistrum latus grauis.
    - *Dolor* ad iugulum vsque sinistrum.
    - *Pediculi* scatent nocte.
    - *Sudor* grauis, Oris fœtor.
    - *Pudenda* turgent, Sanguinis eruptio.
    - *Gingiuarum* exesio, Venæ ad lienem nigricant.
    - *Cutis* squalescit, Vlcera maligna in tibiis, &c.
  - *Causæ*
    - *Humoris* crassi ac lenti
      - *Melancholici*
        - *Color* ad nigredinem declinans.
        - *Tumor* cum renitentia.
        - *Durities*.
        - *Grauitas* cum pondere in latere sinistro, &c.
      - *Pituitosi*
        - *Color* ad albedinem vergens.
        - *Aetas* senilis vel puerilis.
        - *Tẽperatura* frigida & humida.
        - *Tempus* anni frig. & humidum.
        - *Victus* ratio pituitosa, &c.
    - *Flatuosi* spiritus
      - *Tumor* non pertinaciter resistens, sed tactui cedens.
      - *Punctio*, Tensio.
      - *Durities*, *Grauitas* } Nulla.
- *Curatio*, indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat temporis diuturnitas. Nam scirrhus lienis
    - *Si* diuturnus fuerit, consentiente iecinore, aqua intercus generatur.
    - *Si* fuerit exquisitus, omnino incurabilis est, &c.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in seq. fig. A.

A. *Quid*

A. *Quid* fieri debeat, indicat tũ

*Causa* morbi: videlicet

*Humor* crassus, lentus, melancholicus, qui sui ablationem indicat: qđ fiet partim

*Victus* ratione instituta secundum

*Qualitatem* contrariam, scilicet attenuantem: incidentem & bonũ succum generantem, &c. Quare

*Exercitatio* conuenit moderata, tempore decenti.
*Quies* vitanda est.
*Fricliones* & sudores sunt necessarij.
*Aluus* sit laxa natura, vel clysteribus emollientibus.

*Cibus*
- *Exhibendus* concoctu facilis, & bonum, tenuémq; succũ generans, cum acidis paratus, &c. vt cappares cum aceto, &c.
- *Vitandus*: *Dulcia.* / *Glutinosus*, &c.

*Potus* sit aut
- *Vinum* album, nec valdè potens, nec dulce.
- *Decoctum* aut: *Cinnamomi.* / *Scolopendrij.*
- *Aqua* chalybeata. &c.

*Quantitatem* debitam: quæ pro ratione virium, temporis anni, complexionis, consuetudinis, &c. augenda, minuendáve est.

*Chirurgia* adhibita secundum

*Qualitatem*. Itaque si cum sanguinis copia fuerit humor melancholicus, sanguinis missio facienda est, amplo satis foramine.

*Quantitatem* decentem. Sic non multa sanguinis copia auferenda est, sed potiùs in duos dies diuisa euacuatione.

*Locum* conuenientem. Sic viribus
- *Constantibus*, vena cubiti sinistri interna secanda est.
- *Suspectis*, vena quæ ad medium digitum, vel minimum venit, incidenda est.

*Medicamẽtis*, exhibitis secundum

*Qualitatẽ* contrariã: atq; vel humoris

*Qualitati*. Sic conueniunt attenuantia, incidentia, præparantia & concoquentia: cuiusmodi sunt
- *Syrupus*: *De* fumo terræ / *De* succo fumariæ / *De* epithymo / *De* pomis / *Acetosus.*
- *Oxymel* / *Mel* rosarum / *Acetum* scilliticum. / *Lixiuium*, &c.

Cum aquis scolopendrię, capil. Ven. &c.

*Quantitati*. Sic ex vsu sunt euacuãtia, seu purgantia

*Melancholiã*: vt
- *Epithymum* / *Folia* senæ / *Pulus* hieræ diacolocynthidos / *Polypodium* / *Extractũ* cõfectionis Hamech / *Extractum* hellebori nigri, &c.

Ex sero capri no, aqua fabrorum, &c.

*Pituitã*: vt
- ℞. *Pul.* corticis radicis capparorum, tamaricis, Foliculorum senæ ——— Ana ʒ.ß
- *Anisi* / *Mastichis* Ana ℈.j.
- *Agarici* trochiscati ʒ.j.
- *Pilularum* Alephanginarũ ʒ.iij.ß. Cum vino fiãt pilulę vij. ℔ drachma: da vnam ante cœnam: cõtinua, & videbis mirabilia in duritie lienis.

*Quantitatem* conueniẽtẽ: quæ augenda vel minuenda est pro ratione ætatis, temporis anni: consuetudinis, complexionis virium, &c.

*Flatuosus* spiritus, qui resoluendus, exiccandus est partim
- *Sacculis* duobus sequentibus, appositis.
- *Calcaneo* vaccæ combusto, calefacto cum melle bibito, &c.

*Morbus*, id est, scirrhus (non quidem exquisitus) sui quoque ablationem indicat: ℔ fiet partim

*Victus* ratione prædicta.

*Medicamentis* exhibitis secundum

*Qualitatem* contrariam: scilicet mollientem, incidentem, resoluentem, & (ratione vi sceris) astringentem: vt sequitur.

*Quantitatem* debitam: quæ augenda minuendáve est pro ratione ætatis, temporis anni, temperaturæ, situs loci, &c.

*Tempus* commodum. Vide in seqq. signum B.

*Locum* conuenientem. Sic topica sinistro hypochondrio applicanda sunt.

*Ordinem* decentem. Sic per interualla alternatim vti cõuenit medicamẽtis: primò molliẽtibus, deinde resoluentibus, postea rursus ad mollientia redeundũ est, &c.

B. *Medicamẽtis exhibitis secundum tẽpus cõmodum vtendũ in morbi*

- *Principio* emollientibus, & incidentiq. vt ex
  - *Simplicibus*
    - *Capparis.* Scolopendrium, & præsertim decoctum radicum eius, in vase tamarisci.
    - *Tamariscus.* Splen capræ, vel canis, vel vulpis, spleni superpositum.
    - *Hederæ* cacumina. Sal absynthij.
    - *Polytricum.* Oleum coralliorum cum syrupo acetoso.
    - *Anchusa.* Adipes. Butyrum.
    - *Salicis* folia & radicis cortex. Limonij semen.
    - *Asarum*, acorus, scordium, pulegium.
    - *Gentiana*, paeoniæ radix, & ciclamini.
    - *Centaurij* minoris succus.
    - *Brioniæ* radix. Viticis semen tostum.
    - *Polium*, hypericum, chamæpitis.
    - *Ammoniacum*, myrrha, ammoniacum cum aceto.
    - *Lupinorum* decoctum.
    - *Radix* lilij, malvæ bismalvæ, scillæ.
    - *Ferrum* aqua aut vino sæpius extinctum, &c.
  - *Cõpositis* atq;
    - *Intrinsecus* sumptis
      - *Puluis*
        - *Vnus*: ℞ *Cort.* rad. capparorum scolopendrij, asari, acori, polij, ana ʒ.j. *Rutæ*, aristolochiæ, costi, ana ʒ.S. *Piperis* ϑ.j. Misce, & fiat puluis, de quo sumet eger ʒ.j. cum posca vel decocto scolopendrij.
        - *Alter*: ℞ puluer. cort. rad. capparorũ ʒ.j. atq; cum aceto mulso sumatur.
      - *Potio*: ℞ *Fol.* hederæ, tamarisci ana P.j. Rad. iringij ℥.j. *Asari*, cinnamomi, costi, ana ʒ.ij Coquantur in tribus ℔. vini albi ad consumptionem tertiæ partis, atque de colatura bibet ℥. v.iij.
    - *Extrinsecus* appositis
      - *Fomentum* ex aceto, in quo bullierint: *Cort.* rad. capparorum. *Scolopendrium*, radix tamarisci. *Calamintha*, pulegium, & *Asarum*, quo spongia pars foueatur.
      - *Vnguentum*: ℞ *Olei* de capparibus ʒ.vj. *Medullæ* vituli, pinguedinis anatis, ammoniaci in aceto dissoluti, ana ʒ.ij. *Aceti* ʒ.j. Ceeræ q.s. Fiat vnguentum.
      - *Emplastrum*
        - *Vsuale*: *De* meliloto. *Dialthea.* *Diachylon.* *Cerotum* hyssopi.
        - *Magistrale*
          - *Vnum*: ℞ *Caricarũ* ℥.ij. Bdellij, opopanacis, an. ℥.j.S. *Stercoris* caprini, farinæ fœnigræci, ana ℥.ij. *Pul.* rad. capparorum & penthaphylli, ana ℥.ij. Cum aceto fiat emplastrum.
          - *Alterum*: ℞ *Emplast.* de meliloto. *Vnguenti* dialthææ. *Olei* de capparibus, ana ℥.ij.
- *Statu* & declinatione resoluentib. & exiccantibus: vt
  - *Lapis* (*Molaris*, *Pyrites*) *Candens* — *Lateres candentes* — Aceto acerrimo extincti, & linteis inuoluti atque sæpius appositi.
  - *Lapis* durissimus candens in aceto, in quo ebulus, folia salicis & scolopendrium coxerint, extinctus.
  - *Sacculus*
    - *Vnus*: ℞ *Milij* parum conquassati P.ij. Salis P.S. Torrefiãt in tegula calida. Fiãt duo sacculi longitudine dimidij palmi interpuncti in linteo trito & raro, & perfumigati cum aceto acerrimo, in quo lapis durissimus & igne candens extinctus sit.
    - *Alter*: ℞ *Cumini* P.ij. Sem. agni casti, sem rutæ, ana ℥.j. Crassiuscule conquassata, & in tegula siccata duobus sacculis includantur, & calidi sacculi (vt priùs) alternatim apponantur.

# De curatione Cachexiæ, id est, mali corporis habitus.

*Cachexia* est, cũ vniuersũ corporis habitus in aquositatẽ diffunditur: & est principium hydropicarum affectionũ: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: scilicet totius habitus corporis, & præsertim hepatis vniuersa corporis miscella laxior ac mollis.
  - *Symptomatis* (est enim symptoma in genere affectuum corporis, & propriè visibilũ, frustratam totius corporis concoctionem seu nutritionem insequens)
    - *Corporis* color subpallidus, aut plumbeus.
    - *Tumor*: *Pedum* ante somnum. *Oculorum* palpebræ à somno.
    - *Cœlio* impedita in principio, postea verò fastidium accedit.
    - *Deiectiones* variæ.
    - *Respiratio* rara ac debilis, &c.
  - *Causæ*: videlicet intemperiei frigidæ & humidæ, vel propter
    - *Morbos* longos: nẽpe *Febres* pituitosas, *Diarrhœam*, *Dysenteriam*, *Cœliacum* morbum, *Scirrhum* iecoris aut lienis
    - *Intemperiem* frigidam hepatis
    - *Retentam* aliquam euacuationem
    - *Immodicam* sanguinis profusionem, &c.

  Ex ęgrotantiũ relatione facilè dignoscitur
- *Curatio.* Vide in seqq. signum **

** *Cachexiæ*

** *Cachexias curatio indicationib. absolui tur. Quare*

- *An* fieri possit, indicat tum
  - *Aetas.* Nam
    - *Pueri* facilè pereunt, propter vitalis firmitatis imbecillitatem.
    - *Qui* in vigore sunt, rarò incidunt in hanc passionem.
    - *Senes* hac affectione maximè capiuntur, qui etiam maximè liberantur, &c.
  - *Tempus.* Nam si diutius perduret, in hydropem transit.
- *Quid* fieri debeat indicat partim
  - *Humor* frigidus & humidus: qui sui ablationem indicat: ꝙ cõmodè fiet
    - *Victus* ratione ordinata secundum
      - *Qualitatẽ* contrariam, videlicet calefacientem & siccãtem. Quare
        - *Aer* sit calidus & siccus.
        - *Somnus* conuenit moderatus & nocturnus.
        - *Exercitium* sit per *Deambulationem*, *Gestationem*, Vociferationem, *Frictionem* ex oleis calefacientibus & sale, } Moderatum.
        - *Aluus* natura, vel arte sit humecta.
        - *Balnea* conueniunt naturalia
          - *Aluminosa.*
          - *Sulphurea.*
        - *Alimenta* competunt exiccantia, quæ facilè coquuntur, bonumq; succum præstant, qualia sunt
          - *Turtures.*
          - *Perdices.*
          - *Turdi.*
          - *Passerculi.*
          - *Cappares.*
          - *Asparagi*, &c.
        - *Vitanda* sunt omnia bellaria, nidorosa, graueolentia & quæ crassos succos generant.
        - *Potus* si vinum album tenue, potens, odorum.
        - *Potus* aqua vitandus, &c.
      - *Quantitatem* decentem, quæ modica sit, & pro viribus.
    - *Chirurgia*, seu venæ sectione, præsertim si cachexia à retenta sanguinis euacuatione euenerit, & tunc sanguis mittendus, secta vena interna cubiti per interualla: primo, secundo, aut etiam tertio die, nisi causa aliqua id impediat.
    - *Medicamentis* exhibitis secundum
      - *Qualitatẽ* contrariam, & vel
        - *Qualitati* humoris: sunt calefacientia & siccantia, attenuantia, incidentia & præparantia: vt
          - *Aqua* mulsa.
          - *Oxymel*
            - *Simplex.*
            - *Compositum.*
          - *Syrupus*
            - *Acetosus.*
            - *De* duabus
            - *De* quinque } radicibus.
            - *De* absynthio, &c.
        - *Quantitati* humoris: sunt purgantia: vt
          - *Electuarium* Indum.
          - *Diaphœnicon.*
          - *Hiera* diacolocynthidis.
          - *Pilulæ* de agarico, &c.
      - *Quantitatem*, quæ augenda, minuendáve est pro ratione ætatis, temporis anni, consuetudinis, complexionis, &c.
  - *Intemperies* frigida & humida quę sui ablationem indicat: quod fiet partim
    - *Victus* ratione suprà dicta.
    - *Medicamentis* contrarijs, nẽ pe calidis & siccis
      - *Intrinsecus* sumptis: vt sunt
        - *Absynthij* potio assidua.
        - *Syrupus* de absynthio.
        - *Theriaca*, Mithridatum.
        - *Conserua* anthos, Diacucurmæ.
        - *Aromat.* rosatum.
        - *Dialacca.*
        - *Plirisarcoticon*, &c.
      - *Forinsecus* admotis: vt
        - *Oleum*
          - *Nardinum*
          - *De* absynthio
          - *Anethinum*
          - *De* baccis lauri } Quibus venter fouendus.
        - *Fotus* vini, in quo chamomilla fuerit elixa, addito sale & alumine, quo partes inflatæ foueantur.
        - *Balnea* sponte calida
          - *Aluminosa.*
          - *Nitrosa.*
          - *Sulphurea*, &c.

De cura.

# De curatione Hydropis, in genere & ſpecie.



A. *Hydropis* curatio in

- *Genere*, indicationib. perficitur. Quare
  - *An* sieri posſit, indicat tum
    - *Causa* morbi. Nam
      - *Non* admodum formidabilis eſt, quæ nullo antecedente, deinde quæ ex acuto naſcitur, periculoſiſſima eſt.
      - *A ſcirrho* confirmato, non curatur.
      - *A reſiccato* nimis hepate, vix curatur.
      - *Hydrops* ſæpè quartanæ ſuperuenit.
    - *Pars* affecta. Quoniam quæ prouenit ab hepate, peior eſt, quàm quæ à ſplene, vel ab alijs membris.
    - *Symptoma*. Nam
      - *Fluxus* ventris ſuperueniens hydropico ſine alleuiatione, mortale.
      - *Fœtor* { *Anhelitus*, ſputi / *Sudoris*, egeſtionis / *Corporis* totius } Mortale.
      - *Quando* egeſtio eſt ſimilis ſanguini coagulato, proximus eſt morti.
      - *Vrina* bicolor { *Inferiùs* aut { *Ruffa* / *Nigra* } / *Superiùs* aut { *Liuens* / *Rubra* } } Mortalis.
      - *In* hydropico aqua ad ventrem aut veſicam fluens, ſolutio.
      - *Si* dyſenteria hydropico ſuperuenerit, & difficultas anhelitus, infra tres dies morietur.
      - *Tuſsis* in hydropico malum.
    - *Sexus*. Nam incidunt in hunc morbum viri frequentiùs, quàm fœminæ.
    - *Tempus* morbi. Nam
      - *Omnes* inueterati hydropes, & qui iam habitum corrũpunt, ſunt periculoſi.
      - *Inter* initia non difficilima curatio eſt. At ſi malum inueterauerit, non ſine magna moleſtia diſcutitur.
    - *Conditio*. Quoniam faciliùs in ſeruis, quàm liberis curatur.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tum
    - *Causa* morbi, nempe in tẽperies hepatis frigida, quę ſui ablationem indicat: quod fiet partim
      - *Victus* ratione, inſtituta ſecundum
        - *Qualitatem* contrariam, videlicet calefacientem & ſiccantem. Quare
          - *Aer* ſit calidus & ad ſiccum vergens.
          - *Somnus* conuenit moderatus, aut conſueto paulò breuior.
          - *Motus* ſit mediocris, qui fit per { *Mare*. / *Equum*. / *Lecticam*. / *Deambulationem*. }
          - *Frictio* eſt adhibenda.
          - *Aluus* ſit lenis arte, vel natura.
          - *Cibus* ſit concoctu facilis: vt
            - *Panis* probè fermentatus, ſalitus, cum aniſo, cumino, &c.
            - *Ex* auibus { *Phaſiani* / *Perdices* / *Turtures* / *Merulæ* / *Gallinæ* } Aſſi.
            - *Ex* quadrupedibus { *Feirna* { *Aprina*. / *Ceruina*. / *Leporum*. } / *Caprearum*. }
            - *Ex* oleribus { *Petroſelinum*, apium. / *Daucum*, eruca. / *Pulegium*, rapa. / *Paſtinaca*, porrum, &c. }
            - *Ex* piſcibus { *Cancri*. / *Locuſtæ*. / *Erinacei*. / *Cardellæ*, &c. }
            - *Ex* fructibus { *Nuces*, auellanæ, toſtæ. / *Amygdalæ*, piſtaciæ. / *Vua* penſilis, &c. }
          - *Potus* ſit vinum tenue, album, potens, diureticum, &c.
        - *Quantitatem* debitã, quæ moderata & pauca eſſe debet, tã cibi quã potus.
      - *Medicamentis* contrarijs, quæ pro morbi ſpecie varianda, vt ſequitur.
    - *Pars* affecta, quæ ſemper corroboranda eſt, &c.
  - *Specie*. Vide in ſeqq. ſignum B. & inde

B. *Curatio*


B. Curatio
Anasarcæ, indicationibus perficitur. Itaque
An fieri possit, indicat tum
Vterum, vt pessus ex contusis maluarum & altheæ radicib⁹ hordeo decocto, saccharo rubeo, adipe anseris, omnibus contusis, ac simul permixtis, & serico linteo inuoluus immittantur.
Extrinsecus applicantur: vt
Balneum aquæ dulcis
Incessus ex maluarum, altheæ, violarum, hordei, chamomillæ decocto.
Vnguentum
℞. Olei amyg. dulc. & amararũ, olei de cucurbita, ana ℥. j. adipis anserini, butyri recẽtis, ana ℥. iij. da dani ℥. ij. Misce.
Quantitati: sunt purgantia: vt
Cassia fistula.
Syrupus rosatus laxatiuus.
Rhabarbarum.
Manna.
Electuarium rosatum, &c.
Frigida. Vide in seqq. signum B.
Instrumentalis. Vide in seqq. signum C.
Deinde symptoma. Vide in seqq. signum D.


B. Intemperies frigida quid fieri debeat, indicat. Nam
Immaterialis tollitur partim
Victus ratione excalfaciente. Itaque
Exercitia conueniunt fortiora.
Frictio partium inferiorum est ex vsu.
Cibi sint
Carnes elixæ cum ciceribus & petroselino.
Oua sorbilia.
Pisces saxatiles.
Cardnus.
Pastinaca, &c.
Potus sit aut
Vinum
Fuluum, Odoratum.
Vetus.
Minimè dulce.
Aqua mulsa.
Decoctum cinnamomi.
Medicamentis, quæ calore suo sanguinem dissoluunt: vt
Thymum, Pulegium.
Calamintha, Dictamnum.
Abrotonum, &c.
Materialis: nempe humor
Victus ratione suprà dicta excalefaciente & extenuante.
Pituitosus sui ablationem indicat: quid fiet partim
Medicamentis contrariis, & vel humoris
Qualitati: sunt alterantia & præparatia: vt
Oxymel, Aqua mulsa, Mel rosatum
Syrupus de
Duabus rad. Quinque rad.
Hyssopo, Capill. ven.
Prasio, Calamentho
Byzantiis, Arthemisia
cum decocto rad. apii, &c.
Quantitati: sunt purgantia: vt
Bolus
℞ Cassiæ recent. extractæ ʒ. vi.
Agarici.
Hieræ simp.
Diaphœniconis, vel electuarii Indi, ana ʒ. j.
Misce, & cum saccharo fiat bolus.
Pilulæ
Vsuales: vt pilulæ
Fœtidæ.
Hieræ diacolocynthidos.
Aggregatiuæ.
Alephanginæ, Mastichinæ.
De sagapeno.
De agarico.
Magistrales
℞. Agarici trochiscati ℈.iv.
Puluer. hieræ ʒ.i.
Cum melle rosaceo fiant pilulæ.
Melancholicus sui ablationem indicat: quod fiet partim
Victus ratione prædicta.
Medicamentis cõtrariis: & vel humoris
Qualitati: sunt alterãtia & cõcoquẽtia: vt syrupus de
Pomis, Fumo terræ.
Succo borraginis.
Epithymo, &c.
Quantitati: sunt purgantia: vt decoctũ sennæ & epithymi, in quo cassiæ ʒ.j. fuerit dissoluta, & diacathol. ʒ.vii. aut cõfectionis Hamech ʒ.iij.
C. Morbus quoq. instrumẽtalis quid fieri debeat, indicat. Nam
Plenitudo sanguinis sui ablationẽ indicat: quod fiet partim
Chirurgia administrata secundum
Qualitatem contrariam. Sic conuenit
Venæ sectio.
Cucurbitularum cum scarificatu applicatio.
Quantitatem debitam: quæ pro ratione virium varianda: & vbi quippiam non vrgeat, venæ sectionem iterare tutius erit, quàm semel vniuersam euacuare.
Tempus commodum. Sic tam venæ sectio, quàm scarificatio non multũ ante statũ mẽsium facienda est, sed vbi iam accesserit, tribus quatuórve diebus, consueti mulieri circuitus.
Locum conuenientẽ. Sic
Venæ sectio in plenitudine
Magna facienda
Primò in cubito.
Deinde in talo.
Mediocri facienda: aut in
Poplite.
Malleolo, &c.
Scarificatio conuenit
Inguinum.
Crurum, &c. præsertim in pinguibus & obesis.
Victu extenuante, vel tenui: vt est ptisanæ succus cum aceto præparatus, olera, &c.
Medicamentis menses prouocantibus. Vide infrà in curatione Symptomatis.
Defectus seu inopia sanguinis sui reparationem indicat: quod fiet partim
Alimentis, quæ bonum ac multum præstant succum.
Frictionibus oportunè adhibitis, mediocribus, cum linteis asperioribus.
Exercitationibus breuibus.
Balneis aquarum dulcium, &c.
Obstructio auferenda est partim
Victus ratione extenuante.
Medicamentis cõtrariis.
Vide suprà in curatione seu ablatione Humoris pituitosi, &c.

D. Sym-


D.
Symptoma denig. q. fieri debeat, indicat. Siquidem
Dolor vehemens. Vide in seqq. signum F.
Suppressio mẽstruorum euocanda est post purgationes debitas: quod fiet partim
Chirurgia administrata secundum
Qualitatem contrariam. Sic conueniens est
Venæ sectio.
Scarificatus.
Frictio
Ligatura
fortis.
Quantitatem debitam: vt suprà.
Tempus cõmodũ. Sic
Venæ sectio
Scarificatio
Frictio, Ligatura
ante tempus menstruorum facienda est, vt suprà.
Locum conuenientem. Sic
Vena tali
Scarificatio crurum
Frictio partium inferiorum
Ligatura in coxis
facienda est.
Medicamentis exhibitis secundum
Qualitatem cõtrariam: videlicet excalfacientem, non tamen valenter desiccantem: quorum alia
Intrinsecus sumũtur per
Os: vt
Decoctũ
Arthemisiæ.
Sauinæ.
Thymi.
Rad. asphodeli.
Corticum radicis mori.
Mercurialis.
Carpesiæ.
Flores tunci odorati.
Spicæ nardi.
Acori.
Rad. helenii.
Cicerum cum rad. petroselini.
Calaminthæ.
Cumini, fœniculi, petroselini, daucii, ammii, cicerum.
Absynthij, arthemisiæ, sauinæ, sem. apii & seseleos.
Rorismarini vni? anni, in vino optimo, &c.
Syrupus
De calamintha
De duabus radicibus
De quinq. radicibus
cum decocto cicerum, &c.
Aquâ mulsa cum ʒ. j. vel
Opopanacis.
Sagapeni.
Myrrhæ.
Castorei.
Succus iuniperi, cum decocto cicerum.
Trochisci
Vsuales: è Myrrha, quorum ʒ. j. cum aqua mulsa sumenda.
Magistrales
℞. Sem. fœniculi, dauci, seseleos, ana ℈. j.
Cinnamomi, casiæ, ana ℈. S.
Sem. meloris ʒ. S.
Sacchari dissoluti in aqua melissæ, q. s. formentur trochisci, cũ aqua mulsa sumendi, &c.
Vterum: vt pessi
Mitiores ex
Adipe anserino, seu gallinaceo.
Saccharo rubro.
Pauco croco.
Arthemisia, vel Sauina contusa.
Valentiores ex
Myrrha, Bdellio.
Galbano, Styrace.
Abrotano, Rubia.
Colocynthide.
Scammonea.
Agarico.
Succo Iridis.
Succo cucumeris agrestis.
Succo mercurialis, &c.
Extrinsecus applicantur. Vide in sequentibus sig. E.
Quantitatem conuenientem: quæ pro ratione virium, ætatis, temperaturæ, varianda est.
Tempus commodum Sic appropinquante iam purgationis tempore, præsertim à balneo, vel post vnctionem, sumenda sunt.

E.
*Medicamẽta* ex trinſecus admouenda ſunt, aut

- *Olea*: vt oleum
  - *Nucis* Moſchatæ.
  - *Iuniperinum.*
  - *Belzoinum.*
  - *Myrrhæ.*
  - *De* ſtyrace.
  - *Galbani.*
  - *Laurinum.*
  - *Anethinum.*
  - *De* beu, &c.
- *Balnea*
  - *Naturalia.*
  - *Artificialia*: ex decocto
    - *Arthemiſiæ.*
    - *Chamomillæ.*
    - *Calaminthæ.*
    - *Pulegij.*
    - *Sauinæ.*
    - *Maioranæ.*
    - *Rutæ*, Origani.
    - *Fol.* lauri.
    - *Conizæ.*
    - *Baccæ* iuniperi.
    - *Petroſelini*, Apii.
    - *Porrorum*, alliorum.
    - *Smirnij*, Melanthii.
    - *Styracis*, Centaureæ, &c.
- *Lotio* crurum ex decocto iam dictorum.
- *Saccelli* ex *Arthemiſia*, *Maiorana*, *Pulegio*, *Sauina*, &c. — calefacti, & vino irrorati, & applicati partibus circa vterum.
- *Suffitus* ex aromatibus
  - *Styrace*, Belzoino.
  - *Lauendula.*
  - *Iunco* triangulato.
  - *Gallia* moſchata.
  - *Alipta* moſchata, &c.
- *Vnguentum*
  - *Primum*
    - Rℨ. *Oli* liliacei. Irini, ana ℥. j.
    - *Amygdalarum* amararum, De capparibus, ana ℥. S.
    - *Succi* rutæ, aut ſauinæ, Arthemiſiæ, ana ℥. S.
    - *Ladani* ℥. vij.
    - *Ceræ* q. ſ. miſce, & fiat vnguentum, quo imus venter, pubes & inguina inunguntur.
  - *Alterum*
    - Rℨ. *Axungiæ* gallinæ, Anſeris, Anatis, an ℥. S.
    - *Olei* amygdal. amararum, Chamomelini, Liliacei, ana ℥. j. S.
    - *Ariſtolochiæ* vtriuſque. Rad. iridis, Aſari, ana ℥. j.
    - *Ceræ* nouæ q. ſ. miſce, & fiat vnguentum.

F.
*Dolor* vehemens ante purgationem menſtruorum, mitigandus eſt medicamẽtis mollientibus, attenuantibus, aut calorum acrem attemperantibus, & meatus laxantibus: vt eſt

- *Oleum*
  - *Laurinum.*
  - *Anethinum.*
  - *Irinum.*
  - *Suſinum.*
  - *Amaricinum*, &c.
- *Epithema* ex
  - *Decocto*
    - *Fœnigraci.*
    - *Meliloti* Anethi.
    - *Chamomillæ.*
  - *Oleo*
    - *Anethino.*
    - *Chamomelino.*
- *Inſeſſus* ex decocto
  - *Meliloti.*
  - *Chamomillæ.*
  - *Fœnigraci.*
  - *Anethi.*
  - *Amaraci.*
  - *Croci*, &c.
- *Ceratum* ex
  - *Oleo*
    - *Anethino.*
    - *Suſino.*
  - *Styrace.*
  - *Cera* pauca.
- *Emplaſtrum* ex
  - *Vitell.* ouorum, num. iij.
  - *Oleo*
    - *Suſino.*
    - *Anethino.*
  - quod calidum imo ventri ſuperponendum.

De

# De Curatione Purgationis menstruorum immodicæ.



A. *Immodica* mensium purgatio curatur quoq. victus ratione, instituta secũdum

- *Qualitatem* cõtrariam: videlicet cohibẽtem, seu astringentẽ, & bonum succum generantem. Quare
  - *Aer* sit temperatus, aut parum ad siccum frigidúmque vergens.
  - *Somnus* conuenit temperatus.
  - *Quiescant.* nam motus & exercitio vitanda est.
  - *Animi* sit tranquillitas Ab ira namque caueant.
  - *Cibus* sit
    - *Mica* panis ex posca.
    - *Oryza*, *Similago*, *Amylum* } cum posca.
    - *Oua* sorbilia.
    - *Caro*
      - *Phasianorum*, Perdicum, *Starnarum*, Merularum, *Turdorum*, *Anium* paruarum, *Leporum*, *Cuniculorum*, Capreolorum } assa, vel elixa cum iure poligoni, plãtaginis, &c.
    - *Ex* fructibus
      - *Mala* austera.
      - *Cotonea*, Sorbæ.
      - *Mespila*, &c.
  - *Potus* sit aut
    - *Aqua* pluuialis chalybeata.
    - *Aqua*, in qua plantago fuerit cocta.
    - *Posca.*
    - *Vinum* nigrum austerum.
- *Quantitatem* conuenientem, quæ moderata esse debet.

B. *Causa* etiã symptomatis, quid fieri debeat, indicat. Ea nãq. post symptomatis ablationẽ, sui quoq. ablationem significat. Qua

- *Apertio*: de qua vide in seq. signum C.
- *Eroso* cùm maiori ex parte ab acri hus humoribus prouenit, ratio habẽda erit
  - *Primò* causæ ipsius erosionis: videlicet humoris
    - *Bilios*i, qui
      - *Primò* præparandus, aut
        - *Syrupo* } *Rosaceo*, *Myrthino*, *Acetosæ*, *Acetoso* } cum aquis plantaginis, polygoni, vel oxalidis.
        - *Oxysacchara* }
      - *Deinde* purgandus aut
        - *Rhabarbaro.*
        - *Hiera* picra.
        - *Potione* tali
          - ℞. *Tamarindorum* ℥. S.
          - *Cort.* myrobalanorũ citrinorũ ʒ. iij. in aqua plantaginis & acetosæ fiat decoctum, in quo dissolue.
          - *Syrupi* ros. lax. ℥. iv.
          - *Rhabarbari* ϑ. iv. Misce, & fiat potus.
    - *Salsi*, qui
      - *Primò* præparandus aut
        - *Syrupo* de cort. mali citri.
        - *Melle* rosaceo cum syrupo vel } *Myrthino.* / *Absynthino.*
      - *Purgandus* vel
        - *Hiera* cum agarico.
        - *Potione* tali
          - ℞ *Cort.* myrobal. chebul. ℥. S.
          - *Agarici* trochiscati ʒ. j.
          - Fiat decoctum in aqua plantaginis, cui adde syrupi ros. lax. ℥. iii.
  - *Deinde* morbi, nempe erosionis, quę curanda partim
    - *Victu* astringẽte, & cibis boni succi. Quare cõuenit
      - *Quies.*
      - *Caro*
        - *Auium* montanarum assarum.
        - *Turturum.*
        - *Columbarum.*
        - *Perdicum.*
        - *Turdorum*, &c.
      - *Lac* coctum.
      - *Oryza* cum lacte, vel posca.
      - *Ex* fructibus
        - *Pira*, *Poma* } austera.
        - *Cotonea.*
        - *Sorbæ.*
        - *Mespila*, &c.
      - *Potus* aut
        - *Vinum* nigrum.
        - *Aqua* chalybeata.
    - *Medicamentis* sarcoticis: vt est
      - *Succus* plantaginis, in vterum infusus.
      - *Decoctum*
        - *Balaustij*, *Acaciæ*, *Hypocistidis*, *Gallarum*, *Malicorij* } iniectum.
      - *Terra* lemnia, *Lapis* hæmaticis, *Aloe*, *Manna* thuris, &c. } cum succo plantaginis, aut vino austero nigro iniecto, &c.

C. Aper-

C.
*Apertio* ſeu reſeratio vaſorum ſui obturationem & ruptura ſui conglutinationē ſigni ficat. Atq; obturatur oſculū dilatatum per aſtringentia: conglutinatur autem ruptum per eadē,& quæcunq; citra mordacitatē reſiccant:& glutinoſum quoddam habent:cuiuſmodi ſunt tum

*Victus* ratio iam ſupradicta.

*Medicamenta*

*Intrinſecus ſumenda*

*Simplicia*: vt

*Terra* lemnia.
*Bolus* armenus.
*Samius* after.
*Balauſtium* ex poſca.
*Succus*: *Plantaginis*. *Hypocyſtidis*. *Acaciæ*. *Vuæ* acerbæ. *Polygoni*. *Coralliorum*.
*Crocum* martis.
*Decoctum* loti.
*Radices* ſymphyti cum poſca.
*Sanguis* draconis,
*Os* ſepiæ tritum,atq; cū vino ſumptū, &c.

*Compoſita*

*Vſualia*

*Trochiſci* de: *Terra* ſigillata. *Spodio*. *Carabe*,&c.

*Syrupus*: *Myrthinus*. *De* roſis ſiccis.

*Conſerua*: *Roſarum* antiqua. *Symphyti*. *Cotoneorum*,&c.

*Magiſtralia*: & vel

*Potio*

*Vna*: ℞. *Croci* martis,Lapidis hæmatitis triti,ana ℈.ij. *Syrupi* myrthini,Roſarum,ana ℥.S. *Aquæ* plantaginis ℥.ij.miſce.

*Altera*: ℞. *Boli* armeni ʒ.ij. *Coque* in vino auſtero ad ℥.ij. Colatura bibatur.

*Syrupus*: ℞. *Succi* depurati lanceolæ, Burſæ paſtoris,Rad. vrticæ alb. ana ℥.ij.Sacchari q.ſ. Miſce,& fiat ſyrupus.

*Electuarium*

*Primum*: ℞. *Conſeruæ* roſarum veteris ℥.S. *Boli* armeni ℈.j. Cum ſyrupo myrthino fiat electuarium.

*Secundum*: ℞. *Conſeruæ* roſ.antiquæ ℥.S.Symphyti ℥. j. *Trochiſcorum* de carabe ʒ.j. *Boli* armeni ʒ ij. *Sanguinis* draconis ʒ.S. *Syrupi* de roſis ſiccis q.ſ.miſce.

*Tertium*: ℞. *Conſeruæ* roſ.veteris ℥.ij.Sē.plantaginis ʒ.ij. *Sanguinis* draconis.Boli armeni,ana ℈.iiij. *Ambræ* citrinæ,Corallorum rub. ana ʒ.j. Cū ſyrupo myrthino fiat electuariū.Datur ea ſtaneæ magnitudo ſerò & manè antè cibum.

*Quartum*: ℞. *Symphyti* conditi. *Carnis* cotoneorum conditorum, *Sacchari*,ana ℥.j. *Conſeruæ* roſarum veteris ℥.S. *Pul.* oſſis ſepiæ ʒ.iij. *Trochiſcorum* de ſpodio,De terra ſigillata,ana ʒ.j. *Spec.*diamarg.frigidi,& diapapaueris , ana ʒ.j. cum miua coton.fiat electuarium.Capiat ad quantitatē anellanæ,ſuperbibēdo aquam burſæ paſtoris.

*Quintum*: ℞. *Conſeruæ* roſ. veteris ℥.ij.Pul.coral.rub.ʒ.iij. *Pul.* margaritarum ℈.ij. Cum ſaccharo roſato tabulato fiat conditū.

*Tertius*

*Vnus*: ℞. *Cornu* ceruini vſti, Corallorū rubrorum,ana ʒ.j. *Lapidis* hæmatitis ℈.j. Miſce,& fiat puluis, cum poſca ſumendus.

*Alter*. ℞. Trochiſcorum è ſpodio,è ſuccino,ana ʒ.j. Miſce,& fiat puluis,cum poſca dandus.

*Tertius*: ℞. *Sanguinis* draconis. *Boli* armeni. *Ambræ* citrinæ. *Coralloru*m rub.ana ℈.j. Miſce,& fiat puluis.Datur cū aqua plantaginis.

*Forinſecùs* applicanda. Vide in ſeqq. ſignum D.

D. *Medicamenta* forinsecus applicanda, sunt aut

- *Fomenta* ex
  - *Posca* tepida.
  - *Oleo*
    - *Rosaceo.*
    - *Cotoneorum.*
    - *Myrthino*, &c.
  - *Aqua* plantaginis, vino nigro, & sumach, lumbi superposita.
- *Vnguentum* comitissæ pauco aceto addito.
- *Emplastrum*
  - *Primum* ex bolo.
  - *Alterum* contra rupturam.
  - *Tertium* ex
    - *Farina*
      - *Hordei*
      - *Fabarum*
    - *Rad.* symphyti
    - *Polygono*, Plantag.
    - *Acacia*, Alumine.
    - *Hypocystide*

    } ex polca.
  - *Quartum* ex
    - *Palmulis*, Malis cotoneis
    - *Malicorio*, Balaustiis
    - *Gallis*, Alumine
    - *Acacia*, Hypocystide
    - *Lentisco*

    } cum polca.
- *Infessus* ex foliis
  - *Myrthi*, Rosarum.
  - *Plantaginis*, Polygoni.
  - *Symphyti*, Rubi, Lentisci.
- *Pessulus* ex
  - *Folijs*
    - *Plantaginis*, Polygoni
    - *Myrthi*
    - *Symphyti* rad.

    } contusis.
  - *Mamma* thuris
  - *Hypocystide*, ac Balaustio

  } cum succo plantaginis & lana fiant pessuli.
- *Clysteres*, in vterum iniecti, ex
  - *Succo* Plantaginis, Polygoni.
  - *Decoctо*
    - *Acaciæ*, Malicorij.
    - *Gallarum.*
    - *Balaustiorum*, &c.

# De curatione Fluxus muliebris.

*Muliebris* fluxus est totius corporis recremẽti destillatio. Vel est vteri destillatio diuturna. Vel est vniuersi corporis per vterum purgatio, ipso haudquaquam affecto: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: nempe Vteri, affecti per
    - *Consensũ* corporis
      - *Totius*
        - *Cacochymia* totius corporis.
        - *Magna* copia serosæ substantiæ.
      - *Partis.*
    - *Se*
      - *Exulceratio* eius.
      - *Pus* crassum, fœtidum album.
  - *Symptomatis*
    - *Fluxus* corruptus & diuersorũ colorũ, pro diuersitate redundantis succi citra dolorẽ.
    - *Corporis* extenuatio.
    - *Facies* decolorata. Fastidium cibi.
    - *Difficultas* anhelitus in obambulatione.
    - *Dolor* lumborum, spatularum.
    - *Oculi* prætumidi, nunc cum dolore, nunc citra illum, aut cum exulceratione.
    - *Inenarrabilis* tristitia, Tumor pedum.
    - *Perpetua* destillatio in quibusdam, in aliquibus per interualla, &c.
- *Causæ*: videlicet
  - *Intẽperiei* materialis, id est, humoris
    - *Sanguinei*
      - *Fluxus* ruber.
      - *Fluxio*, qualis esset aqua pauco sanguine tincta, &c.
    - *Biliosi*
      - *Fluxus* pallidus, subflauus.
      - *Humor* acris.
      - *Victus* ratio biliosa.
      - *Iracundia.*
      - *Temperatura* calida & sicca, &c.
    - *Pituitosi*
      - *Color* totius corporis albidus.
      - *Fluxus* in magna quantitate.
      - *Fluxio* minus acris.
      - *Ocium.*
      - *Vita* desidiosa, &c.
    - *Melancholici*
      - *Fluxus*
        - *Cænosus.*
        - *Fuscus.*
        - *Liuidus.*
      - *Victus* ratio
      - *Temperatura*

      } melancholica, &c.
  - *Exulcerationis.* Pus
    - *Fœtidum.*
    - *Crassum.*
    - *Album*, &c.
- *Curatio* indicationibus perficitur Quare
  - *An* fieri possit, indicat tum
    - *Aetas.* Nam mulieres ætate
      - *Vigentes*, rubra
      - *Declinante*, alba

      } ferè fluxio infestat.
    - *Symptoma.* Nã in omni muliebri defluxu vteri os aperitur, & velut relaxatur, quibusdam etiam procidit: qua de causa magna cum diligentia curanda est hæc affectio. Nam aliquę in hydropem, aliquę in neruorum affectiones, aut oris ventris aut capitis, &c.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in sequentibus sign. A.

- A. *Quid* fieri debeat indicat
  - *Primò* causa symptomatis: videlicet humor
    - *Sanguineus*, qui sui ablationē significat: qd fieri cōmodè poterit partim
      - *Victus* ratione astringente, refrigerante, & paucum sanguinem generante.
      - *Chirurgia* ordinata secundum
        - *Qualitatem* contrariam. Sic conuenit
          - *Venæ* sectio.
          - *Ligatura.*
        - *Quantitatem* congruentem. Sic sanguis per interualla detrahendus.
        - *Locum* conuenientem. Sic
          - *Venæ* sectio in cubito facienda.
          - *Ligatura* partium extremarum facienda.
      - *Medicamentis* astringentibus, frigidis, lumbis ac inguinibus applicatis: vt
        - *Posca.*
        - *Lana* succida, vino & rosaceo imbuta, &c.
    - *Biliosus*, qui auferendus partim
      - *Victu* refrigerante & astringente.
      - *Medicamentis* exhibitis secundū
        - *Qualitatē* cōtrariam: & vel humoris
          - *Qualitati*: sunt concoquētia, seu præparantia: vt syrupus
            - *Violaceus.*
            - *Nympheæ.*
            - *Rosarum.*
            - *Endiuiæ.*
            - *Granatorum*, &c.
          - *Quātitati*: sunt purgantia
            - *Primò* per aluum: vt
              - *Rhabarbarum.*
              - *Myrobalana* citrina.
              - *Electuarium* de succo ros.
              - *Diacatholicum*, Diasebesten.
              - *Syrupus* ros. lax.
            - *Deinde* per vrinam: vt
              - *Radix* graminis.
              - *Petroselinum*, Apium.
              - *Cicer*, &c.
        - *Quantitatem* conuenientem, quæ augenda, vel minuenda est pro ratione ætatis, temporis anni, consuetudinis, &c.
    - *Pituitosus*, qui auferendus est partim
      - *Victus* ratione instituta secundum
        - *Qualitatem* cōtrariam: videlicet exiccantem citra nimium calorē. Quare sit
          - *Frictio* totius corporis ex melle cocto.
          - *Quies.*
          - *Cibus*, caro
            - *Gallinarum.*
            - *Perdicum.*
            - *Turturum*, &c.
          - *Potus*, aut
            - *Aqua* anisi.
            - *Vinum* austerum, &c.
        - *Quantitatem* debitam. Sic potus sit paucus.
      - *Medicamentis* exhibitis secundum
        - *Qualitatem* cōtrariam: & vel humoris
          - *Qualitati*: sunt præparantia: vt
            - *Aqua* mulsa.
            - *Mel* rosatum.
            - *Syrupus* de
              - *Arthemisia.*
              - *Stœchade.*
              - *Absynthio*, &c.
          - *Quantitati*: sunt euacuātia per
            - *Aluum* primò: vt
              - *Agaricum.*
              - *Sem.* carthami.
              - *Electuarium* de citro sol.
              - *Diacarthamum.*
              - *Hiera* cum agarico.
              - *Pilulæ*
                - *De*
                - *Agarico.*
                - *Sagapeno.*
                - *Fœtidæ.*
                - *Aggregatiuæ*, &c.
            - *Vrinam*: vt
              - *Apium.*
              - *Petroselinum.*
              - *Asarum*, Cicer, &c.
        - *Quantitatem* congruentem, quæ varianda, vt suprà.
    - *Melancholicus*, qui tollendus est partim
      - *Victus* ratione iam dicta.
      - *Medicamentis* exhibitis secūdum
        - *Qualitatē* cōtrariam & vel humoris
          - *Qualitati*: sunt concoquentia: vt syrupus de
            - *Fumaria.*
            - *Epitymo.*
            - *Pomis.*
            - *Endiuia*, &c.
          - *Quantitati*: sunt euacuantia, siue purgantia: vt
            - *Sena.*
            - *Epitymum.*
            - *Thymum.*
            - *Cuscuta.*
            - *Decoctum* mercurialis.
            - *Diasena.*
            - *Confectio* Hamech, &c.
        - *Quantitatem* decentem: quæ varianda, vt suprà.
  - *Deinde* symptoma, de quo vide in seqq. signum B.

B. *Sym-*


B.
Symptoma etiam (videlicet fluxꝰ muliebris) quid fieri debeat indicat. nam quę sui ablationem indicat: quod fiet partim
Medicamentis astringentibus &
Victus ratione astringente &
Refrigerante: vt in causa sanguinea, vel biliosa.
Calefaciente modicè &
Siccante: vt in causa pituitosa.
Humectante: vt in causa melancholica.
Refrigerantibus (vt in causa biliosa) atque horum alia
Intri secùs sumuntur per
Os: vt
Succus
Portulacæ.
Polygoni.
Plantaginis.
Decoctum
Balaustij
Equiseti, Rubi
Hypocystidis
ex aqua, vel vino.
Vinum dulce calefactum cum cort. mali punici.
Terra lemnia.
Samius after.
Coagulum leporis.
Vua immatura.
Corallij rubri.
Electuarium huiusmodi
℞. Conserue rosæ antiquæ ℥.ij. Flor. cichorij ℥.j.
Spec. triasantali ʒ.ij.
Corall. rub. vsti & flori ʒ.j. S.
Cum miua cotoneorum fiat electuarium.
Vterum: vt
Ptisanæ succus infusus.
Decoctum lentium
Rosaceum
Pessi, &c.
infusum.
Extrinsecùs apponuntur: vt
Oleum susinum.
Insessio ex decocto
Balaustiorum.
Rosarum, &c.
Epithemata: quorũ
Alterum ex decocto
Plantaginis
Rosarum
Cort. mali punici
ex posca, &c.
Alterũ
℞. Succi plantag. lb. S. Arnoglossæ ℥.ij. Semperuiui ℥.j. S.
Sanguinis draconis ℥.j. Lapidis hæmatitis ℥.j.
Boli armeni ℥.ij. Terræ sigillatæ ʒ.vj. Carabe ℥.S.
Capularum glandium, nucis cupressi, balaustiorũ, ana ʒ.iij. Redigantur in puluerem, & cũ albumine ouorũ fiat linimentum, & petia vna magna intincta iuri antè ponatur, & vna ad renes, frigida tempore calido, frigido verò calida. probatum.
Calefacientibus: & vel in materia
Pituitosa: quorũ alia
Intrinsecùs sumuntur
Pulvis
℞. Cineris spongiæ, lotæ in aqua ros. ʒ.ij.
Rasuræ eboris, Cornu cerui, ana ʒ.ij.
Ros. rubrarum, Cort. mali citri, ana ʒ.j.
Galangæ, Cyperi, ana ʒ.S.
Sacchari rot. tabulati ℥.ij. misce, & fiat pulvis.
Electuarium
℞. Conserue anthos, stœchados, ana ʒ.ij.
Acori ℥.j.
Spec. diarrhod. abb. Arom. ros. ana ʒ.ij.
Cornu cerui, corall. rub. vsti, ana ℥.S.
Concharum marinarum vstarum ʒ.vj.
Cum syrupo de cort. mali citri fiat electuarium.
Forinsecùs apponuntur: vt
Emplastrum
Pro matrice.
De pelle arietina, &c.
Balnea
Naturalia
Aluminosa.
Salsa.
Artificialia ex
Sale.
Alumine.
Liximo.
Rad. bistortæ & lapathi.
Cort. mali punici.
Rosis.
Gallis, &c.
Melancholica: quorum alia
Intrinsecùs sumuntur: sunt eadem, quæ in materia pituitosa sunt præscripta.
Extrinsecùs applicantur: vt vnguentum ex
Pompholige
Cerusa
Thutia
Antimonio
Lythargyroi
Cũ oleo myrthino & aceto. Si verò nulla sentiatur acrimonia, vsurpari possunt remedia ad pituitam præscripta.

De

# De curatione Strangulationis seu Suffocationis vteri.

- *Vteri* strangulatio, seu suffocatio, est recursus vteri ad superiora: cuius
  - *Dignotio*
    - *Partis* malè affectæ: videlicet Vteri
      - *Solus* viduis accidit.
      - *Nubilibus*, quibus menses supprimuntur, euenit.
    - *Morbi*
      - *Præsentis*
        - *Status*
          - *Sopor* grauis ac profundus.
          - *Mentis* ac sensuum apprehensio cum vocis interceptione.
          - *Pulsus*
            - *Parvus.*
            - *Debilis.*
            - *Interceptus* aliquando.
          - *Respiratio* quibusdam neque sensibilis, quibusdam magna.
          - *Stomachi* dolor.
          - *Dolor* seu tumor in altero laterum, vel in superiori parte.
          - *Vomitus* saliuæ.
          - *Exanimatio* similis interdum comitiali morbo.
        - *Declinationis*
          - *Corpus* firmari incipit.
          - *Malæ* rubescunt.
          - *Oculi* post multam grauitatem attolluntur.
          - *Humiditas* quædam ex locis muliebribus excurrit.
          - *Intestina* murmurant.
          - *Vterus* paulatim relaxatur, &c.
      - *Futuri*, & iam propinqui
        - *Torpor* mentis.
        - *Pigritiæ.*
        - *Crurum* imbecillitas.
        - *Faciei* pallor.
        - *Aspectus* quidam tristis.
    - *Causæ*: scilicet
      - *Menstruorum* suppressorũ
        - *Menstrua* retenta.
        - *Lac* in mamillis sine conceptione.
        - *Sanguinis* crassities.
        - *Clausio* foraminum vteri.
        - *Spiratio* non priuata.
        - *Animi* deliquium nullum.
        - *Ab* ægrotantis vel astantis loquela percipitur.
      - *Seminis* retenti, seu cohibenti
        - *Spirationis* / *Pulsus* — maior abolitio.
        - *Conuulsiones.*
        - *Menstruorum* nulla suppressio.
        - *Animi* defectus.
        - *Vidua.*
        - *Monialis.*
        - *Abstinentia* à venere, cuius antea frequens esset vsus.
  - *Curatio* indicationibus perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicat tum
      - *Causæ.* Nam quæ ex retento semine oritur, grauior ac molestior est, quàm ex suppressis mensibus, quoniam nonnullæ pereunt.
      - *Effectus.* Nam mulieribus vterinis laborantibus, superueniens sternutatio, bonum.
      - *Accidentia*: videlicet
        - *Tempus.* Nam affectio hæc
          - *Omni* quidem tempore accidit, sed hyeme præcipuè ac autumno.
          - *Vbi* inuadere assueuerit, comitialis modo diuturna, & per circuitum repetens efficitur,
        - *Ætas.* Nam accidit hic affectus iunioribus, præsertim salacibus, ac sterilibus, maximè si per medicamenta steriles fuerint.
    - *Quid* fieri debeat. Vide in sequentibus sign. A.


A. Quid fieri debeat, indicatum
Morbus, qui primò sui ablationē indicat: quod fiet partim
Chirurgia. Quare
Mulieres ceruicæ ac scapulis accliuiùs collocandæ, femoribus ac inguinibus decliuibus.
Aures
Nares.
Pili
vellicandi.
Extremæ partes deligandæ ac fricandæ, crura præsertim ac pedes.
Pudenda manibus obstetricum calentibus leuiter perfricanda.
Cucurbitulæ
Inguinibus
Vmbilico
Coxis
adhibendæ.
Vociferationibus excitandæ.
Oræ ægrotarum aperienda, & ad vomitum prouocandæ, &c.
Medicamentis
Intrinsecùs sumptis per
Nares: vt
Sternutatoria.
Suffitus vel ex
Oleo succini.
Asa fœtida.
Sulphure, Galbano.
Sagapeno, Castoreo.
Funiculo lucernario.
Pennis vstis.
Soleis antiquis vstis.
Capillis vstis.
Cumino vsto.
Bitumine.
Pice, Petroleo.
Cornu cerui.
Sinapi cum aceto.
Aceto calefacto, &c.
Os: vt
Agaricum cum vino potatum.
Semen plantaginis cum vino potatum.
Acetum scilliticum.
Stercus vaccinum & carui ana cum vino calido, &c.
Vterum: vt
Suffitus ex
Belzoino.
Styrace, &c.
Inunctio ex
Oleo
De styrace.
Laurino.
Susino.
Moscho.
Zibetto.
Alipta moschat. &c.
Pessus
Alter, ex
Aloe, Cassia.
Cinnamomo. Costo.
Moscho, Ambra, Zibetto.
Alter
℞. Gallię moschatæ ʒ.ij.
Cinnamomi, Folij, Macis, Caryophil. ana ℈.j.
Ambræ, Moschi, ana gr.iij.
Ladani, Styracis, ana q.s.
Cū aqua rosata moschata fiat veluti pessus.
Sedem: vt
Glandes ex
Ruta, Cumino.
Agarico, Salegemmæ.
Hiera, Melle.
Clysteres, &c.
Extrinsecùs applicatur ventri: vt
Sacculus ex
Pulegio.
Floribus arantiorum.
Maiorana.
Chamomilla.
Meliloto.
Caryophillis, &c.
Vnguentum
℞. Butyri recentis ℥.j.
Olei abietis ʒ.ij.S.
Gummi sauinæ ʒ.ij.
Galbani dissoluti ʒ.j.S.
Fiat vnguentum, quo inungatur vmbilicus quantitate nucis auellanæ, superponatur testænucis, & abstineat ab odore eius mulier: expertum.
Emplastrum
Vnum, Ceroneum dictum.
Alterum
℞. Galbani, Bdellij, Armoniaci, ana ℥.S.
Myrrhæ ℈.j.
Pul. matricariæ, Pulegij, Xyloaloes, ana ʒ.j.
Cum cera fiat cerotum.
Infessio ex decocto
Baccarum lauri.
Pulegij, Calaminthæ.
Arthemisiæ.
Maioranæ, Sauinæ.
Centaurij. Altheæ.
Chamomillæ, Rutæ, &c.
Causa morbi. Vide in seqq. signum B.
B. Quid

B. *Quid* fieri debeat, indicat quoque causa morbi, quæ deinde sui ablationem indicat (potissimũ præseruationis gratia.) Nam si

- *Mẽstrua* fuerint retenta, prouocanda sunt: ꝙ fiet partim
  - *Victus* ratione, ordinata secundum conuenientem
    - *Qualitatem*
    - *Quantitatem.*
  - *Chirurgiæ*: nempe aut
    - *Sectione* venæ tali.
    - *Scarificatione*
      - *Inguinum.*
      - *Crurum.*
      - *Femorum*, &c.
  - *Medicamentis*
    - *Intrinsecùs* sumptis, iisq; exhibitis secundum
      - *Qualitatem* contrariam: & vel humoris
        - *Qualitati*: videlicet alterantem, præparãtem & concoquentem: cuiusmodi est
          - *Syrupus*
            - *Arthemisiæ.*
            - *De* calamintha, &c.
          - *Decoctum*
            - *Pulegij.*
            - *Calaminthæ.*
            - *Saumæ.*
            - *Rubiæ* tinctorum, &c.
        - *Quantitati*: scilicet euacuantem: cuiusmodi sunt
          - *Cassia.*
          - *Electuarium* elescop.
          - *Diaphœnicon.*
          - *Hiera* cum agarico.
          - *Pilulæ* fœtidæ.
          - *Pilulæ* de sagapeno, &c.
      - *Quantitatem* commodam
    - *Forinsecùs* applicatis: vt sunt
      - *Inunctiones,*
      - *Insessiones*, Pessi,
      - *Balnea* naturalia.

De quibus vide suprà in curatione Menstruorũ suppressorũ.



- *Semẽ* fuerit retentum, & cohibitũ, euacuandũ & minuendũ est: quod cõmodè fiet tum
  - *Victus* ratione, instituta secundũ
    - *Qualitatẽ* cõtrariam: videlicet exiccantem. Quare
      - *Frictiones* sunt ex vsu, præsertim crurum, ex sale & aceto.
      - *Veneris* vsus sit moderatus, si leges permiserint.
      - *Cibus*
        - *Conueniens*, sit exiccans, & qui tota substantia semen extinguet: vt
          - *Turtures.*
          - *Perdices.*
          - *Turdi.* &c.
        - *Inconueniens*, & nocens
          - *Pisces.*
          - *Lac.*
          - *Amygdalæ.*
          - *Nuclei* pini.
          - *Nuces.*
          - *Eruca.*
          - *Napi*, &c.
      - *Potus* sit aqua cocta, vel decoctum anisi.
    - *Quantitatem* conuenientem: quæ pauca admodum sit.
  - *Medicamentis* exiccantibus
    - *Intrinsecùs* sumptis
      - *Simplicibus*: cuiusmodi sunt
        - *Semen*
          - *Viticis.*
          - *Rutæ.*
          - *Canabis.*
        - *Radix* nympheæ.
        - *Castoreum.*
        - *Succus*, *Semen* plantaginis.
      - *Compositis*: vt
        - *Diambra.*
        - *Diamoschum.*
        - *Mitridatum.*
        - *Bolus*
          - *Vnus*
            - ℞. *Terebinthinæ* lotę in aqua matricarię ℥.S.
            - *Sem.* dauci, *Agni* casti, *Cinnamomi* ana gra. viij.
            - Cum modico conseruæ anthos fiat bolus.
          - *Alter*
            - ℞. *Terebinthinæ* ʒ.iij.
            - *Agarici* trochiscati ℈.ij.
            - *Sem.* dauci, *Canabis*, *Ligni* aloes ana gra. viij.
            - Cum conserua anthos fiat bolus.
    - *Extrinsecùs* applicatis: vt inunctio ex oleo
      - *Seminis*
        - *Viticis.*
        - *Rutæ.*
      - *Costino.*
      - *Amaracino.*
      - *Susino*, &c.

# De curatione Procidentiæ vteri.

*Vteri* prolapsus est, cùm ita deorsum prolabitur, vt foràs promineat: cuius

- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: videlicet Vteri. Signa manifesta.
  - *Morbi*
    - *Id* quod prócidit, struthiocameli ouo simile est, iuxta maioris ac minoris differentiam.
    - *In* principio plurimus sanguis erumpit.
    - *Deinde* consequitur dolor
      - *Præcordiorum.*
      - *Lumborum.*
      - *Imi* ventris.
      - *Pudendorum.*
    - *Conuulsiones* interdum.
    - *Vbi* affectio inualescit, & loci callosi facti sunt, neque conuulsionis periculum imminet, neque dolor infestat.
  - *Causæ*
    - *Internæ*
      - *Defluxus* humoris plurimi ac lenti
      - *Partuum* frequentiæ.
      - *Resolutionis* membranarum ac musculorum vteri

      } signa manifesta.
    - *Externæ*
      - *Casus* ab alto
      - *Violentæ* secundæ extractionis
      - *Inartificiosæ* fœtus extractionis
      - *Nimiæ* detentionis spiritus
      - *Immensæ* oneris eleuationis
      - *Plagæ*
      - *Vehementiorum* animi affectuum
      - *Sessionis* super lapide frigido, &c.

      } signa manifesta.
- *Curatio* indicationib. perficitur. Itaque
  - *An* fieri queat, indicat tũ
    - *Tempus* morbi. Nam cum adhuc recens est affectio, facilè dirigitur vterus, & rectè locatus permanet. Si verò diu exiuerit ad exteriora, difficulter aut nunquam curatur.
    - *Aetas.* Nam in ætate
      - *Vigoris*, facilè curatur.
      - *Proiectioribus* contrahitur quidẽ, sed ex leui occasione rursus prolabitur.
  - *Quid* fieri debeat, indicat ipse morbus. Nam vteri prolapsus, vel
    - *Cum* putredine: tunc id quod computruerit, auferendum ferro, nullius metu periculi.
    - *Sine* putredine: & vel
      - *Sine* tumore, sui ablationem, seu repositionẽ indicat: quod fiet partim
        - *Victus* ratione. Quare
          - *Quieta* mulier in lecto maneat.
          - *Cibus* sit exiccans, & boni succi, qui flatum non generet.
          - *Potus*, aut
            - *Vinum* odoratum, tenue.
            - *Aqua* ferrata cum vino.
          - *Abstineant* à
            - *Iusculis.*
            - *Coitu* multo.
            - *Sternutatione.*
            - *Saltatione.*
            - *Clamore.*
            - *Ira.*
            - *Motibus*, &c.
        - *Chirurgia*, seu manu. Quare mulier fæcem & vrinam deponet, & super dorsum cubet seiunctis femoribus, & genibus leuatis, circumplexis verò tibijs, obstetrix deinde illitis manibus oleo irino & susino vterum calefaciat, & sensim ad interiora & propriũ situm deuoluat, simul laneum instrumentum linteo obuolutum figuræ pudendi virilis immittens, id verò in vino austero madescat, prius & acacia & hypocystide inspergatur, deinde exterioribus partibus linteum duplicatum vino madefactum, aut hapsum lanæ, in quo rosæ & folia myrrhi bullierint, calens admoueatur. Cucurbitulæ deinde cum multa flamma infra vmbilicum affigentur, sæpiusque repetantur.
        - *Medicamentis.* Vide in seq. sign. *
      - *Cum* tumore plurimoque humore, ita vt reduci nõ possit, emolliendus & discutiendus prius erit. Quare
        - *Betarum* decocto rigandus.
        - *Deinde* acetum affundendum, & sal tenuissimum inspergendum. Postea sedato tumore, eodem decocto perfusum detrudendum, & deinceps cucurbitulæ, vt suprà, affigendæ, & odorata assiduè naribus admouenda, ægraque vndiquaque circumtecta rebus fœtidis infernè suffienda.

* *Medicamentis*
- *Intrinsecùs* sumptis: per
  - *Nares*: vt sunt odorata, quæ facienda admoueantur.
  - *Vterum*
    - *Suffitus* ex eis, quę grauẽ odorẽ habẽt: vt
      - ℞. *Musci* arborum siue vineæ in clibano exiccatæ, & collectæ in quercu, vel ilice M.ij.
      - *Absynthij* ℥.iij.
      - *Rosarum* rubrarum ℥.i.
      - *Corticum* thuris, *Pini* —— ana ℥.j.S.
      - *Caryophyllorum*, *Ladani* puri, *Hypocystidis* ana ℥.i.
      - *Auripigmenti* rubri, *Galbani*, *Asæ* fœtidæ — ana ℥.ij.
      - Excipiantur terebynthina, & fiant trochisci magni & per embolum magnum fumum recipiant.
    - *Pessus*, seu laneum instrumentum. Sic post insessionem sequentem, mulier rursus supina coxis altioribus locetur, & sublato ex pudendo priore instrumento, aliud rursus suprà dicto medicamento imbutum subdatur.
- *Forinsecùs* appositis: cuiusmodi est
  - *Insessio*. Sic tertio instrumẽto laneo adhuc intra pudendi sinum existẽte, mulier in vino nigro austero tepefacto, aut in myrthi, lentisci, rubi ac malicorij decocto insideat.
  - *Emplastrum*: quorũ alia apponũtur:
    - *Ventri* imo:
      - *Vnũ* ex *Palmulis*, Polenta. *Lenticula*, Malicorio. *Oxymelite*.
      - *Alterum* ex *Vsnea*. *Foliis* myrthi, vel summit. rubi. *Cort.* quercus. *Malicorio*, Gallis. *Bistorta*, Quinquefolio. *Polygono*, Herniaria. *Rosis* rubris. *Flor.* anthos, &c.
    - *Vmbilico*: & vel
      - *Vsualia*: vt emplastrum *De* pelle arietina. *De* mastice.
      - *Artificialia*
        - *Primum*: vt ℞. *Galbani* ℥.j.S. *Myrrhæ* thuris ana ℥. ij. *Terebynthinæ* ℥. S. *Sem.* lauendulæ ℥.i. *Moschi* ℈. S. fiat emplastrum, in aluta extendatur.
        - *Secundum*, ex *Aliptæ* moschata. *Gallia* moschata. *Storace*, Ladano.
        - *Tertium*, ex *Ladano*, Storace. *Galbano*, Galla. *Macere*. *Caryophyllis*. *Terebynthina*, &c.

# De curatione Molæ.

**Mola** est induratus vteri tumor, qui modò in vulvæ ostiolo, interim in tota ipsa prominet. Vel est caro informis, ipsis vuluæ tunicis ad hæresces, ac fœtus modo in lucem editur: cuius

- *Partis* malè affectæ: videlicet VTERI { *Dolor*, *Tumor* } vteri. *Menstruorum* suppressio, &c.
- *Dignotio*
  - *Morbi*: *Tumor* durus circa vterum. *Gravitas* vteri. *Contractio* partium superiacentium. *Gracilitas* corporis. *Appetitus* dejectio. *Decoloratio*. *Menstruorum* retentio. *Mamillarum* inflatio. *Stomachi* subuersio. *Lumborum* grauitas. *Ventris* tumor, vt hydropis imaginem præ se ferat. *Motus* instar lapidis à latere in latus, non qualis inest fœtui, qui calcitrat ac circũuoluitur, &c.
  - *Causæ*
    - *Materialis*: nempe multitudinis sanguinis menstrui cũ modico & morboso semine virili commisti. Siquidem cum in cõcubitu multa copia sanguinis menstrui in vteri cauitate cõtineatur, proiecto à mare modico eoque morboso semine, ac eidem sanguini menstruo commixto, ex imbecillitate caloris, præcipue ipsius seminis, & secundariò fortè ipsius sanguinis menstrui, vtroq; tamen in vnũ motum tanquam vno principio conspirante non potente eandem materiam perficere, ac concoquere, neque finem generationi apponere carnem hanc inutilem atq; informem idem imbecillus calor procreat.
    - *Efficiens*: nempe imbecilli caloris, vt iam dictum ——
    - } signa nõ obscura.
- *Curatio*. Vide in seq. sign. A.

A. *Mole* curatio indicationibus absoluitur. Quare

- *An* fieri possit, indicat tempus morbi potissimùm. Nam Mola
  - *Primis* mensibus facilè curatur.
  - *Procedente* tempore, difficilè aut nunquã curatur.
  - *Aliquando* stabilis est per quatuor annos.
  - *Nonnunquam* ad finem vitæ extenditur, &c.
- *Quid* fieri debeat, indicat morbus præcipuè, qui sui ablationem indicat: quod fiet partim
  - *Victus* ratione. Quare
    - *Aer* sit temperatus in actuis, aut modicè ad calidum & siccum vergens.
    - *Somnus* existat moderatus.
    - *Exercitium* moderatum est ex vsu.
    - *Aluus* quotidie respondeat.
    - *Immodici* animi affectus vitandi.
    - *Cibus* sit boni succi, & quantitate moderatus.
    - *Potus* conueniet vinum odoratum, dilutum, &c.
  - *Chirurgia*. Siquidem vbi totum corpus fuerit plenum, si quid non prohibeat, vena secanda erit, ac quidem
    - *Primò* interna cubiti, nõ tamen multa sanguinis copia extrahenda, sed potius iteranda venæ sectio est.
    - *Deinde* malleoli.
  - *Medicamentis*, exhibitis secundum
    - *Qualitatem* contrariam: atque vel humoris, seu molæ
      - *Qualitati*: videlicet emollientem, laxantem & mitigantẽ. Siquidem tumor durus priùs emolliendus, laxandus est, &c. vt sequitur.
      - *Quantitati*: nempe euacuantẽ, aperientem, &c. Nã caro illa enormis, expellenda seu ejcienda est: vt sequitur.
    - *Quantitatem* debitam: quæ pro ratione temperaturæ, ætatis, virium, tẽporis anni, varianda.
    - *Tempus* commodũ. Sic in
      - *Principio*, mollientibus laxantib. & mitigantibus vtendũ erit, tũ
        - *Intrinsecùs* per
          - *Os*.
          - *Vterũ*: vt est pessus
            - *Alter* ex
              - *Oesipo*. Butyro. Adipe anserino, Medulla cerui.
              - *Melle*.
              - *Caricis* pinguibus.
              - *Vuis* passis.
              - *Oleo* irino, & sampsuchino.
            - *Alter* ex
              - *Adipe* anseris.
              - *Radice* altheæ.
              - *Caricis*.
              - *Butyro*.
              - *Saccharo*, &c.
        - *Forinsecus*: vt
          - *Insessus* ex decocto
            - *Maluæ*.
            - *Altheæ*.
            - *Chamomillæ*. Anethi.
            - *Sem*. lini, fœnigræci.
            - *Sertulæ* campanæ.
            - *Maluæ*, &c.

            *Fomentum* ex iam dictis herbis, addito exiguo vino albo, cum spongijs.
          - *Vnguẽtum*
            - *Vsuale*: vt Agrippæ, Dialtheæ.
            - *Magistrale*: vt
              - ℞. *Olei* irini — / *Anethini* / *Chamomelini* / *Liliorũ* alborũ — an. ʒ.i.
              - *Butyri* recẽtis / *Adipis* anseris / *Ladani* ʒ.i.S. — an. ʒ.S.
              - *Ammoniaci* / *Ceræ* / *Vini* odorati — an. parũ.
              - Fiat vnguentũ, quo venter, pectẽ & inguina perungantur.
          - *Emplastrum*
            - *Vsuale*: vt emplastrum
              - *Diachylon*.
              - *Dialtheæ*.
            - *Magistrale*: vt
              - ℞. *Rad*. & fol. altheæ, maluarũ ana M j.
              - *Farinæ* fœnigræci / *Seminis* lini / *Hordei* — ana M.i.S.
              - *Olei* amygdal. dulcium / *Amararum* — ana ʒ.i.
              - *Liliorum* alborum
              - Misceãtur & cũ aqua mussa & pauco vino odorato fiat emplastrũ.

        reliqua vide in curatione Scirrhi vteri.

        *Postea* apertientibus & molam expellentibus erit vtendum. Vide in seq. sign. B.
      - *Locũ* conuenientẽ. Sic
        - *Intrinsecùs* sumẽda: sumuntur alia per os, alia per vterũ, vt pessi.
        - *Forinsecùs* applicãda, vẽtri, pectini, & inguinibus apponũtur, &c.

B. *Postea*

B. *Postea* aperientibus & molam expellentibus vtendum est: quorum alia *Intrinsecus* sumuntur per
- *Os*: vt
  - *Vinum* vetus, in quo ruta & anethum fuerint cocta.
  - *Dictamnum* } cum vino.
  - *Castoreum* }
  - *Electuarium* elescop. cum decocto pulegij.
  - *Syrupus* de arthemisia cum decocto marrubij.
  - *Diacyminum* } cum vino.
  - *Dianisum* }
  - *Dialacca* cum aqua mulsa, aut rubeæ decocto.
  - *Trochisci* de myrrha.
  - *Hermodactyli*.
  - *Decoctum* { *Arthemisiæ*, Centaurij / *Pulegij*, Aristolochiæ / *Gentianæ*, Thymi } in vino.
  - *Pilulæ* { Rx. *Boracis* ʒ.i. Carabæ, Asari, Cinnamomi, Nigellæ, Sabinæ ana ʒ. ¡. Galbani, Asæ fœtidæ, Opopanacis, Bdellij, anæ ℈.ij. Cum melle scillitico fiant pilulæ, de quibus capiat ʒ.i. duabus primis vicibus, deinde ʒ. S. postea bibat parum vini hippocratici.
- *Vteram*: vt Pessi ex
  - *Sauina*, Ruta.
  - *Maiorana*, Saluia.
  - *Arthemisia*, Pulegio.
  - *Oleo* { *Ireino.* / *Rutaceo*, / *Liliorum* alborum.
  - *Melle*, &c.

*Extrinsecus* apponuntur: vt
- *Insessus* ex
  - *Aquis* { *Calidis* naturalibus. / *Marinis*.
  - *Decocto* { *Calaminthæ*. Arthemisiæ. / *Sauinæ*, Pulegij. / *Chamomillæ*, &c.
- *Fomentum* ex prædictis herbis.
- *Suffitus* ex { *Myrrha*. / *Castoreo*. / *Helleboro*, &c.
- *Emplastrum* ex
  - *Arthemisia*, Pulegio.
  - *Sauina*, Thymo.
  - *Centaurea*, Aristolochia.
  - *Oleo* rutaceo.
  - *Adipe* { *Ceruino*. / *Anatis*, &c.

# De curatione Sterilitatis mulierum.

*Sterilitas* mulierũ nihil aliud est, quã priuatio conceptionis, tẽpore potissimũ, quo eadem perfici deberet: cuius
- *Dignotio*
  - *Partis* malè affectæ: nimirum Vteri. (nam de virorum sterilitate suprà est dictum) } *Ex* læsione propriæ actionis habetur.
  - *Symptomatis* { *Actio* concipiendi omnino ablata. / *Non* concipit mulier tempore, quo concipere deberet. / *Si* mulier vndiquaq; circumtecta, ac infernè suffumigata cum aromatibus, odorem non sentit, sterilis est: si verò sentit, non ita.
  - *Causæ*. Vide in sequenti signum A.
- *Curatio* indicationibus absoluitur Quare
  - *An* fieri possit, indicant tum
    - *Causæ*. Nã { *Hæmorrhoides* — / *Excrescentia* carnis — / *Vlcera* — } non recipiunt curationem. / *Vteri* leuitas conceptionem impedit. / *Mulieres*, quæ præter naturam crassæ sunt, priusquam extenuentur, non concipient. / *Malè* temperatus vterus, si parum à bonitate recedit difficulter concipit, &c.
    - *Accidentia*. Nã { *Si* menses sano modo prodeunt, plerumque non curantur. / *Si* medicamenta sterilitatem inducentia, vasa vteri excæcẽt, incurabilem affectionem faciunt. / *Mulier* fœcunda magis viuit sana, & citiùs est anus. / *Mulier* sterilis magis conseruat iuuentutem, sed magis est ægrotatiua.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in sequentibus, signum B.


A.
Sterilitatis mulierũ causæ
Intrinsecæ: videlicet morbi
Similaris, id est, intẽperiei, materialis vel immaterialis
Simplicis
Calidæ
Corporis totius caliditas, & siccitas.
Multitudo pilorum in pectine.
Salacitas insignis.
Vrina intensa.
Victus ratio calidorum ciborum.
Frigidæ
Menstrua suppressa, vel pauca, aquosa.
Stupidus sensus circa pectinem, lumbos ac crura.
Vrina remissa.
Paucitas pilorum in pectine.
Victus ratio frigidior ac crassi succi præcessit.
Veneris inappetentia.
Potus aquæ frigidæ, &c.
Humidæ
Matrix humida, lubrica.
Menstrua copiosa & tenuiora.
Humor in coitu distillans.
Siccæ
Mulier extenuata.
Exigua ac crassa menstrua.
Corporis totius siccitas.
Humor in coitu nullus destillans.
Vrina tenuis.
Flatuosi spiritus.
Compositæ. Ex simplicium indicijs facilè deprehenditur.
Instrumẽtalis: videlicet
Excrescentiæ carnis in vtero
Verrucarum, Hæmorrhoidis
Apostematis seu tumoris
Cicatricis, Pinguedinis
Laxitatis, Crassitudinis
Gracilitatis, Amplitudinis
Breuitatis, Angustiæ
Distorsionis, &c.
facilè dignoscitur.
Vtrique parti communis: nempe Vlceris
Dolor.
Sanies.
Pus, &c.
Extrinsecæ: videlicet
Aeris immoderatæ qualitatis
Motus immodici post coitum
Tussis fortis
Sternutationis
post coitum
Crapulæ
Ebrietatis
Euacuationis immodicæ
Menstruorum suppressionis
Accidentium animi superfluorũ
Aetatis puerilis, &c.
signa manifesta.
B.
Sterilitatis mulierum in curatione, quid fieri debeat, indicat causa symptomatis: videlicet morbus
Similaris, siue intemperies
Frigida
Materialis, seu pituitosa, quæ sui ablationem indicat: quod fiet partim
Victus ratione, ordinata secundũ
Qualitatẽ contrariã: videlicet excalfaciẽtem & extenuantẽ. Quare
Aer ad calidum declinet.
Exercitium sit moderatum. Nam à validis motibus & exercitationibus, quæ sanguinem & semen absumunt, abstinendum est.
Coitus sit moderatus.
Cibus sit boni succi, cuiusmodi sũt ex
Carnibus
Gallinæ, Phasiani.
Pauones Indi.
Coturnices, Passerculi.
Perdices, Turtures.
Testes gallorum.
Veruecina, &c.
Oleribus
Eruca, Horminum.
Fœniculum.
Smirnium, &c.
Radicib.
Pastinaca assa.
Radix cardui.
Asparagus, &c.
Fructibus
Nuclei pini.
Amygdala.
Pistachia, &c.
Potus, sit vinum dulce, modicè validum.
Quantitatem conuenientem, quæ moderata esse debet.
Tempus commodũ. Sic
Cibus bis vel ter in die sumendus.
Exercitatio ante cibum facienda.
Coitus post mẽstruã purgationẽ exercẽdus, (&c.
Medicamentis. Vide in sequ. signo C.
Immaterialis. Vide in seq. sign. D.
Calida. Vide in seq. sign. E.
Humida. Vide in seq. sign. F.
Sicca. Vide in seq. signum. G.
Spiritus flatuosus. Vide in seq. sign. H.
Instrumentalis. Vide in sequentibus, signum I.

C. Medi-

6. *Medicamentis* exhibitis secundum
- *Qualitatem* cõtrariam: & vel humoris
  - *Qualitati.* Sic præparantia & concoquentia priùs sunt ex vsu: vt
    - *Syrupus* de arthemisia, calamentho, &c.
    - *Decoctum*
      - *Arthemisiæ.*
      - *Pulegij.*
      - *Calamenthi*, &c.
  - *Quantitati.* Sic conferunt euacuantia, seu purgantia, per
    - *Vomitum*, qui prouocandus ex decocto origani, vel thymi.
    - *Aluum*: vt
      - *Hiera* cum agarico.
      - *Diaphœnicon*
      - *Agaricum*, turbith, &c.
- *Quantitatem* conuenientem: quæ augenda vel minuenda est pro ratione ætatis, consuetudinis, &c.
- *Tempus* commodum. Sic
  - *Concoquentia* ante purgationes præbenda.
  - *Purgantia* per
    - *Vomitum* ante & post cibum præbenda.
    - *Aluum*, manè & stomacho ieiuno exhibenda, &c.

*Victus* ratione præcedenti.

*Intemperies* frigida immaterialis aufertur partim
- *Intrinsecùs* sumptis per
  - *Os*: quorũ alia
    - *Simplicia*: vt
      - *Castoreum*, pulegium, *Cuminum*, anisum, *Fructus* iuniperi, — cum vino, vel aqua mulsa sumpta.
      - *Absynthium* — *Mercurialis* cum castoreo — tribus aut quatuor diebus cõsueto mensium tempore in potu accepta.
    - *Cõpositæ*
      - *Vsualia*: vt
        - *Diambra*, diamoschum.
        - *Diaxyloaloes*, diacuminum.
        - *Theriaca*, Mithridatum.
        - *Acorum* conditum.
      - *Magistralia*
        - *Tabulæ*
          - *Alteræ*: ℞. *Testiculorum* apri syluestris exiccati, scobis eboris, ana ʒ.i. Testiculorum vulpis ʒ.i. S. Matricis leporis, coaguli leporis, ana ℈. ii. Sem. mel. ℥. S. Sacchari in aqua ros. dissol. ℥. iiii. vel v. Fiant tabulæ, vel morselli.
          - *Alteræ*: ℞. *Sem.* seseleos, scobis eboris, matricis leporis, ana ʒ.i. Spec. diambrę, ʒ.i. S. Sacchari in aqua ros. dissoluti ℥. iii. Fiant tabulæ, quibus vtatur cum vino, vel aqua melissæ, ante viri congressum.
        - *Electuarium*: ℞. *Conserua* iryngorũ, cort. citri cõd. ana. ℥.i. *Zingiberis* cond. conseruæ anthos, ana ℥.i. S. *Cineris* priapi tauri, cineris vteri leporis, ana ℥. S. Spec. diagalangæ, diamoschi, ana ʒ.ii. Pinearum, auellanarum, ana ʒ.iii. Sacchari parum. Cum syrupo conseruationis citri, fiat electuarium.
  - *Vterum.* Vide in sequentibus sign. *
- *Medicamentis exhibitis secundũ*
  - *Qualitatem* cõtrariam: nempe ex calefacientem: & vel
    - *Forinsecùs* apponuntur: vt
      - *Fomentum*
        - *Vnum* ex decocto
          - *Calaminthæ*
          - *Pulegij*
          - *Radicis* acori
          - cum vino.
        - *Alterum*, ex decocto
          - *Arthemisiæ*, saluiæ.
          - *Rutæ*, cumino.
          - *Pulegio*, cypero.
          - *Acoro*, iunco odorato.
      - *Tertium* ex
        - *Oleo*
          - *Amaracino.*
          - *De* styrace.
        - *Myrrha.*
        - *Castoreo*, &c.
      - *Inunctio* ex oleo
        - *Laurino*, anethino.
        - *Nardino.*
        - *De* styrace, &c.
      - *Emplastrum* ex
        - *Ruta*, saluia, arthemisia, pulegio,
        - *Sauina*, cumino, cypero,
        - *Acoro*, iunco odorato, &c.
  - *Quantitatem* conuenientem, quæ pro ratione temperaturæ, ætatis, anni temporis, loci natura, &c. varianda.
  - *Tempus* commodum. Sic medicamenta
    - *Intrinsecùs* sumẽda, alia ieiunè, alia ante viri congressum accipienda.
    - *Forinsecùs* applicanda, post exactam vteri purgationem aptanda.
  - *Locum* congruentem. Sic
    - *Potiones*, confectiones, &c. per os sumendæ.
    - *Pessi*
    - *Suffitus*
    - *Emplastra*
    - *Fomenta*
    - *Inunctiones*
    - vtero imponendi.
    - applicanda
      - *Pubi.*
      - *Lumbis.*
      - *Renibus*

 *Calefacien-


* Calefacientia intrinsecùs sumpta per vterum: vt
Suffitus ex Cassia, cinnamomo, costo, amomo, thure, Myrrha, styrace, gallia moschata. Alipta moschata, moscho, zibetto, &c.
Pessus
Vnus, ex Myrrha, ruta, galbano, Castoreo, mastyce, cypero, Adipe anseris, saccharo rubro — serico linteo inuolutus, ac oleo irino intinctus ac subditus.
Alter ℞. Coaguli leporis, part. ii. Aluminis scissi, part. i. Cum melle fiat pessus.
Tertius, ℞. Sem. satyrij, mellis, ana ʒ. i. S. Fiat pessus.
Quartus, ex Coagulo, matrice & stercore leporis, caricis pinguibus, adipe anseris, croco, moscho, serico linteo inuolutus, & oleo irino intinctus imponatur.
Quintus, ex myrrha & galbano.
E. Calida intemperies sui quoque ablationem indicat. Siquidem
Materialis, seu bilhosa aufertur partim
Victus ratione instituta secundum
Qualitatẽ contrariam: scilicet refrigerantem. Quare
Aer ad frigidum & humidum sit vergens.
Somnus contracto longior ex vsu est.
Quies confert.
Cibus sit Lactuca, malua, blitum, Cucumis, cucurbita, atriplex, Pepo, portulaca, &c.
Potus sit vinum Tenue, album, Aquosum, Dilutum.
Quantitatem conuenientem: quæ pro ratione ætatis, consuetudinis, temporis anni, &c. moderanda.
Medica mẽtis cõtrariis: & vel humoris
Qualitati, sunt alterantia, seu concoquentia: vt est syrupus Violaceus. De endiuia. De nenuphare. De papauere, &c.
Quantitati, sunt purgantia
Simplicia: vt Cassia, manna. Rhabarbarum. Tamarindi, &c.
Composita: vt Diacatholicon. Electuarium de succo ros. Extractum rhabarbari, &c.
Immaterialis tollitur partim
Victus ratione iam dicta.
Medicamentis exhibitis secundum
Qualitatem contrariam (nempe refrigerantẽ) & vel
Intrinsecùs tum, pus per
Os: vt Syrupi refrigerantes. Decoctla frigefacientia, &c.
Vterum: vt pessus
Vnus ex Oleo nympheæ. Succo portulacæ.
Alter ex Oleo rosarum. Succo solani inuoluti linteo, lineo, & impositi.
Extrinsecùs admouentur: vt
Inunctio ex oleo Rosarum. Nympheæ.
Fomẽtum ex Succo Solani. Vmbilici veneris. Semperuiui. Lactucæ. Mercuriali.
Balneum aquæ dulcis.
Emplastrum huiusmodi ℞. Atriplicis, portulacæ, lactucæ, ana P. ii. Olei violarum, rosarum, citoniorum, ana ʒ. i. Farina hordei P. i. Cum succo solani fiat emplastrum.
Quantitatem congruentem, quæ augenda vel minuenda est pro ratione temperaturæ, ætatis, temporis anni, &c.
Tempus commodum. Sic post menstruorum purgationem medicamenta sunt administranda.
Locum conuenientem. Sic Pessi in vterum imponendi. Inunctiones Fomenta Emplastra lumbis, pubi & imo ventri applicanda.

F. *Humida*

F. *Humida* quoque intemperies, seu materia pituitosa ablationē sui indicat: quòd fiet partim

- *Victus* ratione, ordinata secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet exiccantem. Itaque
    - *Aer* ad siccum sit vergens.
    - *Exercitatio* multa, conueniens est.
    - *Frictio* multa, præsertim partium superiorum est ex vsu.
    - *Cibus* sit caro assata, auium potissimùm
      - *Caponum.*
      - *Perdicum.*
      - *Pullorum* gallinaceorum.
      - *Turturum.*
      - *Passerculorum* montanorum, &c.
    - *Potus* sit vinum meracum.
  - *Quantitatem* conuenientem. Sic cibus sit paucus, præsertim potus.
- *Medicamentis* exhibitis secundū
  - *Qualitatem* contrariam: & vel humoris
    - *Qualitati:* & sunt vel
      - *Concoquentia:* vt Syrupus
        - *De* arthemisia.
        - *De* calamintha, &c.
      - *Exiccantia*
        - *Intrinsecùs* sumpta per
          - *Os:* vt
            - *Myrthi* baccæ
            - *Malicorium*
            - *Auellanæ* vstæ
            - cum vino.
          - *Vterum:* vt
            - *Suffitus*
              - Rx. *Nucis* moschatæ, macis, belzoini, sticis, ana ʒ.ii. Castorei ʒ.S.
              - *Aliptæ* moschatæ ʒ.iii.
              - *Caryophyllorum*, ladani, ana ʒ.i.
              - *Zingiberis*, cinnamomi, folij, spicæ nardi, ana ʒ.ii. Cum terebynthina fiant trochisci, quib. suffumigetur vterus.
            - *Pessi* ex eisdem, &c.
        - *Forinsecùs* administrata vt
          - *Inunctio* ex oleo
            - *Nardino.*
            - *Anethino*, &c.
          - *Fomentum* ex decocto
            - *Pulegij.*
            - *Calaminthæ.*
            - *Cumini*, &c.
          - *Insessus*, *Emplastra* ex decocto
            - *Lentisci*, myrthi, rosarum.
            - *Rubi*, rhois, gallarum.
            - *Floribus* mali punici, cupressi, &c.
    - *Quantitati:* sunt purgantia vel per
      - *Vomitum.*
      - *Aluum:* vt
        - *Diaphœnicum.*
        - *Benedicta* laxatiua, &c.
  - *Quantitatem* congruentem, quæ pro ratione ætatis, temporis anni, consuetudinis, &c. varianda est.
  - *Tempus* commodum. Sic medicamenta
    - *Mane* & sero
    - *Post* menstruam purgationem
    - applicanda.
  - *Locum* conuenientem. Sic
    - *Syrupi*, *Potiones* per os sumendi.
    - *Suffitus*, *Pessi* in vtero excipiendi.
    - *Inunctiones*, *Fomenta*, *Emplastra* pubi, lumbis, renibus a[illegible]

G. *Intemperies* sicca sui quoque ablationem indicat: quòd fiet partim

- *Victus* ratione adhibita secundum
  - *Qualitatem* humectantem. Quare conuenit
    - *Aer* ad humidum vergens.
    - *Quies.*
    - *Somnus* consuetò longior.
    - *Gaudium*, seu lætitia.
    - *Ex* alimentis
      - *Oua* sorbilia, lac.
      - *Pisces* laxatiles, spinachia.
      - *Blitum*, atriplex.
      - *Cucurbita*, pepo.
      - *Amygdalatum*, hordeatum.
      - *Vinum* non nimis vetus, &c.
  - *Quantitatem* conuenientem. Sit itaque moderata.
- *Medicamētis* humectantibus
  - *Intrinsecùs* sumptis per
    - *Os.*
    - *Vterum:* vt pessi ex oleo
      - *Susino.*
      - *Iasmino.*
      - *Amygdal.* dulcium.
  - *Forinsecùs* applicatis: vt
    - *Inunctiones* ex oleo
      - *Amygdalarum* dulcium.
      - *Susino.*
      - *Iasmino*, &c.
    - *Balneum* aquæ dulcis.
    - *Fomentum*, *Insessus*, *Emplastra* ex decocto
      - *Maluæ* altheæ.
      - *Violarum*, nenupharis.
      - *Psillij*, violariæ, &c.

H. *Spiritus*


H.
Spiritus quoque flatuosus auferendus partim
Victus ratione, ordinata secundum
Qualitatem exiccantem, & flatus discutientem. Quare conueniunt.
Carnes assatæ.
Auenatum.
Vinum meracum.
Exercitium vehemens.
Fricatio multa, &c.
Quantitatem congruentem. Sit itaque cibus parcus.
Medicamentis exiccantibus & flatus discutientibus
Intrinsecùs sumptis: vt
Potiones
Pulueres
Tabulæ
ex
Cumino.
Aniso.
Sem. apij.
Aromatibus.
Ruta.
Anetho.
Confectiones
Amsi.
Cummi.
Fœniculi.
Carui, &c.
Extrinsecùs appositis: vt
Fomenta
Vnguenta
Emplastra
ex
Ruta.
Anetho.
Apio.
Cumino.
Aniso, &c.
I.
Instrumentalis etiã morbus, contrariis auferentibus. Quare vteri
Victus ratione aperiente, &c.
Angustia aperienda tum
Medicamentis aperientibus.
Intrinsecùs sumptis per
Os: vt
Syrupus de
Arthemisia.
Calamintha, &c.
Decoctum
Pulegij.
Salueæ.
Calaminthæ.
Rubiæ, &c.
Vterum: vt pessus:
℞. Rad. & fol. maluæ, altheæ contusarum, ana ʒ.iii.
Farinæ sem. lini fœnigræci, ana ʒ.i.
Adipis anseris ʒ.S.
Croci, moschi, ana parum.
Misce, & fiant pessi, in serico linteo inuoluti, atque inditi.
Forinsecùs pubi, & imo ventri appositis: vt
Fomenta
Insessus, &c.
ex decocto
Maluarum, seminis lini.
Altheæ, fœnigræci.
Casiæ, ciperi.
Nardi, arthemisiæ.
Chamomillæ, conizæ.
Calaminthæ, pulegij.
Amaraci, &c.
Amplitudo, astringẽdatum
Victus ratione astringenti & exiccante.
Medicamentis siccantibus & astringentibus
Extrinsecùs adhibitis: vt
Fomenta
Insessus
ex decocto
Gallarum.
Cytini.
Lentisci.
Rubi.
Myrthi.
Vnguentum comitissæ.
Emplastrum
Pro matrice
De pelle arietina
De mastice
additis melicorio & myrthi foliis, &c.
Intrinsecùs sumptis per
Os: vt
Syrupi
Decocta
astringentia.
Vterum: vt pessi ex iam dictis.
Distortio, dirigenda ac corrigenda emollientibus tum
Intrinsecùs sumptis per
Os: vt
Decoctum
Pulegij.
Arthemisiæ, &c.
Castoreum ex posca, &c.
Vterum: vt pessi emollientes.
Forinsecùs applicatis: vt
Fomenta
Insessus
Emplastra
ex decocto
Maluarum, altheæ.
Sem. lini, fœnigræci.
Violarum, chamomillæ, &c.
Vlcus abstergendum, consolidandum, &c. vide in curatione Vteri exulcerati. Reliquorum affectuum curationes ex suis propriis locis petendæ sunt.

De conce-

# De Conceptionis dignotione.

- *Signa* conceptionis sumuntur ab
  - *Actione*
    - *Animali*: vt
      - *Ad* motus torpor.
      - *Somnus* grauior & longior quibusdam.
      - *Insomnia* terribilia, &c.
    - *Naturali*: vt
      - *Veneris* appetentia languidior.
      - *Appetentia* acidorum, salsorum, &c.
      - *Vrina* calidior.
      - *Vrinæ* stillicidium quibusdam ab initio.
      - *Sputum* humidum.
      - *Vterus* à coitu semen non excludit.
    - *Vitali*: vt arteriarum
      - *Colli* — *Temporum* — saltus.
  - *Passione*
    - *Interna*
      - *Vterus* *Collectus* *Clausus* *Siccus* — à coitu.
      - *Vterus* à pudendo recedit.
      - *Horrores* à coitu.
      - *Moderatus* dolor circa pudendum & vmbilicum.
      - *Os* pudendi aridum.
      - *Vteri* os compressum & sursum tractus.
      - *Mammæ* intumescunt, & lac habent.
      - *Oculorum* cauitates progressu temporis pallent.
      - *Maculæ* nigræ in facie & lentigines.
      - *Colli* pars anterior calidior, posterior frigidior.
      - *Effœminatus* aspectus.
      - *Color* albidior, aut pallidior.
      - *Grauitas* corporis totius & lumborum.
      - *Palpebrarum* grauitas.
    - *Externa*
      - *Menstrua* suppressa.
      - *Ab* aqua mulsa ebibita torminum perceptio, &c.

# De curatione Partus difficilis.

- *Dignotio*
  - *Symptomatis*. Contentum immodicè.
    - *Obesæ* *Timidæ* — manifesta.
    - *Languidæ*, seu imbecillæ
      - *Morbi* præcedentes.
      - *Vacuationes*
      - *Animi* accidentia, &c.
    - *Mulieris*, seu matris
      - *Inexpertæ* — *Dolorum* impatientis — manifesta.
      - *Os* vteri angustum habentis
      - *Habentis* in
        - *Vtero* *Inflammationem* *Abscessum* *Carnem* adnatã *Cicatricem*, &c. — ex tactu obstetricis, vel matris loquela manifesta.
        - *Vesicca*, calculum.
        - *Intestinis*, stercus.
  - *Cauſæ*
    - *Internæ*, scilicet *Fœtus*
      - *Magni* valdè
        - *Magnitudo* ventris.
        - *Parentes* magni, &c.
      - *Exigui*: tactu nota.
      - *Imbecilli*
        - *Morbi* matris præcedentes.
        - *Difficilis* ac tardus motus ipsius fœtus, &c.
      - *Mortui*
        - *Dolor* circa vmbilicum magnus.
        - *Febris* lenta.
        - *Anhelitus* fœtidus.
        - *Discoloratio.*
        - *Vigiliæ.*
        - *Motus* nullus ipsius fœtus.
      - *Egredientis* obliquè, vel contrario modo. Tactu obstetricis manifesta.
    - *Membranarum* seu secundarum, crassitudinis seu fortitudinis. Tactu obstetricis manifesta.
    - *Externæ*, scilicet
      - *Frigoris* immodici, constringentis
      - *Caloris* immodici, dissoluentis & robur destruentis
      - *Siccitatis*, &c.
      - — ex temporum natura, & astatium, seu parientium, seu obstetricum relatu manifesta.
  - *Curatio*. Vide in sequentibus signum A.

*Pariendi* tempus fœminis vtero gerẽtibus naturale est, cùm fœtus ad eam peruenerit magnitudinem, vt ei desit in vtero alimenti copia, tum etiam dũ cordis color, qui antè multo humore sopitus iacebat, in tantum increuit, vt ventilatione magna egeat, & refrigeratione, qualis inspiratione frigidi aeris fit. Eo sanè tempore in lucem exire contendit, ac calcitrat, & membranas dirumpit. Per id quoq. tempus os vteri aperitur, accedit etiam vteri facultas expultrix, quæ id quod grauat, extrudere conatur. Est id tempus nouem mẽsium spacium vt plurimum. Cæterùm partus iam naturalis accedens difficillis redditur, cùm difficulter in lucem editur fœtus: cuius

A. *Partus* difficilis curatio indicationibus absoluitur. Quare

- *An* fieri possit indicatum
  - *Habitus* ipsius mulieris. Nam mulieres pingues magis laborant in partu, quàm macilentæ.
  - *Aetas*. Sic
    - *Primiparæ* maximè laborant, propter inexperientiam dolorum.
    - *Expertæ* partus, minus primiparis dolent.
    - *Quæ* multoties pepererunt, multò minus dolent.
  - *Sexus*. Sic masculus cum minore dolore egreditur, quàm fœmina.
  - *Effectus*. Sic
    - *Vbi* obliquus, aut in pedes fœtus procedit, nedum mulier difficulter pariet, sed multæ vel ipsæ pereunt, vel puer, vel simul matres vnà cum fœtibus.
    - *Sternutatio* superueniens mulieri parienti, bonum.
    - *Quando* dolor declinat versus inferiora, anhelitus est bonus, partus erit facilis, &c.
- *Quid* fieri debeat, indicat
  - *Symptoma*, seu difficilis partus, qui facilitãdus partim
    - *Victus* ratione instituta secundum
      - *Qualitatem* conuenientem. Sic cibi concoctu faciles, & boni nutrimenti sint: vt
        - *Oua*
          - *Recentia.*
          - *Sorbilia.*
          - *Tremula.*
        - *Ius*
          - *Pullorum.*
          - *Gallinarum.*
          - *Caponum.*
          - *Phasianorum*, &c.
        - *Carnes* contusæ.
        - *Panis* vino maluatico maceratus.
      - *Quantitatem* debitam. Sic
        - *Primò* cùm paruus instat, mulieres multitudine alimentorum non sunt grauandæ.
        - *Pauca* ac moderata alimentorum copia tribuenda.
        - *Neque* varia alimenta & cerebrò exhibenda.
    - *Manu* obstetricum. Sic
      - *Obstetrices* difficilè parturientium vterum diutius dilanient, sed leniter, & placidè vteri partes contrectent, dulci interim oleo, aut alio quopiam eosdem locos perfundentes.
      - *Non* illico paturientes in sella collocandæ sunt: sed obstetrices priùs os vteri tangere debent & cùm non paulò apertum inueniunt, sed ad eò dehiscentis eius modum auctum, quòd ad fœtus transitum satis pateat, tunc vt surgat mulier iubere debent, eandemque in subsellio collocare, adhortatiq;, vt ad expellendum fœtum strenuè parent: spiritum quidem detinentes, verùm non, velut imperitæ faciunt, ipsum in gutture congregare debent, sed ad inferiores partes propulsare, &c.
    - *Medicamentis*
      - *Intrinsecùs* sumptis per
        - *Os*: vt
          - *Stercus* accipitris seu falconis: cuius drachma vna cum vino albo, cum aqua capil. Ven. sumpta.
          - *Decoctum*
            - *Cicerum.*
            - *Sabinæ*, &c.
          - *Succus* gallitrici.
          - *Puluis*
            - *Primus*
              - ℞. *Myrrhæ* ʒ.ß.
              - *Cinnamomi* gr.iii.
              - Misce, & cum vino sumatur.
            - *Alter*
              - ℞ *Castorei* ℈.ii.
              - *Cinnamomi* gr.iii.
              - Sumatur cum vino.
            - *Tertius*
              - ℞. *Trochiscorum* è myrrha ʒ.i.
              - Fiat puluis, atque cum vino sumatur.
            - *Quartus*
              - ℞ *Fimi* accipitris ʒ.i.
              - *Cinnamomi*, cassiæ, ana gr.vii.
              - *Croci* gr.iii.
              - Misceantur, & cum pauco vino albo sumatur.
        - *Nares*: vt sternutamenta.
        - *Vterum*: vt suffitus ex
          - *Resina.*
          - *Cumino.*
          - *Cort.* pini, &c.
      - *Extrinsecùs* applicatis: vt
        - *Corallium*
        - *Lapis* Aquilæ
        - *Storax*
        - *Coriandrum* viride
        - *Radix* polygoni, &c.

        → dextro cruri tempore partus alliganda, &c.
        - *Gallatricum* contusum, atque vmbilico superponendum.
- *Causa* symptomatis. Vide in sequentibus signum B.

B. *Symptomæ*

B. *Symptomatis* quoque causa quid fieri debeat, indicat. Siquidem causa

*Interna* sui ablationem indicat. Sic

*Mulier*

*Obesa*, seu pinguis, digitis obstetricis adiuuãda est: quod fiet, si puerpera in sella prona flexis genibus collocetur, seu in lectulo, vt vterus delabens cervicem rectam extendat, atq; idem è directo ostioli habeatur, quod quidem ceratis, oleis ac pinguedine delinire digito oportet, & sensim aperire, idem quoq. vteri osculum, vbi clausum permanserit, pinguibus medicamẽtis emolliatur ac relaxetur oleo susino, aut amygdal. dulcium.

*Timida* exhortanda & admonenda est, & adiuuanda, non tamen ante tempus. Cum enim dolores primùm sentire cœperit, deambulatione vtatur, donec os vteri hiet. tunc enim sedebit in sede molli & elatiori, &c. & mentis robur admouendum.

*Languida* & imbecilla, aut ex morbo, aut temperamẽto, aut ætate prouectiore, reficienda est cibis boni nutrimenti: vt
- *Pane* in vino macerato.
- *Testiculis* gallorum.
- *Iure* carnium seu pullorum, &c.
- *Carnibus* contusis.
- *Vino*, &c.

*Inexperta* dolorem, admonenda est, vt spiritum validissimè comprimat, & ad inguina depellat.

*Os* vteri angustum habens, iuuanda: quod fiet si loca pinguedine aliqua inungantur, ac foueantur, & os vteri digitis dilatetur.

*Habens* in
- *Vtero*: *Inflammationem*, *Abscessum*, *Vlcus*, *Carnem* adnatam, &c. — singulis pro affectionum ratione succurrendum.
- *Vesica*: *Vrinam*. Lotium prius educendum. *Lapidem*. Lapis primò propellendus.
- *Intestino* recto stercus durum. Per clysterem priùs mollem vel glandem educendum.

*Fœtus*

*Magnus* nimium, iuuandus medicamentis laxãtibus, & os vteri dilatantibus
- *Intrinsecùs* sumptis.
- *Extrinsecus* adhibitis: vt est
  - *Fomentũ*: ℞. *Aristolochiæ* rotundæ ℔. j. *Rad.* liliorum. *Bismaluæ* ana quart. S. *Sem.* lini, fœnigræci ana ℥. j. fiat decoctio in aqua & oleo.
  - *Vnguẽtum*: ℞. *Olei* amygdal. dulc. liliorum ana ℥. ij. *Pinguedinis* gallinę, anseris, ànatis ana ℥. j. Styracis, Aristolochiæ, rad. Iridis, cinnamomi, spicæ celticæ an. ℥. S. ceræ nouę, propoleos, ana q. s. Fiat vnguentum, quo partes perinei, caudæ & lumborum inungantur.

*Exiguus* / *Imbecillis* — iuuandus: quod fiet, si mulieres hortentur, vt strenuè mediis musculis abdominis eũdem fœtum conentur expellere.

*Mortuus*, omnino secandus est. Vide apud Paulum lib. 6. cap. 74.

*Geminus*, aut ternus. Reliqui ad fundum vteri repellendi, & is, qui magis paratus videtur, prius educendus, sensim cutem & citra contusionem omnia fienda, oleo locis perunctis.

*Egrediens*

*Obliquè*, ad naturalem situm reducendus est, quantum eius fieri potest, partim pellẽdo, partim adducendo, partim flectendo, & partim in rectum agendo.

*Cum* manibus vel pedibus, per membrum non attrahendus. Nam magis impingitur, aut luxatur, aut etiã abrumpitur, verùm digitis humero fœtus, vel coxæ affixis rursus in conuenientem locum introducatur: id quod iã præmissum est. Si verò vnà cum fœtus figura praua os vteri compressum seu coarctatũ fuerit, prius ab osculo vteri in sublime eleuetur fœtus, & postea rursus ad osculũ rectà dirigatur, fiatq. omnia placidè, leniter, ac citra compressionẽ oleo assiduè locis affuso: hoc etenim ad salutem tum fœtus, tum parentis fuerit, & vterus ita quoq; illæsus manet.

*Membrana*, seu secunda nimis
- *Crassa* & solida, quàm vt rumpi possit, digitis discindenda aut lanianda est.
- *Tenuis*, propterea quòd humor in membranis contentus ante debitum tempus effluxerit, ita vt vterus sit resiccatus, eis albumina ouorum cum maluæ aut fœnigræci decocto excolato, aut cum ptisanæ cremore tepido infundantur.

*Externa* sui ablationem indicat. Sic

*Frigus* immodicum tollitur partim

Quare *Victus* ratione.
- *In* aere calido collocandæ sunt.
- *Exercitium* sit moderatum gestatione, si febris non adfuerit.
- *Conquassationibus* validis / *Sternutamentis* — vtantur.
- *Cibo* concocto facili, calido & in pauca quantitate vtantur.

*Medicamentis* calefacientibus
- *Intrinsecùs* sumptis.
- *Extrinsecùs* adhibitis: vt
  - *Insessiones* ex decocto: *Chamomillæ*, Meliloti, *Arthemisiæ*, Maluarum, *Fœnigræci*, Sem. lini, &c.
  - *Suffitus* ex: *Resina*. *Corticibus* pini. *Alipta* moschata, &c. *Gallia* moschata, &c.
  - *Inunctiones* ex rebus calidis & laxantibus, &c.

*Calor*. Vide in seq. signum C.

*Siccitas* nimia contemperanda tum
- *Victus* ratione humectante.
- *Medicamentis* humectantibus, &c.
  - *Intrinsecus* sumptis.
  - *Forinsecus* adhibitis, &c.

C. *Calor* immodicus auferendus partim
- *Victus* ratione, refrigerante, & corroborãte. Quare
  - *In* acre frigidiore degant.
  - *Cibus* sit facilis concoctionis, & multi nutrimenti, & modicæ quantitatis: vt
    - *Testiculi* gallorum.
    - *Ius*: *Gallinarum*, Pullorum. / *Caponum*. / *Carnium*.
    - *Caro* contusa.
    - *Panis* in vino maceratus.
    - *Oua* sorbilia recentia.
    - *Mala*: *Citonia*. / *Punica*, &c.
  - *Potus*, vinum odoratum.
- *Medicamentis* condensantibus ac maximè astringentibus, & firmitatem inducentibus (nam roborare oportet) vt sunt
  - *Insessiones* ex: *Myrtho*, Rosis. / *Pampinis* vitis. / *Malis* punicis, &c.
  - *Odoramenta* ex aqua: *Rosarum* / *Myrtillorum* / *Nymphæa* — cum aceto, &c.
  - *Vnguenta* ex vino & oleo rosaceo, &c.

# De curatione Secundinæ derelictæ.

*Secundina* aliquando post partum retinetur, & multa nocumenta inducit: cuius
- *Dignotio* causarũ: videlicet
  - *Partis* malè affectæ: scilicet Vteri, manifesta.
  - *Morbi*: *Abundantia* seu excessus in numero. / *Partus*, qui præcessit difficilis. / *Grauedo* in superioribus, quæ remansit post exitum fœtus.
  - *Causæ*: videlicet *Connexionis* secundinæ in fundo vteri / *Conuolutionis* secundinæ instar pilæ, circa aliquã vteri partem / *Clausuræ* oris vteri — tactu obstetricis nota.
- *Curatio*, indicationib. perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicant accidentia. Nã
    - *Mulieris* ita mortis periculum incurrunt, vt ex fœtu mortuo.
    - *Secundina*, si diu detinetur, cerebro, cordi, ac stomacho nocumenta non exigua cõmunicat, prauis vaporib. ex ea eleuatis, & ad iam dictas partes traductis. Quare eius eductio non paruifacienda seu negligenda est. Veruntamen non statim ac violenter extrahenda est.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tum
    - *Morbus*, qui sui ablationem indicat: q̃ fiet partim
      - *Mulieribus* ipsis. Sic: *Spiritum* detineant. / *Nares* & os obturent, &c.
      - *Medicamẽtis*
        - *Intrinsecùs* sumptis, per
          - *Nares*: vt sunt sternutamenta.
          - *Os*: vt
            - *Decoctum*: *Arthemisiæ*. / *Sabinæ*, &c.
            - *Theriaca* diatessaron.
            - *Trochisci* de myrrha.
            - *Puluis*: *Vnus* ℞. Boracis ʒ. i. capiat cum ʒ. iij. decocti sabinæ, vel vini.
            - *Puluis*: *Alter*: ℞. *Sabinæ*. / *Asari*. / *Myrrhæ*, ana ʒ. S. — Misce, & fiat puluis, qui cũ decocto gentianæ aut rubeæ exhibendus.
          - *Vterum*: vt pessus
            - *Vnus* ex: *Myrrhæ* / *Ciclamine* / *Adipe* anserino / *Saccharo* / *Oleo* irino — confectus.
            - *Alter* ex: *Aristolochia*. / *Staphyde* agria. / *Hellebor.* nigro. / *Colocynthide*, &c.
        - *Extrinsecùs* appositis: vt suffitus ex
          - *Cassia*, Nardo.
          - *Arthemisia*, Sabina.
          - *Pulegio*, Thure.
          - *Styrace*, Ladano.
          - *Bdellio*.
          - *Gagate* lapide, &c.
      - *Causa* morbi sui ablationem indicat. Sic quidem
        - *Secundina* fundo vteri annexa: tũc
          - *Secundina* instar pilæ circa vteri aliquam partẽ conuoluta, adiuuanda est: quod fiet si manus sinistra calida, oleo inuncta, seu pinguedine quadã pinguefacta, in vteri profundum immittatur, & arrecta secundina leniter extrahatur.
          - *Manus* obstetricis immittenda est, & apprehensam secundinã nõ statim rectà trahere cõuenit, propter vteri prolapsus timorẽ, neq; violenter admodum, sed sensim primũ nulla violẽtia adhibita, in obliquum placidè ducenda erit, huc illuc eam circumagens, deinde paulò valentius, etenim sic obediet, & à connexu dissoluetur, &c.
        - *Os* vteri clausum
          - *Remedijs* ad hoc commemoratis tabula præcedenti, aperiendum.
          - *Sternutamentis*, si vires validæ fuerint, vtendum.
          - *Perfusionibus* pinguibus aperiendum.
          - *Digitis* sinistræ manus, leuiter ac paulatim aperiendum & dilatandum. Quòd si adhuc retineatur, & nullis remediis expellatur, violenter detrahenda nõ est, sed potius naturæ permittenda. Nam putrefacta tandem, per ipsam naturã expelletur, &c.

De

# De Curatione Inflammationis vteri.



A. *Chirurgia* quoq; veteri inflãmatio tollitur adhibita secundũ
- *Qualitatem* contrariam, videlicet repellentem & euacuantem. Sic
  - *Venæ* sectio ex vsu est, vires ac ætas, aut habitus & anni tempus non obstiterint.
  - *Cucurbitulæ* cum scarificatu sunt conueniẽtes.
- *Quantitatem* conuenientem. Sic sanguis pro virium ratione detrahendus est.
- *Tempus* commodum. Sic circa, initia statim vena secanda est, licebit autem in secanda die venam incidere, in tertia verò eandem detractionem repetere.
- *Locum* conuenientem. Sic
  - *Vena* cubiti interna, & crurum, & poplitis, & malleoli incidenda.
  - *Cucurbitulæ*, coxis affigendæ.
- *Ordinem* decentem. Sic
  - *Primò* vena interna cubiti secanda.
  - *Deinde* poplitis, vel malleoli.

B. *Medicamentis* quoque veteri inflãmatio tollitur, iisque exhibitis, secũdũ
- *Qualitatem* contrariam: videlicet repellẽtem & euacuantẽ. Sic
  - *Epithemata*
  - *Inunctiones*
  - *Insessus*
  - *Emplastra*
  - *Pessi*

  } sunt ex vsu, quæ vel repellũt, vel laxant, vt sequitur.
- *Quantitatem* conuenientem, quæ pro ratione temperaturæ, anni temporis, ætatis, loci, &c. varianda.
- *Tempus* cõmodũ. Sic in morbi
  - *Principio* repellentib. vtendum est: ex quorum numero sunt
    - *Epithemata*, aut ex
      - *Vino* & oleo.
      - *Rosaceo* & vino.
      - *Aceto* & rosaceo.
      - *Palmulæ*
      - *Mala* citonia

      } in vino, aut posca cocta, oleo rosaceo admixto.
    - *Inunctio* ex oleo
      - *Cotoneorum*.
      - *Rosaceo* & aceto, &c.
    - *Emplastrum*
      - *Vnum* ex
        - *Farina* hordei.
        - *Semine* lini & fœnigræci.
        - *Vitellis* ouorum cum rosaceo, & decocto capitum papauetis & meliloti, & pauco aceto.
      - *Alterũ*, ex palmulis, vino diluto decoctis, cũ farina hordei, & oleo rosaceo.
      - *Tertium*, ex intybo, vmbilico Veneris, sedo, polygono, portulaca, plãtagine, pampinis vitium.
    - *Pessus*
      - *Vnus*, ex succo plantaginis, rosaceo, ouorum vitellis, pinguedine anseris, & croco exiguo.
      - *Alter*, ex lacte mulieris & lachrymis papaueris exiguo, & succo fœnigræci.
    - *Insessus* ex aqua madicè calida, & rosaceo.
  - *Augmento*, repellentibus & digerentibus vtendum est: cuiusmodi est
    - *Emplastrum* tale:
      - ℞. *Rad.* altheæ, maluæ, violarum, ana M.j.
      - *Flor.* violarum, chamomillæ, meliloti ana P. j. fiat decoctio, contundantur herbæ, & per cribrum transmittantur: adde farinę hordei quart. j. Sem. lini quart. S. olei ros. quart. j. Misce.
    - *Iniectio* ex
      - *Decoctio* hordei.
      - *Sero* lactis, &c.
  - *Statu* & declinatione laxãtibus, digerentibus & euacuantibus vtendum est: cuiusmodi sunt
    - *Purgantia*
      - *Cassia*
      - *Manna*
      - *Sacharum* violatum

      } quibus vtendum, si bilis sanguini fuerit permixta.
    - *Insessus* ex decocto
      - *Altheæ*, Maluæ, arthemisiæ, marrubii, saluiæ, fœnigræci, pulegii.
      - *Sem.* lini, oleo, &c.
    - *Emplastrũ*
      - *Vnum*, ex
        - *Hordeacea* farina.
        - *Fœnigræci*
        - *Sem.* lini

        } in aqua mulsa decoctis.
      - *Alterum*
        - ℞. *Rad.* liliorum, bismaluæ. ana quart. j.
        - *Maluæ*, M. j. Arthemisiæ, matricariæ ana M.S.
        - *Flor.* chamomillæ, meliloti ana P. j. anethi P. j.

        Fiat decoctio, & herbæ contundantur: quibus adde farinæ fabarum & hordei ana q. s. adipis porcini ℥. iij. butyri recentis ℥. ij. olei chamomillæ, & liliorum ana ℥. j. S. Misce.
    - *Pessi* ex œsypo, butyro, medulla ceruina, adipe anserino, oleo anethino, chamæmelino & & cera.
- *Locum* conueniẽtem. Sic
  - *Emplastra*
  - *Fomenta*

  } pubi, lumbis superponenda.
  - *Pessi* in vterum imponendi, &c.

De cu-

# De curatione Abceſſus vteri.

*Vteri* inflammatio nonnunquam diſcuti nō poteſt, ſed ad ſuppurationem vergit, & tunc ſuppurationi auxilium ferendum eſt: quod fiet partim

- *Emplaſtris*, ex
  - *Fœnogræco*, Semine lini.
  - *Farina* hordei, Caricis decoctis.
  - Rad. altheę, Terebynthina, &c.
- *Inſeßionibus*, ex decocto
  - *Pulegij*, Marrubii.
  - *Fol.* lauri, Saluiæ.
  - *Arthemiſiæ*, Dictamni.
  - *Centauri*, &c.
- *Peßis*, ex
  - *Terebynthina*, Myrrha.
  - *Oeſypo*, pinguedine adipi.
  - *Butyro*, &c.

# De curatione Scirrhi vteri.

*Scirrhus* vteri curatur tum

- *Chirurgia*, id eſt, Venæ ſectione, aut
  - *Poplitis*.
  - *Malleoli*.
- *Medicamētis* emollientibus: cuiuſmodi ſunt
  - *Fomenta*: ex quorū numero eſt
    - *Vnum* ex
      - *Oleo*
        - *Anethino*.
        - *Suſino*.
      - *Adipe*
        - *Gallinaceo*.
        - *Anſerino*.
      - *Cera* alba, &c.
    - *Alterum*
      - ℞. *Rad.* liliorum, Biſmaluæ.
      - *Cucumeris* agreſtis, ana quart. j.
      - *Maluæ*, Arthemiſiæ, ana M. j.
      - *Ficuum* pa. xx.
      - *Sem.* lini, fœnigræci, ana ℥. ij.
      - *Flor.* chamomillæ, meliloti.
      - *Violarum*, ana P. j.
      - Fiat decoctio in aqua & oleo dulci.
  - *Vnguenta*
    - *Vſualia*: vt
      - *Dialtheæ*.
      - *Aggripæ*, &c.
    - *Artificialia*: cuiuſmodi eſt
      - *Vnum*
        - ℞. *Butyri* recentis.
        - *Axungiæ* porci, ana ℥. ij.
        - *Pinguedinis* gallinæ, anatis, anſeris, ana ℥. j. S.
        - *Olei* amygd. l. dulc. liliorum ana ℥. iij. Mucilaginis fœnigræci extractæ cum vino albo ℥. j. Ceræ, Terebynthinæ, ana q. ſ. fiat vnguentum.
      - *Alterū*
        - ℞. *Opopanacis*, Bdellii.
        - *Ammoniaci*, ana ℥. j.
        - *Styracis* Myrrhæ, ana ℥. S.
        - *Propoleos* ℥. j.
        - *Rad.* Iridis ℥. j.
        - *Croci* ℥. S. Diſſol. lacrymæ in oleo liliorum & amygd. & vino, & depurentur: quibus adde terebynthinæ & ceræ ana parum, miſce.
  - *Emplaſtra*
    - *Vſualia*: vt Diachylon.
    - *Artificialia*. Vide in curatione Scirrhi hepatis & lienis.
  - *Peſſi*: cuiuſmodi eſt
    - *Vnus* ex
      - *Oleo*
        - *Nardino*.
        - *Suſino*.
      - *Galbano*.
      - *Styrace*.
      - *Cera*.
    - *Alter*: vt
      - ℞. *Olei* *Laurini*, *Nardi* ana ℥. j.
      - *Adipis* vrſi, anſerini.
      - *Pinguedinis* porci, ana ℥. S.
      - *Galbani*.
      - *Opopanacis*, ana ℥. j.
      - *Ceræ* ℥. j. miſce, & fiat peſſus.
    - *Tertius*
      - ℞. *Medullæ* ceruinæ, bouinæ ana ℥. j.
      - *Adipis* taurini ℥. j.
      - *Succi* ebuli.
      - *Mucilaginis* fœnigræci, ana ℥. S.
      - *Olei* ſuſini.
      - *Adipis* anſerini.
      - *Gallinacei*, ana ℥. ij.
      - Miſce, & fiant peſſi.

# De Curatione Vteri exulcerati.




* Quid


** Quid fieri debeat indicat etiam morbus: ni mirũ vlcus
Purum quod curatur partim
Victu præcedenti.
Medicamentis, exhibitis secundum
Qualitatem contrariam: videlicet leuiter astringentem & exiccantem: vt sunt
Rosaceum, iniectum.
Serum lactis cum saccharo, vel melle ros. iniectum.
Decoctum hordei & ros. cum melle rosato, iniectum, &c.
Locum. Sic vlcera
Conspicua: curantur
Tetrapharmaco cum butyro recenti.
Succo
Ptisanæ.
Plantaginis, &c.
Profundæ, curantur
Rosaceo.
Tetrapharmaco cum butyro recenti ac rosaceo.
Succo
Ptisanæ.
Plantaginis.
Decocto
Lentium
Polygoni
cum rosaceo.
Sordidum qđ curatur detergentibus
Mitioribus: veluti sunt
Serum lactis cum pauco saccharo, vel melle rosato, iniectum.
Decoctum
Hordei & ros. cum melle rosato.
Aristolochiæ per se vel cum melle.
Cremor ptisanæ cum melle, vel mulsa, in qua fœnum græcum sit decoctum, aut malua, aut fusures, aut lenticula, cui cortex sit detractus.
Vnguentum ex melle, terebynthina, rosaceo, & butyro, &c.
Iris Illyrica cum melle.
Pessi ex rosaceo & puluere aristolochiæ.
Fortioribus: vt sunt
Farina erui cum melle.
Iris
Alumen rotundum
cum melle, vel mulsa.
Decoctum apij, absynthij, centaurij, fabarum, lupinorum, orobi, &c.
Depascẽs qđ curatur
Primò detergentibus valdè & astringentibus: vt sunt
Decoctum
Baccarum myrti
Palmularum
Lentium
Malicorij
infusum.
Incessus ex decocto
Rosarum, cupressi, summitatum oleæ, malorum cotoneorum.
Rubi, lentisci, thois, aluminis.
Acaciæ, hicij, hypocystidis, &c.
Fomentum ex
Aqua mulsa, absynthio.
Marrubio, eruo.
Centaurio, lentibus, &c.
Ablatio
Ex succo ptisanæ, melle & rosaceo, &c.
Ex lacte
Equino
Asinino
Caprino
cum melle & iride.
Vnguentum
Aegyptiacum.
Apostolorum.
De thutia cum lacte.
Alumen, thus & myrrha cum lacte asinæ.
Pessi
Ex lupinorum puluere cum melle.
Ex rosaceo & puluere aristolochiæ.
Ex farina lentium cum melle.
Ex farina erui, iridis cum melle.
Deinde sarcoticis: vt sunt
Vnguenta
Vsualia
Diapompholigos.
De ceruſa.
De plumbo.
De tutia.
Magistralia
Vnum
℞. Succi plantag. part. x.
Mellis ros. ℥. ij. Misce.
Alterum
℞. Thutiæ ablutæ, part. ij.
Litharg yri, ceruſſæ, sarcocollæ, ana part. j.
Cum oleo rosaceo & cera, fiat vnguentum.
Tertium ex myrrha, aloe, iride & melle, &c.
Oleum plumbi: &c.

# De curatione Herniæ, seu Rupturæ.




** Herni

***
*Hernia* intestinalis curatur quod medicamentis astringentibus, consolidantibus, conglutinantibus

*Intrinsecùs* sumptis, atq; vel

*Simplicibus*, vt est

*Succus*
- *Iaceæ* albæ, quantum testa oui capiat, cum vino albo bibitus manè.
- *Rad.* consolidæ.
- *Osmundæ* regalis.
- *Sigilli* Salomonis.
- *Panis* cuculi, &c.

*Radix* (*Valerianæ*, *Consolidæ*, *Quinquefolij*) trita atque cum lacte & vitello oui cocta.

- *Decoctum* ex nucibus cupressi & gallis immaturis.
- *Corallium* rubr. vstum, & tritum.
- *Priapus* tauri, tritus.

*Compositis*: vt

*Syrupus*
- ℞. *Rad.* bistortæ, narcisci, ana ʒ.j.
- *Rad.* consolidæ vtriusque quinquefolij, ana ʒ. S.
- *Hypericonis*, polygoni, ana M.j.S.
- *Sebesten* n.x. Dactylorum par.iv.
- *Mirob.* cheb. Ind. citrinorum, ana ʒ.j.
- *Sem.* anisi, & nasturtij, ana ʒ.ij.
- *Rosarum*, anthos, cyperi. ana P.j. Fiat decoctio in vino & aqua, deinde cum melle rosato & saccharo fiat syrupus.

*Electuarium*
- ℞. *Conseruæ* ros. antiquæ, symphyti, flor. saluiæ, acori, ana ʒ.j.
- *Trochiscorum* de carabe ʒ.iij.
- *Blattæ* byzantiæ vstæ & lotæ in aqua caudæ equinæ ʒ.ij.

Cum syrupo cotoneorum fiat electuarium. Capiat ad quantitatem nucis superbibendo parum vini rubri.

*Pilulæ* ex
- *Bdellio.*
- *Conchilijs* venereis.

*Extrinsecùs* appositis. Itaq; ex tribus elatis & diductis, intestinum sensim reducatur, atq; reductum statim emplastris astringentib⁹ (pube ac scroto abrasis) & ligamentis idoneis, vel subligaculo retineatur. Emplastra autem varia sunt: quorum

*Primum*, aut est ex
- *Mastice* & resina.
- *Mastice*, pice, puluere cumini & symphyti.

*Secundum*
- ℞. *Symphyti* ℔.j. Mannæ thuris ʒ.iij.
- *Ouorum* alba cum vitellis n.vj.
- *Adipis* suilli q.s. Misce, & fiat emplastrum.

*Tertium*
- ℞. *Picis* naualis ʒ.v. Colophoniæ ʒ.iij.
- *Litharg.* gũmi amoniaci, opopanacis, bdellii, masticis, terebynthinæ, ana ʒ.j.
- *Boli* armeni, thuris, sanguinis draconis, / *Sarcocollæ*, aloes, centaurij, symphyti, / *Oxyacanthæ*, pilularum cupressi, gallarum viridium, / *Cort.* mali punici, vermium terrestrium, — ana ʒ.ij.
- *Collæ* tauri, vel glutinis pellis arietinæ madefactæ & dilutæ in aqua chalybeata & aceto ʒ.ij. Misce, lento igne, ad emplastri formam.

*Quartum*
- ℞. *Vnguenti* comitissæ ʒ.ij.
- *Rad.* bistortæ, narcissi, ana ʒ.S.
- *Blattæ* byzantinæ, sanguinis draconis, sarcocollæ, aluminis, ana ʒ.iij.

Malaxentur omnia oleo cotoneorum & fiat emplastrum, quod in pelle arietis impositum admoueatur.

*Quintum*
- ℞. *Masticis*, sarcocollæ, sanguinis draconis, / *Blattæ* byzantiæ, corr. thuris, aloes, / *Boli* armeni, gypsi, gallarum viridium, — ana ʒ.ij.
- *Ictiocollæ* / *Tauricollæ* — diss. in aceto, ana ʒ.ij. Malaxentur, & fiat emplastrum.

*Sextum*
- ℞. *Masticis*, cort. thuris, / *Myrrhæ*, nucis cupressi, / *Sarcocollæ*, glutinis piscium, — ana ʒ.S.

Trita misceantur. & extendantur in aluta.

*Septimum* ex nucibus cupressi, & gallis immaturis, quod in mensem relinquatur.

*Octauum*
- ℞. *Balaustiorum* ʒ.j S.
- *Gallarum* ʒ.S.
- *Rad.* asphodeli, narcissi, ana ʒ.j.S.

Coquantur in vino, &c.

*Nonum*
- ℞. *Thuris*, masticis, sarcocollæ, acaciæ, lap. hęmatitis, mummiæ, tragacanthi, gummi arabici, terræ sigillatæ, ana ʒ.iij.
- *Bolis* armeni, gallæ, litharg yrij, balaustiorum, nucis cupressi, malicorij, aristolochiæ longæ & rotundæ, cort. thuris, rosarum, rad. consolidæ vtriusq; orobi siliginis, sambuci, cyperi, ana ʒ.S.
- *Picis* naualis, colophoniæ, resinæ pini, terebinthinæ, ana ʒ.j.
- *Visci* quercini ʒ.j.S. Ceræ ʒ.iij.
- *Pilorum* leporis vltorum ʒ.S.
- *Olei*, in quo ficus coxerint ʒ.S.

Fiat emplastrum, de quo portio extendatur in aluta.

De cura-

# De curatione Paſsionis iſchiadæ.

*Iſchiada* paſsio eſt dolor nõ exiguus, circa eum articulum, quẽ Græci ὀσφὺν vocant, ab aliqua fluxione ortus: cuius

- *Curatio* indicationib. perficitur. Itaque
  - *Dignotio*
    - *Partis* malè affectæ: videlicet oſſis coxendicis. Senſui manifeſta.
    - *Symptomatis*
      - *Dolor*
        - *A* natibus inguinibusq; ad genua vſque.
        - *Ad* ſummum vſque pedem
        - *Cruris* totius
        - } in quibuſdam.
      - *Vrina* difficultas interdum.
    - *Cauſæ*
      - *Internæ*: videlicet humoris irruẽtis: atq; vel
        - *Sanguinei* ſolius, vel etiã bili mixti
          - *Dolor*
            - *Mordax*, feruens.
            - *Pulſatiuus*, extenſiuus.
            - *Pungens*.
          - *Calor* corporis
            - *Rubeus*.
            - *Flauus*
            - *Ruffus*
            - *Pallidus*
            - } in bilioſo.
          - *Plethora*, adoleſcentia.
          - *Tempus* vernale.
          - *Victus* ratio opipara.
          - *A* calidis exacerbatur.
          - *A* frigidis relaxatur, &c.
        - *Pituitoſi*, viſcidi ſolius, vel etiam bili mixti
          - *Dolor* non admodum vehemens, ſed ſtupidus.
          - *Color* corporis albus.
          - *Victus* ratio pituitoſa.
          - *Crapula*, cruditates, ocium.
          - *Exercitium*, aut balneum à cibo.
          - *Tempus* anni frigidum & humidum.
          - *A* frigidis exacerbatur.
          - *A* calidis iuuatur, &c.
      - *Extremæ*: ſcilicet
        - *Cruditatum* aſſiduarum
        - *Ocij* diuturni
        - *Immodici* rei venerei vſus.
        - *Deambulationis* concitatioris.
        - *Hæmorrhoidum*, aut menſtruorum ſuppreſſorum
        - *Vomendi* conſuetudinis intermiſſę
        - *Excretionis* familiaris impeditæ
        - } manifeſta.
  - *An* fieri poſſit, indicãt tum
    - *Cauſæ*. Sic à
      - *Sanguine* fit rarò iſchiada.
      - *Materia* pituitoſa, viſcoſa, ſæpius fit.
    - *Accidentia*. Nam vbi tophi ſeu calli ex humoribus craſſis ac viſcidis, qui in articulis diutius moram traxerint, fuerint producti, haudquaquã ſperandũ eſt ad priſtinam conſtitutionem exactè redire articulum poſſe.
  - *Quid* fieri debeat, indicat
    - *Cauſa* ſymptomatis. Vide in ſequentibus ſign. **A.**
    - *Morbus* quoque ſeu intẽperies, ſeu tumor ſui ablationem indicat. Sic tumor natus à
      - *Sanguine*, diſcutiendus, mitigandus & relaxandus eſt, & quidem medicamentis moderatis: vt ſunt
        - *Fomentum*
          - *Ex* decocto
            - *Saluiæ*, camæpytis.
            - *Rutæ*, chamomillæ.
            - *Altheæ*, &c.
          - *Ex* decocto
            - *Fructuum* iuniperi.
            - *Radicum* altheæ.
            - *Melilоti*, chamomillæ, &c.
        - *Inunctiones* ex
          - *Oleo*
            - *Chamæmelino*, anethino, liliaceo.
            - *Irino*, nardino, rutaceo, lumbricorum.
            - *Vulpino*, de coſto, terebynthinæ, &c.
          - *Adipe*
            - *Serpentis*, gallinarum.
            - *Anatis*, vulpis.
            - *Vrſi*, &c.
        - *Emplaſtrum* ex
          - *Althea*
          - *Sambuco*
          - *Ruta*
          - } contuſis.
          - *Farina* fœnigræci, ſem. lini.
          - *Adipe* anſerino, butyro.
          - *Oleo* chamęmelino, anethino, &c.
          - *Poſca*.
        - *Saeculus* ex
          - *Milio* fricto
          - *Sale*
          - *Furfure*
          - } pauco vino irroratus.
      - *Humore* frigido, viſcoſo. Vide in ſeqq. ſignum C.
    - *Symptoma*, ſeu dolor, qui mitigandus eſt medicamentis, partim
      - *Intrinſecus* ſumptis: vt eſt
        - *Theriaca* recens.
        - *Philonium*, cuius ʒ. j. cum vino ſumpta.
      - *Extrinſecus* applicatis: vt
        - ℞. *Calicularum* papaueris q. ſ. coquantur in aqua mulſa, & cũ farina hordeacea imponatur, &c.

A. *Cauſa*


A. Causa symptomatis: videlicet humor
Sanguineus
Solus, qui sui ablationem indicat: ꝙ fiet partim
Victus ratione instituta secundum
Qualitatem contrariam, videlicet refrigerantem. Quare
Aer sit ad frigidum & siccum vergens.
Somnus moderatus est conueniens.
Quies præcipienda est.
Aluus sit lenis.
Animi affectus immodici vitandi.
Cibus sit concoctu facilis: vt
Cremor ptisanæ.
Endiuia, cichorium.
Lactuca, &c.
Potus sit aqua hordei.
Quantitatem. Sic cibus sit modicus.
Tempus commodum. Sic in
Principio sit cibus omnino modicus.
Declinatione, solidior.
Chirurgia adhibita secundum
Qualitatem contrariam. Sic venæ sectio ex vsu est.
Quantitatem debitam. Sic pro virium ratione sanguis detrahendus.
Locum conuenientem. Sic vena
Cubiti
Malleoli
Poplitis
incidenda est.
Tempus commodum. Sic
In principio vena cubiti incidenda.
Postea poplitis, vel malleoli, &c.
Bili mixtus qui sui ablationem indicat: quod fiet partim
Victus ratione prædicta.
Chirurgia prædicta.
Medicamentis, cõtrariis: & vel humoris
Qualitati, sunt præparantia seu concoquentia: vt
Syrupus
Violarum endiuiæ.
De iuiubis.
De papauere, &c.
Decoctum
Endiuiæ.
Cichorij.
Violarum, &c.
Quantitati, sunt euacuãtia per
Vomitum: vt
Aqua tepida.
Decoctum
Raphani.
Atriplicis.
Aluum: & sumptavel per
Os: vt
Cassia, manna.
Syrupus ros. laxatiuus.
Hiera picra.
Elect. de succo ros.
Sedem: vt
℞. Maluæ, betæ, mercurialis, ana M. j.
Chamomillæ, furfuris, ana P. j.
Caricarum, n. vj. Salis ʒ. j.
Olei chamomillæ ʒ. iiſ. Mellis ros. ʒ. ij.
Diacatoliconis, hierę picrę, ana ʒ. S. Miſce.
Pituitosus & viscosus auferendus est partim
Victus ratione, ordinata secundum
Qualitatem contrariam: videlicet excalfacientẽ, exiccantem & extenuãtem. Quare
Aer sit siccus & ad calidum declinans.
Somnus conuenit consueto parcior.
Aluus sit lenis. Venus vitanda.
Animi affectus immodici cauendi.
Cibus sit
Caro syluestris.
Aues montanæ.
Assus, &c.
Potus, aut aqua
Mulsa.
Cinnamomi, &c.
Quantitatem debitam. Sic cibus sit paucus.
Tempus commodum. Sic
In principio, cibus sit omnino paucus.
Deinde solidior, &c.
Chirurgia, administrata secundum
Qualitatem contrariam. Sic ex vsu sunt
Vena sectio, reuulsionis gratia, si cum etiam sanguinis fuerit permixtus.
Cucurbitulæ cum scarificatu.
Quantitatem decentem. Sic sanguis pro virium ratione detrahendus est.
Locum conuenient em. Sic
Vena aut
Poplitis
Malleoli
est incidenda.
Cucurbitulæ coxę affigendæ.
Tempus aptum. Sic circa initia sanguis mittendus.
Medicamentis. Vide in seqq. signum B.
B. Humor


B.
Humor pituito fus & vilcosus auferetur quoq; medicamentis contrariis : & vel humoris
Qualitati, sunt præparantia seu concoquentia: vt
Mel
Rosarum.
Anthosatum.
Aqua mulsa cum decocto
Origani.
Pulegij.
Oxymel
Simplex.
Compositum, &c.
Syrupus de
Stœchade.
Hyssopo, &c.
Quantitati, sunt euacuatia per
Vomitum: vt
Decoctum
Raphani.
Asari.
Oxymel cum aqua tepida.
Aluum: atq; sumpta vel per
Os: vt sunt
Pilulæ
Fœtidæ.
De sagapeno.
De agarico.
Cochiæ, &c.
Potio
℞. Cort. myrob. chebul. ℥.S. Citrinorũ ʒ.ij Polypodij, agarici, ana ʒ.j. Fiat decoctio, cui adde diaphœniconis ʒ.ij.S.Syrupi rosar.laxat. ℥.ij. Misce.
Sedem: vt clyster
Vnus
℞. Maluæ, mercurialis, betæ, ana M.j. Centaurij min. chamomillæ, ana M.S. Caricarum, n. vj Furfuris P.j.S. Olei rutæ ℥.iij. Mellis rosat. ℥.ij. Diaphœniconis, hieræ picræ, ana ℥.S. Salis ʒ.ij. Misce.
Alter
℞. Maluæ, bismaluæ, betæ, mercurialis, ana M.j. Caulium chamæpityos, ana M.S. Sem. anisi, fem. rutæ, ana ℥. S. Fiat decoctio, in qua dissolue benedictæ ℥ j. Mellis rosat. ℥.iij. Olei chamomillæ, liliorum, ana ℥.ij. Misce.
Tertius ex
Decocto
Pulegij, calaminthæ.
Origani, centaurij.
Stœchadis.
Melle, sale.
Hiera diacolocynthidos: oleo
Quartus ex
Muria piscium.
Melle.
Oleo rutaceo.
C.
Tumor ab humore frigido & viscoso, calidioribus discutiendus & digerendus est: aut sunt
Fomentum
Vnum, ex lixiuio & sale, vel nitro.
Alterum, ex decocto
Pulegij, calaminthæ, meliloti,
Rutæ, anethi, centaurij,
Rorismarini, &c.
in aceto.
Tertium
℞. Rad. & fol. ebuli, altheæ, ana M.j.
Rutæ, saluiæ, sambuci, pulegij, ana M.S.
Chamomillæ, meliloti, ana P.j.S. Fœnigræci P.j. S.
Coquantur in tribus partibus olei, & vna vini, & cum spongia madefacta in ea fiat fomentatio.
Quartum ex
Farina lupinorum cum oxymellite.
Oxymellite & calaminthæ foliis.
Aqua mulsa & foliis calaminthæ.
Inunctiones ex oleo
De thymo, de sabina.
De spica, de piperibus.
De castoreo, de pyrethro.
Rutaceo, costino, nardino.
Vulpino, ceræ, &c.
Vnguenta
Vsualia: vt
Martiatum.
Aragon.
Dialthea, &c.
Artificialia
Mitiora: vt
℞. Cremoris sem. maluæ, altheæ, ana ʒ.iij.
Farinæ fœnigræci, sem. lini, ana ℥.S.
Adipis anseris, suilli, ana ℥.S.
Olei rutacei, chamæmelini, ana ℥.j.S.
Ceræ, aceti, ana parum. Misce.
Fortiora: vt
℞. Vnguenti martiati, aragõ, ana ℥.iv. Suc. enulæ cãpanæ, iberidis, ana ℥.ij.
Euphorbij, castorei, ana ℥.S. Olei lumbricorum, nucum, rutæ, ana ℥.iij.
Misce, & fiat vnguẽtũ, quo partes inguinũ, sedis & ossis sacri inũgãtur.
Linimenta ex oleo rutaceo, & galbano, &c.
Emplastra. Vide in seqq. signum D.

D. Emplastra

D. *Emplastra* tumorē ab humore frigido & viscoso, suo calore discutientia

- *Vsualia*: vt
  - *De* meliloto.
  - *Oxycroceum*, &c.
- *Magistralia*
  - *Mitiora*
    - *Vnum*: vt
      - ℞. *Althææ*, Saluiæ, Rutæ, Sambuci, ana P.S. decoctis & contusis adde
      - *Olei* irini, de castoreo, Anethini, ana ʒ.i.
      - *Cremoris* seminis lini, fœnigræci, ana ʒ.ij.
      - *Farinæ* loliaceæ, Lupinorum, ana ʒ.i.
      - Cum posca fiat emplastrum.
    - *Alterum*
      - ℞. *Succi* foliorum rutæ, Sambuci, Calaminthæ, ana ʒ.j.
      - *Bdellij*, Opopanacis, Ammoniaci, ana ʒ.S.
      - *Myrrhæ*, Resinæ, terebynthinæ, ana ʒ.S.
      - *Cremoris* seminis lini, Fœnigræci, Altheæ, ana ʒ.i S.
      - *Farinæ* hordei, fabarum, lupinorum, ana ʒ.vij.
      - *Picis*, Ceræ, ana q.s. misce.
  - *Vehementiora*
    - *Vnum*
      - ℞. *Iberidis*, vel Cardamœnæ, vel nasturtij terrestris, vel aquatici ʒ. ii. decoquantur in vino, cui adde Farinæ lupinorum, & lolij, ana ʒ.ii.
      - *Iridis*, Costi, ana ʒ.i.
      - *Chamomillæ*, meliloti, ana M.j.
      - *Axungiæ* porci, ex vino decies ablutæ ℔. i.
      - *Olei* lumbricorum, vulpini, ana ʒ.iij.
      - Misce, & fiat emplastrum, applicandum supra nates, & supra emunctoria.
    - *Alterum*
      - ℞. *Rad.* bismaluæ. cucumeris, brioniæ, iridis, ana quart. j. enulæ, Hermodactylorum, ana quart. S. incidantur & decoquantur cum iberidis & nasturtij vel rutæ, ana M.ij. S. rutæ agrestis ʒ.i flor. anthos, stœchadis, Saluiæ, ana P.i. thymi ʒ.iij. decoquantur l.a. contundantur, quibus adde Adipis serpentis, gallinæ, ana quart. j.
      - *Olei* terebynthinæ iij.
      - *De* spica ʒ.ij. farinæ lupinorum, fœnigræci & lini, ana ʒ.iij.
      - Misce, & fiat emplastrum.
    - *Tertium*
      - ℞. *Farinæ* erui, lupinorum, cachryos, ana ʒ.i.S.
      - *Rad.* Ireos, aristolochiæ, ana ʒ.i. Stapidis agriæ ʒ.i.
      - *Mellis*, aceti, ana ʒ.iv. Misce.
    - *Quartum*
      - ℞. *Cachryos*, rad. ireos, rutæ, ana ʒ.i.
      - *Piperis* ʒ.i.
      - *Pyrethri* ʒ.i.S. sulphuris ʒ.ij.
      - *Tritis* adde Galbani, opopanacis, Ammoniaci, ana ʒ.i.
      - In aceto dissolutis, cum resina terebynthina fiat emplastrum.
    - *Quintum*
      - ℞. *Sem.* sinapis in aceto macerati ʒ.ij.
      - *Caricarum* ʒ.iv.
      - *Stercoris* columbini in vino albo decocti ʒ.iij.
      - *Mellis* anacardini ʒ.j.
      - Misce.
    - *Sextum*
      - ℞. *Cantharidum* ʒ.ij.
      - *Staphydis* agriæ ʒ.iij.
      - Cum fermento, & aceto misce.
    - *Septimum*
      - ℞. *Rad.* herbæ Iberidis q.s. diligenter tundito, & suilla axungia excipito, & linteolo densiori imponito, ac incumbere per duas horas finito.
    - *Octauum*
      - ℞. *Stercoris* columbini ʒ.iij.
      - *Ficuum* ʒ.i.
      - *Farinæ* cachryos ʒ.S.
      - *Mellis*, aceti, ana ʒ.iij.
      - *Staphydis* agriæ q.s. misce.
    - *Nonum*
      - ℞. *Vnguenti* marciati, Agrippæ, ana ʒ.i.
      - *Olei* rutacei ʒ.ij.
      - *Galbani* in aceto liquati ʒ.ij.
      - *Euphorbij* ʒ.S.
      - *Pyrethri*, staphydis agriæ, ana ʒ.i.
      - *Resinæ* q.s. misce.
    - *Decimum*
      - ℞. *Cachryos*, farinæ erui, ana ʒ.S.
      - *Sinapis* ʒ.i.
      - *Piperis* ʒ.j. cum aceto & melle misceantur.
    - *Vndecimum* ex
      - *Resina*, Galbano.
      - *Ammoniaco*, Pipere.
      - *Euphorbio*, Sulphure, vini fæce.
    - *Duodecimum* ex
      - *Rad.* cucumeris syluestris in aceto elixis.
      - *Adipe* porcino, &c.
    - *Decimumtertium* ex
      - *Lepidio* &
      - *Adipe* suillo, &c.

# De curatione Podagræ & Arthritidis.



# ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

A. *Podagræ* curatio indicationibus perficitur. Quare

- *An* fieri possit, indicant
  - *Causæ*
    - *Materiales.* Sic articulorum natiua laxitas, & imbecillitas quorundam emendari nō potest.
    - *Formales.* Sic nodosa non curantur.
    - *Effectrices.* Sic
      - *Sanguinea*, *Biliosa* } rarò
      - *Melancholica*, rarius } accidit.
      - *Pituitosa*, *Mixta* } sæpius
  - *Accidētia*: nēpe
    - *Tempus.* Sic cum diu hoc vitium durauerit, ægrè aut nunquam curatur. Item in vere & autumno magna ex parte podagrici dolores mouentur.
    - *Aetas.* Sic pueri ante veneris congressum non laborant.
    - *Sexus.* Sic
      - *Eunuchi* non laborant podagra.
      - *Mulieres* non, nisi menses defecerint.
- *Quid* fieri debeat, indicat tum
  - *Victus* ratione instituta secundum
    - *Quantitatem* contrariā: scilicet refrigerantem & siccantem. Sic
      - *Aer* sit ad siccum & parum ad frigidum vergēs.
      - *Somnus* moderatus est conueniens.
      - *Alvus* sit lenis natura, vel clysteribus.
      - *Quies* conuenit moderata.
      - *Animi* affectus immodici fugiendi.
      - *A venere* abstinendum est.
      - *Cibi* sint parum nutrientes: vt
        - *Caro* volucrum montanarum.
        - *Ptisana.*
        - *Lactuca.*
        - *Endiuia*, &c.
      - *Potus* sit aqua cinnamomi.
    - *Quantitatem* conuenientem. Sic
      - *Cibus* sit modicus.
      - *Crapula* cauenda.
      - *Ebrietates* vitandæ.
    - *Tempus* commodum. Sic
      - *Cibus* in
        - *Principio* & statu modicus
        - *Declinatione* vberior
        - } dādus.
      - *Exercitium* in
        - *Principio* & statu nō est ex vsu.
        - *Declinatione* moderatè vtendū.
  - *Chirurgia*, administrata secundum
    - *Sanguineus*, qui sui ablationem indicat, quod fit partim
      - *Qualitatem* contrariā: videlicet venæ sectionē, si nihil prohibeat.
      - *Quantitatem* debitam. Sic sanguis
        - *Pro* virium ratione & plenitudinis mittendus.
        - *Non* semel duntaxat, sed iterum atq; iterum pluries detrahendus, sanguinis detractione paulatim repetita.
      - *Locum* cōuenientē. Sic si
        - *Dextrum*
          - *Crus* laboret, vena interna brachij dextri incidenda
          - *Manus* infestetur, vena in dextro crure aperienda.
        - *Sinistra*
          - *Manus* laboret, vena in sinistro crure incidenda.
          - *Pars* ambulandi crucietur, sanguis ex sinistra brachij vena interna mittendus.
      - *Tempus* cōmodum. Sic
        - *Sanguis* statim ab initio morbi detrahendus, præsertim in vere.
        - *Qui* sæpius huiusmodi fluxionibus sunt conflictati, plus noxæ, quàm auxilij ex sanguinis detractione sentiunt.
    - *Simplex*
      - *Causa* symptomatis: videlicet humor
        - *Biliosus.* Vide in seqq. signum B.
        - *Pituitosus.* Vide in seqq. signum C.
        - *Melancholicus.* Vide in seqq. signum D.
      - *Mixtus*: cuius curatio facilè ex simplicibus inuenitur.
  - *Morbus.* Vide in seqq. signum E.
  - *Pars* affecta, siue articuli, sui corroborationē indicāt: quod fiet
    - *Oleo* cum sale tosto & optimè trito, quo bis quotidie articuli inungantur.
    - *Smegmate* cum sale, & bolo armeno pauco.
    - *Lixiuio* ex cinere
      - *Vitium* cum sale.
      - *Cruris* equi: quod huiusmodi est:
        - ℞. *Cineris* cruris equi, vel cerui, vel asini ℔.i.
        - *Aquæ* fabrorum ℔.iv.
        - *Salis* ℔.S.
        - Misce, quo abluat pedes, & manus, bis in hebdomada.
  - *Symptoma.* Vide in sequentibus signum F.


B. Biliosus humor auferatur tum
Victus ratione ordinata secundum
Qualitatem cõtrariam: scilicet refrigerantem & humectantem. Sic
Aer frigidus & humidus eligendus.
Quies præcipienda.
Somnus promouendus.
Labor
Veneris vsus } interdicendus.
Vigiliæ immodicæ fugiendæ.
Aluus quotidie suo munere fungatur.
Ira
Furor } vitanda.
Cibus sit
Ptisana, & cremor eius.
Ex carnibus: Gallinarum, Perdicum. Merularum. Turdorum, &c.
Ex oleribus: Lactuca, Endiuia, Malua, Blitum, Sonchus, &c.
Ex fructibus: Cucurbitæ. Mala. Sorba, Pira &c.
Ex piscibus, Saxatiles, &c.
Potus sit aqua hordei.
Quantitatem conuenientem. Sic
Inedia
Crapula
Ebrietas } vitanda.
Cibus modicus sumendus.
Medicamẽtis cõtrarijs: & vel humoris
Qualitati, sũt præparantia, seu cõcoquẽtia: vt
Syrupus
Vsualis: Violaceus, Endiuiæ, De succo rosarum, Acetosus, &c. cum decoctione sebesten.
Magistralis: ℞. Cichorij, scariolæ, lactucæ, sem. cucurb. ana M.i. fiat decoctio. In lb.i.S. dissolue syrupi violacei ℥.vi. misce pro tribus dosibus.
Infusio rosarum.
Quantitati: videlicet purgantibus per
Vomitum: vt Aqua tepida cum exiguo aceto, vel syrupo acetoso.
Aluũ: & vel
Simplicia: vt Cassia, Manna. Saccharum violatum. Syrup. ros. lax. &c.
Compositum: vt
Potus
Vnus: ℞. Mannæ ℥.ij. seu pulpæ cassiæ ℥.i.S. Diacatholiconis ℥.S. Cum aqua cichorij fiat potio.
Alter: ℞. Myrob. citrin. ʒ.iij. coquãtur in sero lactis, cui adde Rha barbari ʒ.i. Mannę ℥.ij. Diacatholiconis ℥.S. aut elect. de succo ros. ʒ.ii. misce.
Tertius: ℞. Rhabarbari infusi & fort. expressi ʒ.ij. Syrupi ros. lax. ℥.ij. Catholiconis ℥.S. misce.
Bolus: ℞. Diacatholiconis, tripheræ persicæ, ana ℥.S. Pul. rhabarbari ʒ.i. misce, & cũ saccharo fiat bolus. Capiat manè stomacho ieiuno.
Pilulæ
Vsuales: vt Aureæ. De hiera, &c.
Magistrales
Vnæ: ℞. Electuarij de succo ros. Rhabarbari, ana ʒ.S. Cũ syrupo rosato laxatiuo fiant pilulæ. Capiat post mediam noctem.
Alteræ: ℞. Agarici trochisc. Rhabarbari, ana ʒ.ij. Cinnamomi, spicæ nardi, Asari, masticis, myrrhæ, ana ϑ.S. Aloes ℥.S. terebynthinæ ʒ.iij. misce, & fiant pilulæ vi. pro drachma, semel in hebdomada accipiendæ.
Tabulæ
℞. Spec. diamoschi. Diarrhod. ana ʒ.i.
Calami aromatici ʒ.i.
Rhabarbari electi ϑ.i.
Diagridij ϑ.ii.S.
Sacchari albi in aqua ros. dissoluti ℥.iij. misce, & fiant tabulę. auro coopertæ. Capiat ℥.S. bis in anno, in vere scilicet & autumno. Interim tamen à venere abstineat per integrum annum, vtaturque ratione victus proba, & perfectè curabitur, vt experientia ego cognoui.

C. Pitui-

# ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

C. *Pituitosus* humor auferetur tum

- *Victus* ratiõe ordinata secundũ
  - *Qualitatẽ* cõtrariam: nempe excalfacientem, siccantẽ & extenuantem. Sic
    - *Aer* sit calidus & siccus.
    - *Somnus* conuenit moderatus.
    - *Quies* est ex vsu.
    - *Aluus* sit lenis natura, vel clysteribus efficacioribus.
    - *Frictio* cum linteolis asperis commoda est.
    - *Venus* vitanda.
    - *Cibi* sint parum nutrientes: vt
      - *Perdices*, Phasiani, *Gallinæ*, *Aues* montanæ } assæ.
      - *Oryzæ* succus.
      - *Nuces* iuglandes.
      - *Pistachiæ*.
      - *Vuæ* passæ.
      - *Pisces* petrosi assi.
      - *Cappares* ex aceto mulso, &c.
    - *Potus*
      - *Decoctum* anisi.
      - *Aqua* cinnamomi.
      - *Aqua* fœniculi.
  - *Quantitatem* conuenientem. Sic
    - *Cibus* sit paucissimus, imò inedia & fame vtendum est per plures dies.
    - *Crapula*, *Ebrietas* } fugienda.
  - *Tempus* commodum. Sic
    - *Cibus* ab initio sit paucissimus, vel inedia.
    - *Quies* conuenit circa initia.
    - *Exercitium* in declinatione competit.
- *Chirurgia*. Sic cõuenit
  - *Venæ* sectio, si cum sanguine copioso pituita redundet, & nihil impediat.
  - *Abscissio* venarum. Si quidem inuentum est, vt parte superiori, qua humor influit in articulum, caro nudaretur, venæ hamulo exciperentur, vinculis interceptæ secarentur, atque ita via fluxioni præciditur.
  - *Cauterium*
    - *Actuale*, *Potentiale* } in parte opposita.
- *Medicamẽtis* contrarijs: & vel humoris
  - *Qualitati*: videlicet alterãtibus, iisque sumptis vel
    - *Ante* purgationem: sunt præparantia
      - *Mel* rosarum.
      - *Oxymel*: *Simplex*. *Scillinum*. *Compositum &c.*
      - *Syrupus* de: *Stœchade*. *Hyssopo*, &c.
    - *Post* purgationem: sunt calefacientia & exiccantia
      - *Vsualia*: vt: *Theriaca*. *Mithridatum*. *Diacorallium*, &c.
      - *Magistralia*: vt puluis huiusmodi:
        - ℞. *Chamedryos* vtriusque, Gentianæ, Centaurij, Rhaponticæ Arist. rotundæ, ana ʒ.S.
        - *Pulueriz entur*, misceãtur, & fiat puluis, de quo da ʒ.i. cum aqua mulsa per dies 40. continuos: deinde ʒ.S. per annum integrum: & curabitur perfectè: expertum à me ipso.
  - *Quantitati*: videlicet purgantibus: vt sunt
    - *Potio* talis
      - ℞. *Myrob.* chebulorum ʒ.iij.
      - *Agarici* ʒ.i.S. fiat decoctum, cui adde syrupi ros. lax. ʒ. iij.
      - *Diaphœniconis* ʒ.ii. misce, & fiat potus.
    - *Electuarium*
      - *Diacarthamum*.
      - De citro solutiuo, &c.
    - *Pilulæ*
      - *Vsuales*: *Alephanginæ* cum agarico. *Fœtidæ*. *Imperiales*. *Sine* quibus. *De* sagapeno. *De* agarico. *De* hiera cum agarico.
      - *Magistrales*
        - *Vnæ*: ℞. *Agarici* ʒ.i. *Nucis* moschatæ, Zingiberis, ana ϑ.S. Infundantur in aqua mẽthæ: materię expressæ adde *Rhabarbari* ϑ.iv. *Pul.* hieræ diacolocynth. ʒ.i.S. *Diagridy* ϑ.S. Cum infusione fiant pilulæ: da ʒ.i. vel ϑ.iv.
        - *Alteræ*: ℞. *Rhabarbari*, *Agarici* trochiscati } ana ʒ. ij. *Rad.* aristolochiæ, quinque folij, ana ϑ.i. *Galangæ*, Caryophyllorũ, Spicæ nardi Ind. Squinãthi, ana ϑ.S. Cum succo brassicæ fiant pilulæ. Capiat semel in hebdomada ʒ.S. vel singulis diebus pilulas duas.

D. *Melancholicus* humor tollitur, tum

- *Victus* ratione institura secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet excalfacientē, humectantē & extenuantem. Sic
    - *Aer* conuenit calidus & humidus.
    - *Somnus* consueto longior
      *Quies* moderata
      *Alvus* lenis — conuenit.
    - *Venus* inimica est.
    - *Cibi* sint boni succi: vt
      - *Caro*
        - *Gallinarum.*
        - *Caponum.*
        - *Pauonum* Indorum.
        - *Coturnicum.*
        - *Perdicum.*
        - *Vitulina.*
        - *Veruecina*, &c.
      - *Pisces* petrosi.
      - *Ex* oletibus
        - *Borrago.*
        - *Bugloſſa.*
        - *Spinachia*, &c.
      - *Ex* fructibus
        - *Nuclei* pini.
        - *Piſtachia.*
        - *Amygdalæ.*
        - *Vua*, &c.
    - *Potus* sit vel
      - *Aqua* cinnamomi.
      - *Vinum* album dilutum.
  - *Quantitatem* conuenientem. Sic
    - *Cibus* sit pauciſſimus, & potus.
    - *Crapula*, *Ebrietas* — vitanda est.
- *Chirurgia* admiuiſtrata secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet venæ sectionem, si vnà cum sanguine multo abundet melancholia, & nihil impediat.
  - *Quantitatem* conuenientem. Sic pro virium & plenitudinis ratione sanguis detrahendus est.
  - *Tempus* commodum. Sic statim ab initio morbi sanguis mittendus.
- *Medicamentis* contrarijs: & vel humoris
  - *Qualitati*: videlicet præparantibus & concoquentibus: vt est syrupus de
    - *Pomis*
      *Fumo* terræ
      *Lupulis*
      *Succo* borraginis
      *Epithymo*
      *Scolopendria*, &c.
    - cum aquis appropriatis.
  - *Quantitati*: nēpe purgātibus
    - *Vsualibus*
      - *Electuarijs*: vt
        - *Diaſena.*
        - *Confectio* Hamech.
      - *Pilulis*: vt
        - *Indæ.*
        - *De* fumo terræ.
        - *Lapide* Armeno, &c.
    - *Magiſtralibus*: vt potio
      - *Vna*
        - ℞. *Scolopendrij*, Borraginis, ana M.i.
        - *Paſſularum* ʒ.S.
        - *Epithymi* M.S.
        - *Senæ* ʒ.iij.
        - *Myrob.* Indorū ʒ.i.S. fiat decoctio: cui adde.
        - *Caſſiæ* ʒ.i.
        - *Diacatholiconis* ʒ.S.
        - *Confect.* Hamech ʒ.i.S.
        - Miſce, & fiat potus.
      - *Altera*
        - ℞. *Fumariæ*, *Lupulorum*, *Flor* borrag., *Epithymi*, *Scolopendrij* — ana M.S.
        - *Paſſularum* ʒ.S.
        - *Senæ* ʒ.iij.
        - *Zingiberis* ʒ.i.
        - Fiat decoctio, cui adde.
        - *Caſſiæ* ʒ.i.
        - *Rhabarbari* ʒ.i.
        - *Spicæ* Indicæ ℈.i.
        - *Diacatholiconus* ʒ.S. Miſce, & fiat potus.

P. *Morbus* quoque, siue tumor, sui ablationem indicat. Siquidē tumor

- *Sanguineus* topicis auferitur medicamentis, iisque exhibitis secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet *Repellentem*, *Exiccantem*, *Discutientem*: vt sequitur.
  - *Tempus* commodum. Sic in
    - *Principio* repellentibus vtendum est: vt
      - *Fomentum* ex *Aceto* & rosaceo. / *Posca* & rosaceo.
      - *Emplastrū* ex *Farinâ* hordei cum posca & rosaceo. / *Farina* hordei cum posca, in qua rhus, malicorium & semperuiuum decocta fuerint, addito rosaceo.
    - *Augmento* repellentibus & discutientib. est vtendum: vt
      - *Fomentum* vino & rosaceo.
      - *Emplastrum* ex farina hordei cum vino, &c.
      - *Emplastrum* ex malis cotoneis in vino coctis.
    - *Statu* & declinatione discutientibus vtendum est: vt emplastrum ex
      - *Farina* hordei, fabarum, cicerum, ac fœnigræci, in vino coctis, rosaceoque addito.
      - *Lacte*, farina hordei, vel panis medulla, vitellis ouorum, additis rosaceo & pauco croco & aceto.
- *Biliosus* topicis aufertur medicamētis, iisq; exhibitis secundum
  - *Qualitatem* contrariam: nempe *Repellentem*, Refrigerantem, *Discutientem*, *Mitigantem*: ——— vt sequitur.
  - *Tempus* commodum. Sic in
    - *Principio* refrigerantibus, corroborantibus & mitigantibus vtendum est: vt
      - *Oxyrrhodinum* cum lana.
      - *Rosaceum* cum ouorum luteis, pauco vino, vel aceto.
      - *Cerussa* cum rosaceo.
      - *Succus* plantaginis cum aceto.
      - *Herbæ* virides contusæ, *Lactuca*, Solanum, Semperuiuum, *Portulacea*, Seris. *Lenticula* palustris. *Polygonum*. *Folia* rosarum. *Flores* violarum, &c.
      - *Lac* cum rosaceo.
      - *Rosaceum* cum succo betæ.
      - *Vinum* nigrum cum oleo rosaceo.
      - *Cataplasma* ex semperuiuo, rosaceo, farina hordeacea, mica panis, pauco aceto.
    - *Augmento* repellentibus, discutientibus & mitigantibus est vtendum: vt
      - ℞. *Theriacæ* ʒ.ii.
      - *Cerussæ* ʒ.i.
      - *Rosacei* ʒ.S.
      - *Vini albi* ʒ.ii. Misce.
    - *Statu* & declinatione discutientibus vtendum est, vt
      - *Fomentum* ex vino & oleo nardino.
      - *Emplastrum*
        - *Vnum* ex farina fœnigræci, hordei, cum oleo chamæmelino.
        - *Alterum*: ℞. *Galbani*, Ammoniaci, ana ʒ.i. *Croci* ℈.i. Olei chamomillæ ʒ.ii. *Resinæ*, Ceræ, ana q.s. Misce.
        - *Tertium*: ℞. *Vitell.* ouorum num. ii. *Croci* ℈.i. Olei chamæmelini. *Vini*, ana ʒ.ii. Misce.
        - *Quartum* ex farina hordei, farina fœnigræci & vino albo.
        - *Quintum*: ℞. *Farinæ* fabarum, fœnigræci, ana ʒ.iv. *Decoctionis* maluæ q.s. *Olei* anethini. Irini, ana ʒ.ii. *Axungiæ* gallinæ, Anatis, ana ʒ.iii. Misce.
- *Pituitosus* medicamētis topicis aufertur, iisque exhibitis secundū
  - *Qualitatem* contrariam: atq; vel
    - *Manifestam*: nempe *Astringētem*, *Lenientem*, *Discutientem*: vt sequitur.
    - *Occultam*: quorum alia
      - *Intrinsecus* sumuntur: vt *Ossa* comminuta, & potui data. / *Deplume* caput milui crematum & tritum.
      - *Extrinsecus* applicātur: vt
        - *Corium*: *Canis* marini / *Torpedinis* admotum.
        - *Stercus* torpedinis cum adipe vrsino.
        - *Pulli*: *Ciconiæ* / *Cigni* in oleo cocti.
        - *Oleum*: *Hepatis*: *Ranarum.* / *Gallinæ.*; *Sanguinis* humani.; *Tapsi* barbati, &c.
  - *Tempus.* Vide in sequentibus signum *.
- *Melancholicus* / *Lapidosus*: Vide in sequentibus signum *.

* *Tumor* pituitosus, medicamẽtis topicis auferetur exhibitis secundũ tempus cõmodum. Sic in

- *Principio* astringentibus vtendum est: vt sunt
  - *Folia* { *Cyperi*, *Cupressi*, *Rhamni* } cum adipe suillo & rosaceo.
  - *Folia* terebynthi viridia cum adipe suillo, rosaceo, & cera modica.
- *Augmento*, astringentibus & discutientibus vtendum est, vt absynthij coma in aceto elixa: quod maximè prodest.
- *Statu* & declinatione discutientibus est vtendum: vt
  - *Oleum*
    - *Ceræ* cum sale.
    - *Sulphuris*, Ranarum.
    - *Sanguinis* humani.
    - *Smegmatis*, Balsaminæ.
    - *Pomorum* aureorum.
    - *Verbasci*, Terebynthinæ.
    - *Lumbricorum*, Vulpinum.
    - *Raphanenum*, &c.
  - *Axungia*
    - *Humana*.
    - *Vrsina*, &c.
  - *Fomentum* ex decocto chamomillæ, meliloti, fœnigræci, centaurij, &c.
  - *Balneum*
    - *Naturale* calidum { *Nitrosum*, *Aluminosum*, *Salsum*, &c. }
    - *Artifficiale*, ex { *Aqua* marina, *Lixiuio* & sale, *Vino* astringenti & sale. }
  - *Emplastrum*
    - *Vnum*, ex absynthio in aceto cocto, & cum axungia malaxatum.
    - *Alterum*, ex farina fœnigræci, sem. lini, cicerum cum aqua mulsa, aut vino, & oleo nardino.
    - *Tertium*, ex stercore bubuli, & farina hordeacea in aqua mulsa coctis.
    - *Quartum*, ex fimo caprillo & farina hordeacea.
    - *Quintum*, ex foliis altheæ & farina hordei.
    - *Sextum*, ex arthemisia, abrotano, pulegio, maiorana, mentha, cum pane, seu farina fœnigræci, adipe suillo, & oleo nardino.
  - *Ceratum*
    - *Primum*: ℞. *Adipis* suilli, butyri, ana ʒ.i. *Olei* nardini ʒ.vi. Ceræ ʒ.ii. *Cremoris* sem. lini, fœnigræci, ana ℥.S. { *Ammoniaci*, *Galbani*, *Croci* } in aceto macerati, ana ʒ.iii. ʒ.S. Ceræ q.s. misce, & fiat ceratum.
    - *Secundum*: ℞. *Castorei*, thuris, ana ʒ.i.S. *Medullæ* ceruinæ, adipis anserini, ana ℥.iii. *Olei* anethini, nardini, ana ℥.ii.S. *Bdellij*, Galbani, in aceto mac. ana ʒ.iii. *Farinæ* sem. lini, fœnigræci, ana ʒ.iii.S. Ceræ q.s. Misce.
    - *Tertium*: ℞. *Succi* rad. ebuli ʒ.iii. Resinæ pini ℥.S. *Terebynthinæ* ℥.S. Olei vulpini, chamæmelini, ana ℥.ii. *Cremoris* sem. altheæ, Cremoris sem. lini, fœnigræci, ana ʒ.ii.S. *Opopanacis*, Sagapeni, Ammoniaci, in aceto dis. ana ℥.S. *Croci* ʒ.i. Ceræ q.s. misce, & fiat ceratum.

* *Tumor* *Melancholicus* topicis quoque medicamentis: tollendus: iisque exhibitis secundum

- *Qualitatem* contrariam: videlicet { *Repellentem*, *Excalfacientem*, *Discutientem*: } vt sequitur.
- *Tempus* commodum. Sic in
  - *Principio* repellentibus & calefacientibus vtendum est: vt sunt { *Folia* cupressi. *Radices* cyperi, &c. }
  - *Augmento*, statu & declinatione calefacientibus, attenuantibus & discutientibus est vtendum: vt
    - *Oleum* { *Chamomelinum*, *De* styrace, *Ceræ*, &c. }
    - *Medula* { *Ceruina*, *Vitulina*, &c. }
    - *Folia* { *Lauri*, Pastinacæ, *Caucalidis*, Conizę, *Bracicæ*, Iridis, *Ocimi*, Nasturtij } cũ pane, vel farina fabacea, adipe anserino, aut gallinaceo.

*Callosus* lapidosus emollientibus auferendus est medicamentis: cuiusmodi est

- *Adeps* { *Anserinus*, *Vitulinus*, *Suillus* sine sale, *Caprillus*. }
- *Medulla* { *Ceruina*, *Vitulina*, &c. }
- *Althea* bis cocta.
- *Caseus* vetus cum decocto carnis suillæ.
- *Bdellium*, *Ammoniacũ*, *Styrax* } cum oleo antiquo.
- *Emplastrum* diachylon, cum pingui porci liquatum.
- *Vnguentum* de adipibus.
- *Medicamentum* ex calcaneo porci.
- *Radix* altheæ elixa, cum pice, resina & styrace, &c.

F. *Symptoma* etiam ſeu dolor, quod fieri debeat, indicat. Is namque mitigãdus primò, ſi neceſſitas requirat. id qđ fiet medicamentis dolorem ſe dantibus, mitigãtibus, tum

- *Intrinſecus* ſumptis: vt
  - *Theriaca* recens.
  - *Requies* magna.
  - *Philonium.*
  - *Semen* — *Papaueris*, *Lactucæ* — in cibo, vel potu ſumptum.
  - *Syrupus* de papauere.
  - *Trochiſci* — *Ex* electro. *Stellæ.*
  - *Pilulæ* de cygnogloſſo, &c.
- *Forinſecus* appoſitis: & vel
  - *Fomentum*
    - *Primum*: ℞. *Opij* gr. vi. *Vini* ʒ. iv. Miſce, & fiat fomentum.
    - *Secundum*: ℞. *Lactis* muliebris ʒ. ii. *Opij* ʒ. S. Miſce.
    - *Tertium*: ℞. *Olei* roſarum, aquæ violarum, Solani, ana ʒ. ii. Miſce, & fiat fotus.
    - *Quartum*: ℞. *Olei* violarum ʒ. iv. *Decoctionis* maluarum, violarum, ana ʒ. ii. Miſce.
    - *Quintum*: ℞. *Succi* ſemperuiui, Aquæ Lyſimachiæ, ana ʒ. iv. *Endiuiæ*, Lactucæ, ana ʒ. iii. Miſce.
  - *Linimentum*: ℞. *Cuſpiæ* fiſtulæ diſſolutæ in aqua violarum, & oleo violaceo, fiat linimentum.
  - *Vnguentum*
    - *Vnum*: ℞. *Olei* roſacei ʒ. iv. *Opij* ʒ. ii. Miſce.
    - *Alterum*: ℞. *Butyri* recentis. ʒ. ii. *Mandragoræ* ſubtiliſſimè tritæ ʒ. i. Miſce.
  - *Emplaſtrum*
    - *Primum*, ex fol. cicutæ, papaueris, hyoſciami, mandragore, contuſis cum oleo roſ. & vitellis ouorum.
    - *Secundum*: ℞. *Succi* papaueris ʒ. S. *Croci* ʒ. i. *Lactis*, Micæ panis, ana q. ſ. Miſce.
    - *Tertium*: ℞. *Opij*, Croci, Lactis, Olei roſacei, ana q. ſ. Miſce.
    - *Quartum*: ℞. *Fol.* braſſicæ contuſ. fœcis vini, vitell. ouorum. *Olei* roſacei, ana q. ſ. Miſce.
    - *Quintum*: ℞. *Micæ* panis, in poſca maceratæ q. ſ. *Succi* ſemperuiui, Sem. papaueris, vitellorum ouorum. *Olei* roſacei, ana q. ſ. miſce.
    - *Sextum* ex floribus & fol. verbaſci, pſillio, lenticula paluſtri, nymphea, violaria, portulaca, trita & cum roſaceo mixta.
    - *Septimum*. ℞. Styracis liquidi ʒ. ii. Opij ʒ. i. miſce.
    - *Octauum*: ℞. *Cerati* roſacei ʒ. i. S. *Opij* ʒ. S. Croci ʒ. i. Miſce.
    - *Nonum*: ℞. *Dialtheæ* ʒ. i. *Styracis* ʒ. ii. Opij ϑ. ii. *Croci* ϑ. i. miſce.
    - *Decimum*: ℞. *Succi* abſynthij q. ſ. Croci, Opij, ana ʒ. i. *Ceræ* ʒ. S. Vnguenti Irini ʒ. vi. *Vini* Cretici q. ſ. Miſce.

Κατόρθωσις ſuprà de

# Podagra & Chiragra dictorum.

- *Podagræ & Chiragræ*
  - *Cognitio*
    - *Partis* affectæ: videlicet Articulorum pedum in podagra, manuum verò in Chiragra, humorum defluxiones propter ineptam conformationem recipientium. (quibus enim acetabula articulorum minus aptè ſunt efficta, & cauitas eſt amplior, ac ligamenta laxiora ſunt, tanto citius hi, quàm aliæ corporis partes affluentem humorem admittunt.) — Dolore cum poſitu deprehendatur.
    - *Cauſæ*
      - *Antecedentis*: videlicet fluxionis humoris — *Simplicis*: *Sanguinei*, *Bilioſi*, *Pituitoſi*, *Melancholici*; *Compoſiti* — huc ſigna ex priore ſchemate.
      - *Coniunctæ*: videlicet Humoris in parte affecta contenti. Signa eadem, vt ſymptomatis.
    - *Symptomatis*. Huc ſigna ex priore tabula.
  - *Curatio*. Vide in ſequentibus ſignum *

* *Podagræ*

*Podagræ* curatio ſuis indicationibus perficitur. Quare

- *An* fieri poſſit, quæ indicent, vide in prima tabula.
- *Quid* fieri debeat, indicatum
  - *Causa* ſymptomatis
    - *Antecedēs*, videlicet humor affluens: qui inhibēdus, ſeu euacuandus eſt: & vel à termino,
      - *A quo* fluit, videlicet à toto, vel etiã à parte aliqua. Sic humor
        - *Sanguis*, minuitur partim
          - *Venæ* ſectione: vt in prima tabula.
          - *Victus* ratione ordinata ſecundum
            - *Qualitatem* contrariam: vt in priore tabula.
            - *Quãtitatem* debitam. Sic victus tenuis, podagricis ſingulare & vnicum remedium eſt, teſte Apolline ſic in ſuo Antidotario inquiente: Singulariſſimum hac ætate præſidium, neminem fallens, nunc primũ ſeſe euexit, nunc exorta, atq. excogitata podagricos ſanandi ratio, etiam cum ipſis articulorum calloſis contractionibus, cœlitùs, altiſve demontibus elapſa. Quandoquidem, ne vos in re manifeſta longiùs immorer, magnificus Franciſcus Pechius, nuper ex catharro, à nobis ſanitati reſtitutus, huius medelæ exemplũ, huius ſalutis, diuiniq́ue auxilij è cœlo delapſi certitudinẽ præſtabit. Hic enim vbi mulam conſcendiſſet, illuſtriſſimi Ducis noſtri commiſſa expediens, quinquagenarius podagricus, diuturnis huiuſce morbi cruciatibus oppreſſus clàm à Marchione quodam, in ergaſtulum cõiectus, vxore, vnico libero, omnibuſq; aliis vita defunctum arbitrantibus, anno iam tranſacto vigeſimo, hoc anno 1556. à Gallis in eam arcem irruentibus, incolumis adhuc inuentus eſt, miroq́. Vercellẽſium ſpectaculo, tanquam Lazarus è monumento Diuino equidem munere ſeruatus, nulla articulari læſione, enſe accintus, nullo innixus baculo, per vrbem incedit: omnemq́ue ex tenui victu à carceris cuſtodibus indicto, podagræ noxam effugit: vxore, filioq; mortuis, prædia, ædes, omneq́ue diuenditum, opimum certè patrimonium, iure ipſo reuocare incepit. In cibo igitur medicamentum. Hæc ille.
        - *Simplex*, videlicet
          - *Bilis* tollitur partim — *Victu* / *Medicamentis* — Vt in prima tabula.
          - *Pituita* aufertur partim — *Victu* / *Medicamentis* — Vt in prima tabula.
          - *Atra* bilis minuitur — *Victu* / *Medicamentis* — Vt in prima tabula.
        - *Compoſitus*, vt in prima tabula.
      - *Ad quem* fluit. Sic humor
        - *Attractus* vel reuellendus, vel deriuandus eſt. Reuellitur autem ad oppoſitum, vel venæ ſectione, ſi ſanguis abundet, nihilq́ue, prohibeat: vel cucurbitulis parti oppoſitæ affixis, vel ligaturis: vel frictionibus partium oppoſitarum.
        - *Tranſmiſſus* repellendus eſt, & non quidem is, qui in articulorum cauitate iam hæret (quoniam repellentia medicamenta etiamſi cutem contrahant, non tamen ex cauis articulis quicquam exprimunt) ſed qui per venas perreptans diffluit. Verùm cum defluxio huiuſmodi magna ex parte inutilis ſit, atque excrementitia, ac ad ignobiliores partes confluat, nequaquam repellenda videtur. Quoniam in pedibus conſumi & diſcuti magis expedit, quàm in venas & nobiliores partes repelli. Repellit autem emplaſtrum ex rad. quinquefolia & mali corio, aliaq; medicamenta in phlegmonis curatione dicta.
    - *Coniuncta*, ſcilicet humor in parte hærens: qui ſui ablationem indicat. Tollitur autem topicis diſcutientibus: vt in priore tabula.
  - *Symptoma*, ſcilicet Dolor: vt in priore tabula.
  - *Pars* affecta, quæ corrobobanda. Corroboratur autem
    - *Vinaceis* vindemialitempore, ſi quotidie pedes in eis foueantur ieiuno ſtomacho: ex quorum vſu frequenti quamplurimi ſani diutiſſimè vixerunt.
    - *Lotione* pedum ex vino rubro ſtyptico, vel calybeato, & cum ſale mixto.
    - *Vſu* caligarum linearum ex vino iam dicto cũ ſale lotarum, deinde ſiccatarum, &c.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

# LIBRI SECVNDI

## PARS III. ΠΡΟΦΥΛΑΚΤΙΚΗ.

## De dignotione & curatione Corporis neutri in genere.




* Cura-




# De cognitione & cura Corporis neutri calidioris.




De

# De cognitione & cura Corporis neutri, frigidioris.

- *Frigidioris* corporis constitutionis
  - *Cognitio*
    - *Capillé* ruffiores.
    - *Cutis* & vniuerſum corpus tactu frigidius.
    - *Corpus*: *Pingue.* / *Glabrum.* / *Ruffius*, &c.
    - *Offenſio* à frigidis.
    - *Auxilium* à calidis.
  - *Curatio* indicationibus perfi citur. Itaq; quid agẽdũ ſit, indicat ipſa tẽperatura, quæ ſui correctionẽ indicat per victus rationem
    - *Qualitatis* contrariæ, ſcilicet calfacientem. Quare
      - *Aer* ſit calidior.
      - *Exercitationibus* vtantur celerioribus, quæ calorem excitant.
      - *Animus* ſit quietus, vel ira moderata.
      - *Aluus* quotidie ſit laxa.
      - *Cibis* vtantur calidioribus vt
        - *Ouis* tremulis, vel ſorbilibus.
        - *Iure* carnium.
        - *Carnibus*: *Gallinarum.* / *Perdicum.* / *Caponum.*
        - *Ex* oleribus: *Eruca.* / *Mentha.* / *Petroſelino.* / *Raphano.* / *Thymo*, &c.
        - *Ex* fructibus: *Amygdalis.* / *Nucibus.* / *Vuis.* / *Pineis.* / *Piſtachijs.*
      - *Potus* conuenit vinum flauum, meracum, &c.
    - *Quantitatis* debitæ. Sic: *Cibus* & potus pro ratione temporis anni, regionis, ætatis, &c. minuendus augendúſve. / *Somnus* moderatus, vel conſueto paulò breuior exvſu eſt.

# De cognitione & cura Corporis neutri, humidioris & ſiccioris.

- *Corporis* vteri
  - *Humidioris*
    - *Cognitio*
      - *Totum* corpus: *Carneſius.* / *Mollius.*
      - *Auxilium* à ſiccis.
      - *Offenſio* ab humidis.
    - *Curatio* indicationibus abſoluitur. Itaque quid fieri debeat, indicat ipſa temperatura corporis humidior, quæ ſui per contraria correctionem indicat. Quare vtantur
      - *Aere* ſicciore.
      - *Frictionibus* — *Exercitationibus* — paulò longioribus.
      - *Inedia.*
      - *Repletione* cibi & potus nulla. Nam his cruditates obnoxiæ valde.
      - *Alimentis* boni ſucci cum vi extenuante.
      - *Vino* meraciori, &c.
  - *Siccioris*
    - *Cognitio*
      - *Corpus* totum: *Gracile.* / *Durum.* / *Siccum.*
      - *Offenſio* à ſiccis.
      - *Auxilium* à calidis.
    - *Curatio* ſit victus ratione contraria. Itaq; vtantur
      - *Aere* humidiore.
      - *Somno* longiore.
      - *Quiete*, vel exercitationibus mollibus, ac tardis.
      - *Balneis* frequentioribus.
      - *Alimentis* humidis.
      - *Vino* aquoſo, albo, tenuiore, &c.

# De cognitione & cura Corporis neutri, calidioris & ſiccioris, calidioris & humidioris.




# De cognitione & cura Corporis neutri, frigidioris & ſiccioris, frigidioris & humidioris.




* Corporis

*Corporis* neutri frigidioris & humidioris

- *Cognitio*
  - *Capilli* ruffi.
  - *Corpus*: *Glabrum*, Album. / *Molle*. / *Craſſum* & pingue.
  - *Color* ruffus aut liuidus.
  - *Offenſio* à frigidis & humidis.
  - *Auxilium* à calidis & ſiccis.
- *Cura*, fit per contrariam viuendi rationē. Quare vtantur
  - *Aere* calidiore & ſicciore.
  - *Exercitationibus* — celerioribus & longioribus.
  - *Frictionibus* —
  - *Inedia*.
  - *Euacuatione* pituitæ.
  - *Alimentis* boni ſucci, calidioribus & ſiccioribus, vt auibus, phaſianis, perdicibus, aſſis potius quàm elixis.
  - *Vino* antiquo, meraco.
  - *Somno* breuiore.
  - *Vigiliijs* & curis longioribus, &c.

# De cura Obeſorum.

*Obeſa* corpora ſi extenuari volunt,

- *Exercitatione* multa
- *Frictione* magna cum oleo anethino & ſale — vtantur.
- *Balneis* ex aqua & ſale
- *Inſolatione*
- *Cœnam* omnino dimittant, aut cappares cum aceto, oleo & ſale ſumant.
- *Cibo* vtantur extenuante: vt
  - *Capparibus*.
  - *Ciceribus*.
  - *Oleribus*, & quæ citò per ventrem deſcendunt.
  - *Pane* furfuraceo.
  - *Piperis* frequentioris vſu.
  - *Vino* albo tenui.
  - *Aceto* aqua temperato.
  - *Sale* multo in cibis.
  - *Omni*, in ſumma, victu exiccante.

# De cura Macilentorum.

*Corpora* macilenta ſi craſſiora fieri volūt,

- *Primò* intemperies eorum corrigenda eſt, aut obſtructio, ſi quæ fuerit in cauſa, reſeranda. ſunt enim admodū graciles bilioſi, aut melancholici, &c.
- *Deinde*
  - *Cibis* boni & multi ſucci vtantur.
  - *Vinum* bibant dulce.
  - *Frictiones* mediocres, & oportunè cum linteis aſperis adhibeantur, quæ vſq; ad carnium tumorē & rubo-rem perducant, & non vltra.
  - *Exercitationes* ſint breues & non celeres.
  - *Balneis* aquarum dulciū vtantur, in quibus nec ſudent, nec diutius immorentur, à tepida exeuntes in frigidam ingrediantur.
- *Totum* corpus — *Tropace* / *Cera* / *Pice* — inungatur.

*De curatione corporis neutri in compoſitione, vide ſuprà in prima huius libri parte.*

# De cognitione & cura Infantium.

*Infans* ad eam magnitudinē perductus, vt alimēti copiā in vtero capere non poſſit, aut etiā aerē inſpirare cupiat, calcitrat, & acetabula diſrūpit, & in lucē prodit. Huius

- *Cognitio*
  - *Naturæ*. Eſt humidæ temperaturæ. quò enim partui proximior eſt infans, eò etiā humidioris eſt naturæ, cum ex ſemine & ſanguine menſtruo originem ducat.
  - *Accidentium*, ſeu vitiorum: (iis namque ferè ineuitabilia quædam mala accidunt, quamuis probè regantur) videlicet
    - *Dentitionis*
      - *Septimus* ætatis menſis.
      - *Multa* ſaliua in ore.
      - *Dolor* gingiuarum.
      - *Febres* ſuccedunt.
      - *Venter* laxus, &c.
    - *Exanthematum* (quæ puſtulæ & variolæ & papulæ appellātur) quorū præcedentia ſigna ſunt
      - *Rauceno* vocis.
      - *Tuſsis*.
      - *Capitis* dolor.
      - *Oculorū* & faciei rubedo
      - *Lachrymarum* defluxus.
      - *Sternutatio* frequens.
      - *Subitus* tremor & timor.
      - *Febris* continua.
    - *Morbilorū*: variolæ minores
      - *Bilioſæ*.
      - *Cutim* exaſperantes.
      - *Rubei* coloris.
    - manifeſta.
      - *Vlcerum* capitis, oris, &c.
      - *Pediculorum*
      - *Inflammationum*
      - *Tuſsis*
      - *Vmbilici* prominentiæ
      - *Relaxationis* inteſtini recti
      - *Excoriationum*, &c.
- *Cura*. Vide in ſeqq. ſign.*

- *Infãtis* cura suis perficitur indicationibus. Quare quid fieri debeat, indicant tum
  - *Natura*, seu temperatura naturalis humidã, quæ sua conseruationem indicat. Quomodo autẽ & quibus conseruetur, vide suprà in prima huius libri parte.
  - *Accidẽtia*, seu vitia, quibus inuitabiliter ferè molestãtur, quæ semp sui ablationẽ indicant. Sic
    - *Dentitio*: de qua vide in sequentibus.
    - *Exanthemata*, seu variolæ, seu papulæ, à sanguine mẽstruo ortum ducunt, in dicationis modo id excrementum natura pellente ad cutem. Quòd si oriãtur ab humore
      - *Calidiore*
        - *Crudo* adhuc
          - *Ab* aere frigido tueantur.
          - *Pannis* rubris corpus inuoluatur.
          - *Oxyſaccharo* — *Syrupo* de end. — *Syrupo* violaceo } vtantur.
          - *Lac* matris corrigendum iure pulli cum lactucis, & ptisana.
          - *Scarificatione* crurum vtantur post secundum ætatis annum, ante verò id tempus prætermittenda.
          - *Oculi* præseruandi collyrio ex aqua rosarum & croco.
          - *Os* aqua plantaginis abluendum, &c.
        - *Coctо*, seu suppuratis variolis,
          - *Cuticula* externa acu aurea aut argentea pungenda, vt pus manet, atque tizi tosti puluis inspergendus, aut simul cum tragacantho dissoluto in aqua rosarum.
          - *Item* vnguentum de ceruſſa, & rizum cum butyro, &c.
      - *Craßiore*: & tunc latæ sunt variolæ:
        - *Ab* initio sanguis mittendus, si febris adfuerit.
        - *Syrupo* extenuante vtantur, ex elixatione ficuum, seminis fœniculi & laccæ, &c.
    - *Morbili*: de quibus in sequentibus.

# De Curatione Morbilorum.

Morbili, sunt variolæ quædam minores, & quæ cuti non prominent, sed bilioſæ sunt, cutim tantũmodo exasperantes. Sunt autem rubri coloris, & ad pallorem inclinantes. Eandem habent curationis speciẽ, quam Exanthemata, nisi quòd valentius refrigerare expediat. Syrupo ex acetosa, aut vua acerba, aut acido limonum vtantur.

# De cura Dentitionis.

*Dentitio* curatur, si
- A masticatione durorum abstineant.
- *Maxillæ* infernæ oleum chamomelinum cum lanis illotis admoueatur.
- *Gingiuæ* cum terebynthina & oleo chamomelino cum panno linteo leuiter fricentur, & aqua calida infundatur, &c.

# De cura Vlcerum capitis, oris & aurium.

*Curatio* vlcerum
- *Capitis*, quæ Ichores dicuntur (quibus crusta adnascitur, ex pure manante resiccato: quædam autem sunt melicerides, siue faui) tali puluere perficitur.
  - ℞. *Mellis* ℥. iii.
  - *Acaciæ* ʒ. ij.
  - *Myrrhæ* ʒ. j.
  - *Aloes* ʒ. S.
  - Misce, & fiat puluis, siccus inspergendus, aut cum melle vel vino liniendus.
- *Oris*, quæ Aphtæ dicũtur (ex lactis acredine aut salsedine oriuntur) perficitur collutione oris cum aqua aut succo plãtaginis, aut aqua lactucæ cum fortiore frictione: si sordida, melle rosaceo.
- *Aurium*, absoluitur cum alumine, vino nigro astringente diluto: aut puluere rosarum, aluminis & myrrhæ, cum sapa & aceto mixtis & impositis.

# De cura Pediculorum.

*Pediculis* medetur tale vnguentum:
- ℞. *Lithargirij* ʒ. j.
- *Staphydis agriæ* ʒ. j. S.
- Cum oleo & pauco aceto fiat vnguentum, quo liniantur.

De cura

# De cura Inflammationum oculorum & aurium.

*Inflammationi*
- *Oculorum* medetur
  - *Lycium* dissolutum in aqua rosarum, oculis instillatum.
  - *Collyrium* ex cerussa & tragacantho, in lacte dissolutum & instillatum.
  - *Lac* mulieris instillatum.
- *Aurium* conuenit
  - *Oleum* rosaceum, in quo intestina terræ fuerint frixa, & instillatum.
  - *Rosaceum* cum mulieris lacte.
  - *Rosaceum* cum oui albo instillatum.

# De curatione Tussis infantium.

*Tussi* infantium conueniunt
- *Succus* glycyrrhizæ.
- *Mel* despumatum.
- *Nuclei* pini cum melle.
- *Penidia*, &c.

# De cura Vmbilici prominentis.

*Vmbilici* prominentia curatur emplastro aut ex
- *Resina* terebynthina cum myrrha.
- *Mastice*, myrrha, & ladano.
- *Terebynthina*, mastice, & alumine.
- *Alumine* & melle.
- *Melle* & cumino, appositum & obligatum.

# De cura Prominentiæ intestini recti.

*Intestini* recti prominentiam seu relaxationem curat, aut
- *Sacculus* ex floribus chamæmeli calidus, & vino inspersus.
- *Semen* nasturtii tritum cum butyro.
- *Vinum*, in quo malicorium ebullierit calidum.

# De cura Terroris in somno.

*Insomnia* terroris plena curantur
- *Melle* lincto.
- *Ciborum* abstinentia.
- *Suppositoriis* ex melle tosto, &c.

# De cura Excoriationum genitalium partium.

*Excoriationes* partium genitalium ob vrinæ acredinem, curantur
- *Sebo* hircino.
- *Puluere* myrrhi.
- *Linimentis* concerptis, &c.

# De cognitione & cura Senum.

*Senum*

*Cognitio*
- *Naturæ*. Sunt frigidi & sicci.
- *Accidentium*, seu vitiorum: scilicet
  - *Appetitus* prostratiouis
  - *Dentium* vitiorum
  - *Caliginis* oculorum
  - *Frigoris* hyberni
  - — manifesta.
  - *Excrementorum* pituitosorum
    - *Cruditates*.
    - *Crapula*.
    - *Mala*, seu potiùs concoctio imbecilla.
  - *Arenularum*. Ex vrina patet.

*Curatio* huius indicationib. perficitur. Quare q dagẽdũ sit, indicatum
- *Natura*, siue temperatura frigida & sicca, quæ sui potius correctionem quàm conseruationẽ indicat. quod commodè fieri poterit victus ratione, instituta secundũ
  - *Qualitatem*: de qua vide in seqq. sign. A.
  - *Quantitatem* debitam, quæ sit pauca, & non ex longis interuallis: quoniam eorum vires non possunt semel multum superare. pauco igitur cibo, & boni succi vtantur, & sæpe, &c.
  - *Tempus* commodum. Sic
    - *Exercitia* sint debito tempore, prima scilicet, secunda & tertia concoctione peracta.
    - *Quies* concoctioni aptior est.
    - *Balnea* fiant quotidie manè, ventris & vesicæ excrementis priùs depositis.
    - *Aluus* quotidie respondeat.
    - *Somnus* sit nocturnus, & aliquando meridianus, maximè si nocturnus non benè successerit.
    - *Animum* in diuinarum rerum, vel morali philosophia exerceat stomacho ieiuno, vel horis quinque post sumptum cibum, &c.
- *Accidens*. Vide in seqq. sign. B.

A. *Secundum* qualitatem contrariã: ſcilicet calefacientem & humectãtem. Itaque

- *Aer*, quem inſpirat, ad humiditatem aliquam declinet: frigidum verò vitet.
- *Exercitationes* fiant per { *Ambulationes*, *Equitationes*, *Vehiculos*, *Conſueta* opera: } quoniam calorem excitant, fuligines expellunt.
- *Inanitio* fiat per
  - *Balnea* aquæ dulcis tepidæ.
  - *Fricliones* ex oleo tepido.
  - *Aluum* quotidie ſemel ad minus natura, vel arte.
  - *Phlebotomiam* nequaquam, } quoniam ſenibus, tanquam venena, inimica ſunt.
  - *Venerem* nullo modo: — }
- *Somnus* ſit longior, quoniam interius corpus humectat.
- *Animi* affectus vehementiores vitent, ſed læti viuant, atq; in diuinarum rerum contemplatione, in ſacris volumi nibus, & Philoſophia morali animum exerceant recreentq́ue, &c.
- *Cibus* ſit humectans, calefaciẽs & reficiẽs, cuiuſmodi ſunt
  - *Panis* triticeus modicè fermentatus & in clibano coctus, cum melle aut butyro eſus prima menſa.
  - *Caro* { *Gallinarum*, *Pullorum*, *Caponum*, *Veruecina*, *Vitulina* — } elixa: quibus temporibus frigidis aromatica miſcenda.
  - *Iuſcula* carnium.
  - *Butyrum* recens.
  - *Piſces* laxatiles, &c.
- *Potus* ſit vinum ætatis mediocris, purum, album, vel fuluum, ſuauiter olens, ſaporis medij inter omnes qualitates.

B. *Accidentia*, ſeu vitia, quibus moleſtantur ſenes, ſunt

- *Appetitus* proſtratus: qui curatur { *Capparibus* ex oleo & aceto. *Oliuis* ſalitis, &c. }
- *Excrementorum* pituitoſorum copia: quibus confert
  - *Mel* deſpumatum, vel in quo conditæ fuerint paſtinacæ.
  - *Vinum* mulſum.
  - *Reſinæ* terebynthinæ ʒ. S. cum ſaccharo aut melle ſumpta.
  - *Beta* ex oleo & aceto.
  - *Clyſter* ex { *Maluarum* elixatione, & melle & oleo. *Iure* inteſtinorum & oleo. }
- *Dentium* vitium:
  - *A* cibis { *Putridis* & duris — } abſtineant. *Stuporem* inducentibus }
  - *Cibo* ſumpto, præſertim dulci, dentes vino abluant.
  - *Si* quid dentibus hæſerit, id lentiſco, aut ſalice detrahant.
- *Caligo* oculorum
  - *Oculos* manè à ſomno frigida ſæpius lauent, & quandoq; aqua fœniculi, ad mundandas lippas & ſordes, & membranas extergendas.
  - *Oculos* nimia lectione non fatigent.
  - *Literas* minutas non legant.
  - *A* cibis, qui diutius in ventre morantur, aut in ipſo corrumpuntur, aut craſſi ſucci ſunt, & frigidæ naturæ, abſtineant, & ab his, qui capiti fumum mittunt, vti porrum, cæpa & eruca, &c.
  - *Deambulatione* in hortis viridibus vtantur.
  - *Aurium* ſordes frequenter mundent, atque eiſdem oleum amygdalarum dulcium inſtillent.
- *Frigus* hybernum:
  - *Tempore* hyberno, pannis, pellibus, & ſerico induti inceda nt.
  - *Calceati* duplicatis ſoleis incedant.
  - *In* calidis hypocauſtis habitent, verſentúrque.
- *Arenulæ*: quib us conuenit { *Vinum* { *Mulſum*. *Pallidum*. } *Vinum*, in quo betonica fuerit infuſa, &c. }

# De cura Laborantium.

*Qui* vitã in laboribus agũt, probãdi ſunt, an

- *Sani* per eos labores degant: & tunc in eiſdem permaneant.
- *Morbis* facilè corripiantur, & tunc in alios mutandi veniũt: niſi per omnes labores conſimili modo malè habeant tunc enim in prioribus maneãt. Itaque ſi ægrotent ex
  - *Plenitudine* humorem omnium, ſeu Plethora, vtendum eis erit
    - *Balneis*, ſi eis aſſueuerint.
    - *Frictionibus*.
    - *Sudoribus*.
    - *Inedia*.
    - *Cibo* pauci alimenti.
  - *Cacochymia*, tunc vtendũ
    - *Medicamentis*
      - *Alterantibus*, ſi crudi adhuc fuerint humores peccantes.
      - *Purgantibus*, ſi præparati & cocti fuerint humores.
    - *Alimẽtis*, quæ humoris generationi ſint aduerſa: deinde ita inſtituendus victus, vt à prædicto lapſu corpus præſeruetur.

De

# De cura Ocioſorum & Captiuorum.

*Ocioſi* atq; incarcerati talem viuendi ratione obſeruent:

- *Frictionibus* crurum & brachiorum atq; totius corporis vtantur.
- *Aluus* quotidie reſpondeat, arte vel natura.
- *Cibus* ſit facilis concoctionis, & non multi nutrimenti, veluti ſunt
  - *Carnes* auium.
  - *Piſces.*
  - *Iura* carnium.
  - *Olera.*
  - *Fructus.*
  - *Abſtineant* à carnibus porcinis, bubulis, ac in ſumma à craſſis, & glutinoſis cibariis, & his, quæ crudos humores coaceruant.
- *Vino* albo vtantur, &c.

# De cura Iter agentium.

*Iter* agentes tempore

*Temperato*, ſic regendi ſunt:

- *Antequam* iter ingrediantur, corpus mundum eſſe decet: ita vt nec plethora, aut cacochymia laborent, aut ab eiſdem antè liberentur: ne ex longo itinere in morbum incidant.
- *Iam* iter agreſſuri, cibum non accipient, neque bibent, ne alimentum corporis commotione diſtribuatur crudum.
- *Ambulantes* corpus inungere debent, & validè lata faſcia lumbos ligare ad ilia vſq;, baculóq; innitentur, ſiue ad aſcendendum, ſiue ad decliuia loca peragenda.
- *Equitantes* vincto corpore prædicta faſcia, validè ventrem inferiorem & inguina apprehendent, & in anteriori ſedis parte, molle aliquod, vt puluinar, aut veſtem pelliceam apponent, cui brachij & manibus corpus ſtabiliant, & firment.
- *Cibus* ſit boni ſucci, non multus. poſtquam in hoſpitio quieuerint, iam ſedata corporis agitatione. Potus verò ſit vinum dilutum.

*Intemperato*: videlicet

*Aeſtiuo*, huiuſmodi victu vtantur:

- *Cibum* aliquem accipient, antequam iter aggrediantur, refrigerantis facultatis, vt pirum aut cucurbitam ſaccharo conditam.
- *Caput* à ſole tueatur vmbella, & totum corpus pallio ex coriis hirci probè paratis.
- *Os* ſæpius frigida abluant.
- *Lento* incedant motu.
- *Ad* hoſpitium peruenientes faciem aqua frigida abluant, & crura & pedes tepida. Iuuenis in frigida natet, puer verò ſeu ſenex in tepidam ingrediatur.
- *Deinde* lactucam edant ex oleo, aceto & pauco ſale, & cibo boni ſucci, non multo vtantur, & refrigerante. Potus ſit vinum valde aquoſum, ſeu dilutum.
- *Ad* ſitim ſedandam ferãt portulacam aut lactucam in ore, aut lapillos terſos, aut criſtallum, & taceant, & aure clauſo reſpirent, & roſas ac violas odorent, &c.

*Hyberno*, ſic gubernandi ſunt:

- *Cibum* accipient antequam iter aggrediantur, tum ſalſamento calido, vt pulli aut gallinæ carnem aſſam, cum pipere aut caryophillis, aut alliis.
- *Vinum* validum & meracum bibant.
- *Totum* corpus linteis pannis & pellibus induant, & coriis hircorum, & crura ocreis ſupra caligas lanas muniant.
- *Ad* hoſpitium peruenientes, & refrigerati, non ſtatim ad ignem accedant, ſed primum deambulent in loco non frigido, & manus fricent.
- *Cibo* & potu vtantur, vt ſuprà dictum.

# De cura Nauigantium.

*Nauigantes* inſueti, & multi, qui in curru aut lectica geſtantur, facilè ad vomitum prouocantur. His nullo remedio opus eſſe videtur. quoniam per eum corpus à redundantia humorum euacuatur. Verùm à vomitu expediet corpus pane, & lentibus excorticatis ex aqua & aceto elixis alere, & vinum bibere, cui aliqua aſtringendi vis inſit, boni odoris, ſed paucæ quantitatis. Sunt etiam, quibus vomitum cohibere placet, quem moleſtè ferunt. His præcipiendum,

- *Ne* aquam aſpiciant.
- *Vt* offam panis ex vino odorato accipiant.
- *Vt* ſyrupum de mentha ſumant.
- *Vt* pomum odoratum cum aniſo, aut malum cotoneum, & bonos odores naribus admoueant, &c.

FINIS TERTIÆ PARTIS *Libri ſecundi.*

# LIBER TERTIVS
## DE MORBORVM EXTERNORVM CVRATIONE.
## De Alopecia & Ophiasi.

*Alopecia*, est casus capillorum, areas in capite relinquens. Differt ab Ophiasi figura loco & ætate. Siquidē Alopecia nullam peculiarem figuram habet, sed sub qualibet extē ditur: fitq; in omni ætate, in capillo, barba, & supercilijs. Ophiasis vero sub certa semper deprehenditur figura: quippe ab occipitio duorum digitorum latitudinem non excedens, ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem vsque, donec sese duo illa capita in antegiorē frontis partē iūrant. Fitq; hæc ferè in infantibus, & in capite tantùm. Harum

- *Dignotio*
  - *Materiæ*
    - *In* qua: videlicet capitis, barbæ, superciliorum: manifesta.
    - *Ex* qua generatur: ex prauitate materię, quę vel est
      - *Communis*, quę à cōmunis humorum & veluti consueta putredine, radicem pilorum erodentium, prouenit. Capilli nāque vapores sunt sici à moderate calore resoluti, & cùm per poros cutis egredi untur, in longum & rotundum protrudu duntur, & ab aere sic cantur. Hi cū à vitioso humore tūcentur, decidunt. Vitiosus autem humor vel
        - *Sāguineus* serosus, quem ostendit
          - *Color* cutis ruber.
          - *Aetas* iuuenilis.
          - *Sāguinea* corporis tēperatura.
          - *Victus* ratio ciborum boni & multi succi, &c.
        - *Cholericus*, quē manifestat
          - *Cutis* pallor.
          - *Complexio* cholerica.
          - *Temperatura* calida & sicca.
          - *Victus*, seu alimenta calida.
          - *Aetas* iuuenilis, &c.
        - *Phlegmaticus*
          - *Dulcis*
            - *Albedo* cutis.
            - *Aetas* puerilis.
            - *Temperamentum* frigidum & humidum.
            - *Alimenta* frigida & humida.
          - *Salsus*
            - *Color* albus.
            - *Furfures*.
            - *Pruritus*, &c.
        - *Melāchol*icus, quē denotat
          - *Nigredo* cutis.
          - *Complexio* melancholica, &c.
          - *Victus* ratio melancholica, &c.
      - *Peculiaris*, quæ certā quandam & insolitā malitiā, aut ex adustione, aut maligna & pernicioſa constitutione contraxit: qualis est
        - *Leprosorum*
          - *Casus* superciliorum cum magna faciei deformitate.
          - *Nasus* simus.
          - *Oculi* rotundi.
          - *Nares* contractæ.
          - *Supercilia* prætumida.
          - *Tubercula* carnosa in facie.
          - *Faciei* color fuscus, &c.
        - *Gallica* lue correptorum
          - *Casus* capillorum, superciliorum & barbæ citius quàm capitis.
          - *Capitis* / *Articulorum* — dolores.
          - *Papulæ* vel crustæ interdum in *Capite.* / *Mento.*
          - *Furfures.*
          - *Lassitudo* vlcerosa.
          - *Pruritus* circa faciem.
          - *Scissuræ* interdum manibus.
          - *Vlcera* quandoq; in pudendis præcesserunt.
  - *Formæ*: videlicet *Alopecia* / *Ophiasis* — ex ipsa definitione manifesta.
  - *Curatio*, suis indicationibus perficitur. Quare
    - *An* perfici possit, indicatum
      - *Tempus*. Nam
        - *Recens* curari potest.
        - *Antiquata* aut *Difficilis* / *Impossibilis* — curationis existit.
      - *Affectus*. Sic
        - *Alopecia*, quæ à lepra prouenit, rarò aut nunquam curationem admittit.
        - *Ophiasis* sponte interdum atq; nullo remedio adhibito curatur: Alopecia non item.
    - *Quid* fieri debeat. Vide in sequentibus sign. A.


A. Quid fieri debeat, indicat tũ
Materia ex qua,
Communis: nimirum Humor vitiosus
Calidus, scilicet sanguineus, serosus, vel cholericus, qui sui ablationem indicat. Tolluntur autẽ partim
Victus ratione institura secundum
Qualitatem contrariam: nimirũ refrigerantem. Quare cõuenit
Aer paulò frigidior.
Exercitium moderatum.
Somnus moderatus, vel consueto largior.
Cibus boni succi, qualis est
Caro
Gallinarum
Perdicum
Caponum
Veruecis
cum lactuca & similibus cocta.
Non
Calidus.
Acris.
Salsus.
Potus aquæ coctæ, &c.
Quantitatem debitam. Sic multo cibo non est replendum.
Manu, siue chirurgia, ordinata secundum
Qualitatem. Sic competunt
Venæ sectio, si nihil impediat.
Cucurbitulæ cum scarificatione.
Sanguisugæ, &c.
Quantitatem commodam. Sic sanguis pro ætatis & virium ratione detrahendus.
Locum conuenientẽ. Sic sanguis
A vena
Cephalica
Frontis
detrahendus.
Scarificatione in circuitu capitis extrahendus.
Sanguisugis in occipitio applicatis, euocandus.
Tempus, vel potius ordinem decentem. Sic
Primò ex cephalica,
Postea ex vena frontis
sanguis mittendus.
Medicamẽtis, iisque exhibitis secundũ
Qualitatem contrariam, & vel humoris,
Qualitati: videlicet alterantẽ, concoquentẽ, seu præparantẽ cuiusmodi est
Oxysacchara,
Syrupus violaceus,
Syrupus de borragine,
Syrupus endiuiæ,
Syrupus acetosus,
cũ aquis stillatitiis, vel decoctione similium herbarum.
Quantitati: videlicet purgantem
Vniuersaliter: cuiusmodi sunt
Mitiora: vt
Manna.
Cassia.
Tamarindi.
Diaprunum lenitiuum.
Diacatholicum.
Syrupus ros. laxatiuus.
Syrupus ex flor. perficis,
Myrobalani cittini. (&c.
Vehementiora: vt
Electuariũ de succo ros.
Electuariũ ros. Mesuæ.
Hiera Ruffi.
Pilulæ
Aureæ.
Aggregatiuæ.
Sine quib⁹, &c.
Particulariter: vt masticatorium ex
Mastiche.
Pyrethro in syrupo ros. laxatiuo leuiter cocto.
Quantitatem debitã. Sic purgandũ frequenti & vehementi purgatione, si ætas permittat. quia humores sunt in corporis habitu impacti.
Frigidus
Phlegmaticus. Vide in seqq. signum B.
Melancholicus. Vide in seqq. signum C.
Peculiaris. Vide in seqq. signum D.
Forma. Vide in seqq. signum E.


B.
Humor phlegmaticus, si redundat, tollendus est partim
Victus ratione exhibita secundum
Qualitatem excalfacientem. Sic competit
Aer calidior. Exercitatio temperata.
Somnus moderatus.
Cibus attenuans & excalfaciens.
Potus vini albi diluti, &c.
Quantitatem debitam. Sic parum cibi exhibendum est.
Medicamentis ordinatis secundum
Qualitatem contrariam ipsius humoris
Qualitati: scilicet alterantem & concoquentem. Præparant autem
Oxymel simplex, compositum, cum decocto rad. apij.
Mel rosarum
Syrupus de stœchade
Syrupus de betonica
Syrupus de capil. Ven.
cũ decocto capill. Ven. verbenæ abrotani, vel aquis stillatitiis.
Quantitati, nempe purgantem
Vniuersaliter: & horũ alia
Mitiora: vt
Diacatholicum.
Hiera picra.
Hiera Ruffi.
Pilulæ de agarico.
Myrobalani chebuli, &c.
Vehementiora: vt
Diaphœnicum.
Indum maius.
Pilulæ
Cochiæ, fœtidæ, Indæ.
Hieræ diacolocynthidos.
Trochisci Alhandal, &c.
Particulariter, ni mirum per os, quorum alia
Gargarismi
Leuiores, ex decocto
Ficuum, passularum.
Hyssopi pulegij.
Stœchados, origani, &c.
Fortiores, ex
Decocto
Piperis.
Pyrethri, &c.
Sinapi, aceto, & melle, &c.
Masticatoria, ex
Macere, cubebis.
Staphyde, agrid.
Quartum
℞. Stercoris asinini ℔.S. Ammoniaci in acet. dissol. ʒ.iv.
Ladani puri, Mastichis, ana ʒ.iii.
Axungiæ anatis, gallinæ, ana ʒ.ii.
Olei mastichini, Cheyrini, ana ʒ.ii.S. Ceræ q.s. Fat emplastrum.
Vnguentis: quorum
Primum
℞. Rad. genistæ, Hyperici, fol. cupressi & scrophulariæ siccorum, ana ʒ.v.
Lithargyrij auri ʒ.i.
Mucilag. sem. lini & fœnigræci, ana ʒ.ii.
Olei vulpini & liliorum, ana ʒ.iv.
Ceræ q.s. Laceti parum. Fiat vnguentum.
Alterum
℞. Ammoniaci, Bdellij in sapa dissol. ana ʒ.iii.
Myrrhæ, thuris, Olibani, ana ʒ.i.
Pinguedinis anguillæ, gallinæ, & aquilæ, ana ʒ.ii.
Adipis vituli ʒ.i.S. Olei antiqui & liliorum, ana ʒ.iii.
Ceræ q.s. Aquæ vitæ parum. Fiat vnguentum.
Epithemate
℞. Rad. cucumeris agrestis
Rad. altheæ
ana ʒ.ii.
Maluæ, Branchæ vrsinæ, ana P.i.
Sem. lini & fœnigræci, ana ʒ.ii.
Fiat decoctio, qua locus foueatur.

De

# De Cancro non exulcerato.

*Cancer* est tumor durus, inæqualis, rotũdus, venenosus, colore nigricans, calidus, subitò accrescens, ægros maximè fatigans, & perpetuo ferè dolore affligens, Græcè καρκίνωμα dicitur. Huius

- *Cognitio*
  - *Causæ*
    - *Antecedentis*: videlicet Atræ bilis in toto corpore redundantis
      - *Temperatura* melancholica.
      - *Alimenta* melancholica.
      - *Autumnus.*
      - *Aetas* declinans, &c.
    - *Coniunctæ*: scilicet Succi melancholici in ipsa particula laborante contenti: } vt signa morbi.
  - *Morbi*: nimirum Cancri non exulcerati
    - *Tumor*
      - *Durus.*
      - *Inæqualis.*
      - *Liuidus.*
      - *Fuscus.*
      - *Renitens.*
    - *Venæ* in circuitu tumescentes, & exaltatæ, cancri bronchiorum modo.
    - *Circa* locum cancro affectum quidam ictus, quasi punctim illati, sentiuntur: interdum etiam torpet.
    - *Dolor*, &c.
- *Curatio* suis indicationib. perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat tum
    - *Causa*
      - *Materialis*
        - *Ex* qua. Sic quantò humor crassior ac nigrior fuerit, tantò deterior affectus erit.
        - *In* qua, Sic vitium hoc in qualibet corporis parte oriri consueuit, maximè circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum, quibus menstrua sunt oppressa, &c.
      - *Formalis*. Sic cancer à toto genere morbus est grauis & pernicios us. Vix enim vnquam propter succi crassitiem consanescit, vtpote quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat. Cæterùm ex cancro non vlcerato non rarò fit vlceratus, putrescente scilicet spacio temporis humore in vasis delitescente, vel irritato à medicamentis inconsultè admotis affectu.
    - *Accidens*: scilicet
      - *Locus.* Sic
        - *Soli* cancri, qui in summa corporis parte hærent, curantur.
        - *Qui* in penitioribus corporis partibus sunt constituti, curationem non desiderant.
      - *Tempus*. Sic cancer inueteratus, atque iam confirmatus curationem non admittit, nisi radicitus extirpetur, aut per sectionem, aut per vnctionem.
      - *Sexus.* Sic viris plerumque accedunt cancri, assuetæ per marisc as purgationes suppressæ sunt.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tum
    - *Causa.* Vide in sequentibus signum A.
    - *Pars* affecta
      - *Primariò*, confirmanda est: vt antea dictum.
      - *Secundariò*: nimirum Cor & Hepar corroboranda: cuiusmodi est
        - *Electuarium*
          - ℞. *Confectionis* de hyacintho ʒ.i. S. Confectionis Alchermes ʒ.iii. Conseruæ rosarum, Conseruæ rad. buglossæ, ana ʒ.i.
          - *Syrupi* de pomis q.s. Fiat electuarium: de quo capiat quater in hebdomada, duabus horis ante pastum, instar vncis: postea bibat modicum vini generosi aqua buglossæ diluti.
        - *Tabulæ*
          - ℞. *Fragmentorum* lapidum preciosorum, ana ʒ.ii.
          - *Margarit.* arum præparatarum ʒ.i.
          - *Coralli* rubri, Coralli albi, ana ʒ.S.
          - *Sem.* endiuiæ, Sem. citri, Sem. portulacę, ana ʒ. iv.
          - *Limaturæ* eboris ʒ.ii.
          - *Santali* mosc. ʒ.i.S.
          - *Myrobal.* emblicorum condit. Cort. citri saccharo condit. ana ʒ.ii
          - *Moschi*, Ambræ, ana gr.vi.
          - *Sacchari* albiss. in succo pomorum dissoluti, q.s. Fiant tabulæ: quibus vtatur quotidie manè.
    - *Symptomata* quoque remouenda. Itaque furor reprimendus, dolorque leniendus est huiusmodi vnguento:
      - ℞. *Olei* rosati ʒ.iv.
      - *Seminis* papaueris albi ʒ.i.
      - *Seminis* hyoscyami. } ana ʒ.S.
      - *Opij* ———— }
      - *Gummi* Arabici ʒ.S.
      - *Ceræ* parum.
      - Misce, & fiat vnguentum.

A. *Quid*

A. *Quid* fieri debeat, indicat etiã cauſa morbi

*Antecedens*, videlicet Atra bilis in toto corpore abũdans: cuius generatio prohibenda, & redundantia euacuanda: quod fiet partim

*Victus* ratione ordinata ſecundum

*Qualitatem* contrariam: videlicet humectantem & modicè refrigerantem. Sic

*Confert*

*Cibus*, qui probum ac tenuem ſuccum generat cuiuſmodi eſt

- *Cremor* ptiſanæ.
- *Caro* auium montanarum.
- *Piſces* ſaxatiles.
- *Ona* ſorbilia.
- *Malua*, Atriplex.
- *Blitum*, Spinachia.
- *Cucurbita*.
- *Borrago*, &c.

*Vinum* tenue dilutum.

*Nocent*

- *Salſa*.
- *Acria*.
- *Quæ* melancholicum ſuccum generant.

*Quantitatem* debitam. Sic ſit parca & moderata.

*Vene* ſectione, præſertim ſi ſanguis craſſus nigerque apparuerit, & ætas, vireſque permiſerint: vel menſtrua ante quinquageſimum annum, vel hæmorroides fuerint ſuppreſſæ.

*Medicamentis* iisque exhibitis ſecũdum

*Qualitatem* cõtrariam: & vel humoris

*Qualitati*: videlicet præparantem, ſeu concoquentem: cuiuſmodi

*Apozema* in Scirrhi curatione præſcriptum, addendo
*Acetoſæ* M. i. S.
*Sem.* acetoſæ, Serici crudi, ana ʒ. i.
*Cort.* citri, Sem. citri, ana ʒ. vi.
*Tamarindorum* ʒ. i.
Coquantur in aqua decoctionis ranarum viridium: decoctioni miſce mali punici, matura, ſucci roſ. ſucci pomorum odorat. ana ʒ. iii. Aceti paſſulati ℔. S.
*Sacchari* q. ſ.
Fiat ſyrupus perfectè coctus ad ℔. ii. & eo vtatur, cum ſero lactis quinque aut ſex diebus.
*Syrupus* in Scirrho præſcriptus, &c.

*Quantitatis*: ſcilicet

*Purgantem*: quorũ alia

*Vſualia*: vt

- *Hiera* Ruffi.
- *Pilulæ* Indę.
- *Confectio* Hamech.
- *Diaſena*, &c.

*Minus* vſualia: vt eſt potio

*Prima*

℞. *Flor.* violarum, *Flor.* borrag., *Flor.* bugloſſ. — ana P. i.
*Epithymi* ʒ. iii.
*Senæ* ʒ. S.
*Macerentur* per x. horas in ʒ. iv. ſeri lactis, & facta expreſſione. Miſce.
*Syrupi* violati ʒ. i. S.
*Diaprun.* ſol. ʒ. iii. Fiat potio.

*Altera*

℞. *Fumariæ* M. i.
*Senæ*, Epithymi, ana ʒ. iii.
*Flor.* rorif. P. ii.
*Infundantur* in ʒ. iv. ſeri lactis, & iis expreſſis diſſolue rhabarbari in aqua bug. infuſi ʒ. i. cinnamomi gr. iv.
*Mannæ* ʒ. i. S.
*Caſiæ* ʒ. vi. Fiat potio.

*Conſumentẽ* & paulatim exiccãtem: cuiuſmodi eſt electuarium

℞. *Pul.* cancrorum ʒ. iii.
*Pul.* ranarum, Pul. limacum, ana ʒ. ii.
*Cort.* citri condit. ʒ. S.

*Raſuræ* eboris, *Oſſis* de corde cerui — ana ʒ. iii.

*Xylobalſami* —, *Ligni* aloes, *Sant.* moſc., *Corall.* rubri, *Limat.* chalybis — ana ʒ. ii.

*Sem.* acet., *Sem.* citri, *Sem.* endiuiæ — ana ʒ. i.
*Ambræ* ʒ. S. Conſeruæ borrag. bug. & anthos, ana ʒ. ii. Aquæ meliſſæ & tormentillæ, ana ʒ. ii. S.
Fiat elect. de quo capiat ſingulis horis, quantum volet.

*Quantitatem* debitam. Sic ſæpius præparandum, ac ſenſim, ac blandè, non ſemel atque aſſatim purgandum.

*Coniuncta*. Vide in ſequentibus ſignum B.

B. *Cauſa*


Solanum Ceterach.
Agrimonia, Hypericum.
Centrum galli.
Coriandri succus.
Lentes in aceto coctæ.
Carnes cochlearum elixæ.
Cancri fluuiatiles.
Ranæ viridis.
Stercus humanum. Plumbum vstum & elotum.
Oleum ranarum.
Oleum sulphuris.
Simplicia: cuiusmodi sunt
Qualitatem cõtrariam: videlicet digerẽtem & modicè repellentem. Siquidem humor discutiendus est, & pars confirmanda. Horum autem alia
Vnguentum
De Pompholyge.
De Cancris fluuiatilibus cum axungia gallinæ & thuria.
Vsualia: vt
Diapalma.
Compositæ
Primum
℞. Succi plantaginis ʒ.v.
Succi solani, aut vermicularis, Succi symphyti minoris, ana ʒ.ii.S.
Olei rosati omphacini ʒ.iii.
Sub radiis solaribus simul agitentur in mortario plumbeo, donec vt gluten crassescant.
Secundum
℞. Boli armeni
Terræ sigillatæ
ana ʒ.i.
Lapidis calaminaris, Ceruſſæ lotæ, ana ʒ.S.
Thutiæ præparatæ
Marcasitæ
ana ʒ.iii.
Pul. ranarum viridium
Pul. cochlearum vt clybano exiccatarum
ana ʒ.iii.
Lithargyrij auri ʒ.ii.
Olei rosomphacini ʒ.iii.
Olei ranarum ʒ.i.S.
Aceti ʒ.ii.
Albumen ouorum num.ii.
Ceræ q.s.
Contundantur diu in mortario plumbeo, & fiat vnguentum.
Tertium
℞. Lithargyrij loti
Ceruſſis lotæ
Thutiæ præparatæ
ana ʒ.i.
Plumbi in vino loti ʒ.ii.
Olei rosati ʒ.vi.
Aquæ rosarum ʒ.iii.
Aceti ʒ.i.
Albumen ouorum num.ii.
Ceræ albæ ʒ.i.S.
Camphoræ ℈.i.
Fiat vnguentum.
Vnguẽtum
Minus vsualia
℞. Testarum cancrorum fluuialium vstarum ʒ.i.
Pul. ranarum ʒ.iii.
Lithargyrij auri ʒ.i.
Plumbi vsti & loti
Thutiæ præparatæ
ana ʒ.ii.
Ceruſſæ in aqua ros. lotæ ʒ.i.S.
Succi bursæ pastoris
Succi plantaginis
ana ʒ.iii.S.
Olei rosati omphacini, vel myrthini ʒ.iv.
In mortario plumbeo diutissimè agitentur, & fiat linimentum.
Linimentũ
B. Causa coniuncta, quæ in affectam particulam procubuit, sui quoque ablationẽ indicat tollitur autem medicamẽtis, ordinatis secundũ
Quantitatem debi tam, quæ pro affectus magnitudine, partis temperatura, augenda, minuendáve est.
Tempus conueniens. Sic
In principio, & in ipso purgationis tempore repellendum est.
Augmento, & cùm mediocris tantùm purgatio præcessit, reprimendum & digerendum.
Statu & declinatione, & vbi iam totum corpus fuerit purgatum, digerendum est.

De

*De Tumoribus capitis.*

# De Hydrocephalo, hoc est, Aqua in capite pueri.



# De polypo.


Polypus est tumor præter naturam in naribus, laxus & fungosus, polypi carni similis. Huius
Dignotio
Partis affectæ: Narium scilicet. Visu dignoscitur.
Morbi: videlicet Tumoris
Tumor in naribus laxus & fungosus.
In coniunctione Lunæ maior, in declinatione verò minor.
Aliquando inter nares neque multum apparet, aliquando ad extremũ vsq; narium propendet.
Aliquando in ea cauitate, quæ est à naribus ad os, visitur.
Causæ: nempe Crassi & viscosi humoris.
Curatio suis indicationibus perficitur. Quare
An perfici queat, indicat tum
Natura, seu species morbi. Sic cancrosus
Tempus. Sic inueteratus
vix, aut nunquam curatur.
Qnid fieri debeat, indicat tum
Causa morbi: crassus videlicet & viscosus humor, qui sui ablationem indicat. Tollitur autem partim
Phlebotomia, si nihil impediat, per venæ cephalicæ incisionem, præsertim si caput sanguine fuerit repletum: vel cucurbitulis occipitio affixis.
Victu tenui. Sic
Cibi sint boni succi, & attenuantes.
Potus, Aqua ligni guaiaci, &c.
Medicamentis purgantib. per
Alui, vel
Corpus totũ:
Caput tãtùm:
Os: vt apophlegmatismis:
vt in Ozænis.
Morbus: videlicet Tumor, q tollendus vel
Medicamẽtis partim astringẽtibus, partim incidentibus & attenuãtibus, partim discuentibus & exiccantibus
Leuioribus: vt
Aqua
℞. Vuarum immaturarum ℔. iij.
Mali granati, Balaustiorum, Sumach ana ℔. ij.
Macerentur in aceto, & destillentur: deinde adde
Aluminis ℔. j. Vitrioli ʒ. iij. Destillentur omnia iterum, & aqua illa tingantur partes internæ variũ.
Vnguẽtum
Primum
℞. Argenti spumæ
Ceruſſæ, Vini
Aceti, Olei myrthini
ana q. f. His coctis aliqd rosarum, balaustiorũ & aluminis misceri potest
Alterũ
℞. Spumæ argenti ʒ. j.
Ceruſſæ ʒ. iij. Malicorii ʒ. ij.
Aluminis scissilis ʒ. ij. Quibus tusis, cũ vino odorifero ad mellis crassitudinẽ redigito, postea myrthino oleo assuso conquassato, in pyxide plũbea seruata vtitor.
Valẽtioribus
Simplicibus: vt
Chalcitis, Aes vstum.
Sandaraca.
Auripigmentum, &c.
Compositis
Vsualibus: vt
Emplastrum
Macrionis.
Tetrapharmacum cum duodecima parte æruginis.
Ceratũ
Myrthinũ
E cera rubra
cum oleo myrthino & decima parte æruginis.
Psoricum Mesuæ.
Trochisci
Andronis.
Musæ.
Polyidæ, &c.
Minus vsualibus: vt puluis
Primus
℞. Squamæ æris ʒ. j.
Atramenti sutorii ʒ. vj.
Sandaraca ʒ. iij.
Veratri nigri ʒ. ij.
Misceãtur, & narib. insufflẽtur.
Alter
℞. Chalcanti
Chalcitidis, Aeris vsti
Mysi
ana ʒ. S
Misce. Cum vino ad mellis spissitudinem in fornace vre secundò: posteatere & vtere.
Chirurgia: videlicet
Sectione. Sic mollitiores scalpello curandi sunt. Figurato homine in sedili, aduersus Solis radios, & narium meatu sinistra manu explicato, dilatatóq; spatula ad id facta in myrthacei folii modum acuta orbiculatim polypus dextra præcidendus, illic acie ferramenti imposita, vbi naribus coaluit: secundum hæc instrumento in oppositum conuerso, manubriolo ipsius succisa, caruncula foras eximenda.
Vstione. Sic maligni Polypi candentibus ferramentis sunt curandi. Si paruus tumor est, conficitur canula argentea, per quam cauteriũ dimittendum est interuæ parti narium circa septum. In Rusticis nasus forficibus scindendus, demum supra partem cauterium adhibendum.
Pars affecta: caput potissimùm, quod corroborandum est cucussis cotone intertextis & consperssis puluere exiccante & corroborante ex
Ligno aloes
Caryophyllis
Macere
Nuce moschata
Stœchade
Saluia
Maiorana
Mentha
Rorismarino
Betonica
Lauendula, &c.
quæ raso capiti adhibendæ.

*De Tumoribus ventris.*

# De Vmbilici prominentia.



# De Epiplocele,& Enterocele.

*Epiplocele* eſt, quando Omẽtum Enterocele, quando inteſtinum Ileon in Scrotũ cadit. Harum

*Cognitio*

*Partis* affectæ: videlicet Peritonæi rupti, vel relaxati, vide in cauſa morbi.

*Morbi*: videlicet

*Epiplocelis*, tumor
- *Paruus*, frequentius in oſſe pubis, quàm ſcroto.
- *Percipitur* in ſcroto vel oſſe pubis, veluti Strophiolum molliuſculum, lubricum, inæquale.
- *Eodem* modo ſemper permanens, ſiue à cibo, ſiue ante cibum.
- *Nec* retento ſpiritu adeò increſcit, vt in Enteroceli.
- *Non* reuertitur.

*Enterocelis*
- *Tumor*
  - *Mollis* repentè obortus.
  - *Augetur* clamore & cibi repletione.
  - *Frigore*,& ægro reſupinato retrahitur. Cùm ad inguen detruditur, murmur flatulentum parit.
- *Tactu* ſæpè excrementa deprehenduntur indurata, nec excerni poſſunt, vt iliaca paſſio videatur.

*Cauſæ*

*Internæ*: ſcilicet
- *Rupturæ*
  - *In* lateribus ilij fiunt, poſt ictum, ſaltum, caſum, &c.
  - *Ab* initio tumor non magnus, ſed in progreſſu temporis.
  - *Dolor* pungens.
- *Relaxationis*
  - *Circa* foramen fiunt, per quod vaſa & muſculi cremaſteres ad teſtes deſcendunt.
  - *Tumor*
    - *In* aliquibus
      - *Magnus.*
      - *Inæqualis.*
      - *Creſcens.*
      - *Decreſcens.*
    - *Citra* dolorem.

*Externæ*
- *Ictus.*
- *Saltus.*
- *Laboris.*
- *Clamoris.*
- *Motus vehementioris.*

ex ægri relatione deprehenditur.

*Curatio* ſuis indicationibus perficitur. Quare

*An* fieri poſſit, indicat tum
- *Morbi* ſpecies. Sic
  - *Enterocele* omnium periculoſiſſima eſt, præſertim ſi reduci nequeat inteſtinum: & quibuſdam repoſito inteſtino, ſingultuoſæ febres, & tandem mors ſecutæ ſunt: quibuſdam non repoſito, gangræna.
  - *Epiplocele* ob mollitiem vix reducitur.
- *Tempus*. Sic Enterocele
  - *Recens* curatur medicamentis.
  - *Antiquata* non curatur, niſi per Chirurgiam.
- *Situs*. Sic Enterocele ſiniſtra parte grauior, vbi colon conuolutum deſinit in rectum, & multa inteſtina tenuia incumbunt.

*Quid* fieri debeat, indicat tum

*Morbus*: videlicet deſcenſus inteſtini, vel omenti, quod priùs in locum ſuum reponendum. Itaque decocto maluæ priùs inteſtino mollificato, deinde cruribus elatis & diductis, inteſtinum vel omentum ſenſim reducatur, atque reductum ſtatim ſubligaculo, vel idoneis ligamentis ſeu faſciis ex panniculis, vel ligno, vel ferro, ſed ita vt interiori parte, quà ſcrotum contingunt & inguen, molliore corpore inducantur, retineatur.

*Cauſa* morbi: videlicet Ruptura, vel Relaxatio: hęc cõſtringenda, illa verò cõglutinãda: quod fiet partim

*Victus* ratiõe, ordinata ſecũdum

*Qualitatem* cõtrariam: aſtringẽtem ſcilicet & conſolidantem. Quare
- *Conuenit*
  - *Quies* ad multos dies.
  - *Cubatio* in molli lecto.
  - *Cibus* boni ſucci & ſubaſtringens.
  - *Aluus* lubrica.
  - *In* egerendo manum apprimere pubi & ſcroto, ne quid recidat.
- *Nocet*
  - *Clamor.*
  - *Motus* nimius.
  - *Repletio.*
  - *Balneum* aquæ dulcis.
  - *Cibus* flatuoſus.
  - *Omne* genus
    - *Fructuum.*
    - *Leguminum.*

*Quantitatem* debitam. Sic conuenit diæta tenuis & inedia.

*Medicamentis*. Vide in ſeqq. ſignum A.

*Chirurgia*. Vide in ſeqq. ſign. B.


A.
Ruptura recēs medicamentis curatur deficcantibus & cō ſtringentibus & conſolidantibus: Laxatio verò aſtringētibus tantùm, tum
Intrinſecùs ſumptis, iiſque vel
Simplicibus: vt eſt
Succus
Conſolidæ
Maioris.
Regalis.
Iaceæ.
Sigilli Salomonis.
S rupus iaceæ.
Puluis conſolidæ maioris.
Herniaria.
Radix
Pentaphylli trita, & cum vino ſumpta.
Cyperi.
Plantaginis.
Ariſtolochiæ
Longæ.
Rotundæ.
Scoria ferri.
Coralliun.
Priapus
Tauri.
Cerui, &c.
Compoſitis: vt
Potio talis
℞. Radicum biſtortæ, Rad. narciſſi ana ʒ. j. Rad. conſolidæ vtriuſque, Rad. Quinquefolii, Rad. rubiæ ana ʒ.S. Hypocyſtidis, Polygoni ana M. j. S. Sebeſten num. x. Dactylorum paria iv. Myrob. chebulorum, Myrob. citrinorum, Myrob. Indorum ana ʒ. j. Sem. aniſi, naſturtii ana ʒ. ij. Florum roſarum, anthos, Cyperi ana P. j. Fiat decoctio in vino & aqua, & in ℔. ij. diſſolue mellis roſ. & ſacchari ana partes æquales, fiátque ſyrupus: de quo capiat æger ʒ. iv. mane ſtomacho ieiuno, alui excrementis prius depoſitis.
Electuarium
℞. Conſeruæ roſarum antiquæ, Conſeruæ Symphyti ana ʒ. j.
Conſeruæ florum Saluiæ, Conſeruæ acori ana ʒ. S.
Trochiſcorum de carabe, vel de ſpodio, vel de bolo ʒ. iij.
Blattæ bizantiæ, vſtæ, & in aqua caudæ equinæ lotæ ʒ. ii.
Cum ſyrupo Cotoneorum fiat electuarium: de quo capiat æger ad quantitatem nucis ſuperbibendo parum vini rubri.
Extrinſecùs: applicatis: cuiuſmodi ſunt
Fomentum
℞. Rad. biſtortæ, rad. pentaphylli, Rad. rubiæ, rad. chelidoniæ ana M. S.
Herniariæ Polygoni, Hypocyſtidis ana M. j.
Cumini vſti, naſturtii torrefacti ana ʒ. j.
Florum ſtœchados, anthos ana P. j.
Flor. rorilmarini, centaurii minoris ana P. ij.
Fiat decoctio in aqua & vino aſtringenti, qua foueatur pars affecta.
Emplaſtra.
Vſualia: vt Emplaſtrum
De pelle actietina.
Comitiſſæ, &c.
Minus vſualia
Primum
℞. Balauſtiorum ʒ. j. S.
Gallarum ʒ. S.
Rad. aſphodeli.
Rad. narciſſi ana ʒ. j. S.
Coquantur in vino, tundantur, & fiat emplaſtrum.
Secundum
℞. Thuris, Maſtichis, Sarcocollæ, Acaciæ, Lapidis hæmatitis, Mummiæ, Tragacanthi, Gummi Arabici, Terræ ſigillatæ ana ʒ. iii.
Bolí armeni, Gallarum, Lithargyrii, Balauſtiorum, Nucis cupreſſi, Malicorii, Ariſtolochiæ longæ, rotundæ, Corticum thuris, Roſarum, Rad. conſolidæ vtriuſque. Orobi, Siliginis, Sambuci, Cyperi ana ʒ. S.
Picis naualis ʒ. ii. S.
Colophoniæ, Reſinæ pini, Terebynthinæ ana ʒ. i.
Viſci quercini ʒ. i. S.
Ceræ ʒ. ii.
Pilorum leporis vſtorum ʒ. S.
Olei, in quo ficus pingues coxeriat ʒ. S.
Fiat magdaleon.
Tertium
℞. Vnguenti comitiſſæ ʒ. ii.
Rad. biſtortæ, Rad. narciſſi ana ʒ. S.
Blattæ bizantiæ.
Sanguinis draconis, Sarcocollæ, Aluminis ana ʒ. iii.
Malaxentur omnia ſimul in oleo cotoneorum, & fiat emplaſtrum.
Quartum
℞. Maſticis, Myrrhæ, Corticum thuris, Nucis cupreſſi, Sarcocollæ, Glutinis piſcis ana ʒ. S.
Gluten in aceto diſſoluatur, reliqua trita miſceantur, extendatur in aluta.
Quintum
℞. Spumæ argenti vſtæ ʒ. ix.
Aceti ℔. ii. ʒ. iii.
Olei cotoneorum ℔. S.
Succi plantaginis ʒ. ii.
Miſce, & fiat emplaſtrum.
Sextum
℞. Maſticis, Sarcocollæ, Sanguinis draconis, Aloes, Blattæ bizantiæ, cort. thuris, Boli armeni, Gypſi, Gallarum ana ʒ. ii.
Pſidiæ ʒ. ii. Ictiocollæ, Taurocollæ in aceto diſſolutarum ana ʒ. ii. Malaxentur, & fiat emplaſtrum.

B. *Ruptura* Ramicis antiqua, chirurgia tantùm curatur: videlicet aut

- *Incisione*, seu sectione: *Homo* ante triduum bibere aquam, pridie abstinere etiam à cibo debet, deinde ipso resupinato, & cute iuxta inguina per ministrum eleuata, transuersam lineam incidimus. Nonnulli verò non transuersam, sed rectam lineam ducunt, hamulóq; defixo diuisionem explicant, quæ testiculum retractum mensura adæquet, deinde rursus tot hamulis, per quartam cutem transmissis quot vulneris magnitudini sufficiant, cæto hamo aut cultro membranas, & pinguedinem subtus excoriantes, scalpello præcidimus, detecto autem vndequaque peritonæo, demisslóq; indice digito ad posteriorem scroti partem inter peritonæum & dartum membranam, posteriorem connexum soluemus, deinde dextra manu extremum implicantes ad interiora scroti, simúlque sinistra peritonæum retrahentes ad diuisionem retrahemus testiculum vnà cum membrana erytroide. ac ministro vni iubebimus testiculum eleuet, ipsi verò posteriorem adnexũ ex toto simul cum membrana erythroide dissoluentes, explorabimus digitis, num intestini, vel omenti inuolutio quædam in tunica erythroide relicta sit, & infra hanc ad aluum propellemus, deinde acu bonæ magnitudinis linum ducente duplex, decies implicitum ad peritonæi terminum, qui diuisionem respicit, per medium transnemus. Succisis autem linis quatuor faciemus initia, atque his per vinculum rursus implicatis, vtrobique peritonæum valèter destringemus, iterúmque initiis circumuolutis, astringemus quidem strenuè, vt nullum ex vasis nutrientibus adhuc possit cedere, ne inflammatio inde concitetur: item secundum intrinsecus vinculum iniiciemus minus quàm duos digitos à priori distans. Post hæc vincula digiti instar ex peritonæo relinquentes, totum ipsum orbiculatim præcidemus, auferentes simul nimirum & testiculum: rursus diuisione iuxta emissarium scroti adhibita, linamentum in longitudinem implicitum iniicitur, & fomentis oleo imbutis vinculisque iniectis, omnia quæ restant, vt in aquoso Ramice dicetur, perficiemus.
- *Vstione*. Sic *Nonnulli*, membrana erythoide excisa, ferramentis candentibus extremum ipsius adurunt, sanguinis profluuii metu.

# De Cirsoceli.

*Circocele*, est varicosus ramex, cùm venæ intumescũt testiculũ nutriẽtes. Huius

- *Dignotio*
  - *Partis* affectæ: videlicet Venarum testiculi intumentium. Tactu deprehenditur.
  - *Morbi*. Tumor
    - *Paruus*.
    - *Diuersus* in epidydimo & vasis spermaticis, qui est veluti conglomeratus & intortus.
    - *Durus*, oblongus, ad modum virgarum.
- *Curatio* suis indicationibus absolui tur. Quare
  - *An* fieri possit, indicatum
    - *Natura*. Sic minus molesta est, quàm hernia carnosa.
    - *Magnitudo* morbi. Sic si insignis est, vix, aut non curatur nisi per chirurgiã.
  - *Quid* fieri debeat, indicat Morbus, qui sui indicat ablationẽ. Tollitur autẽ partem
    - *Medicamentis* emollientibus: vt
      - *Fœnogræco*.
      - *Semine* lini.
      - *Farina* frumenti.
      - *Oleo* sesamino, &c.
    - *Chirurgia*: videlicet sectione, hoc modo: *Vbi* commodè ægrum figuraueris, scrotũ manu permulcetur, neruus cremaster in partem inferiorem repellitur. Facilè autem is dignoscitur, vt qui tenuior vasis sit, solidior, reniténsque ceu potens validúsque æger quoque ad depressionem ipsius indolet, & iuxta olem turbatur: vasa autem digitis nostris & ministri excepta in scroto, validéque distenta, acie scalpelli obliqua adacta supra instrumentum quod vasis cedendis supponitur secabimus: deinde per hamulos ea, quæ cuti subiacent eleuata excoriantur: vasis denudatis, acus duplex linum trahens transmittitur: ansaque lini abscissa, vasa & in prima ipsorum dilatatione & inferiori extremo fune deligabimus: & per medium recta incisa linea, & sanguine qui coierat euacuato, medicina ipsos curabimus, quæ pus moueat, vt etiam funiculi cum vasis sua sponte excidant.

# De Bubonoceli.

*Bubonocele* est, quando omentum vel Ileon in inguen cadit, in eóque permanet, nec peruenit ad scrotum. Huius

- *Dignotio*
  - *Partis* affectæ: nimirum Peritonæi rupti.
  - *Morbi*: videlicet Tumoris. Visu dignoscitur.
  - *Causæ*
    - *Rupturæ* { *Casus*, *Ictus*, *Clamor*, &c. } præcedens.
    - *Relaxationis*: vt in Epiploceli.
- *Curatio*, indicationibus perficitur. Quare quid fieri debeat, indicat tum
  - *Morbus*: videlicet intestini vel omenti lapsus, quod in suum locum reponendum, atque reductum statim idoneis ligamentis, vel fœmorali retineatur.
  - *Causa*. Vide in seqq. fig. *

- *Causa* Bubonoceles, videlicet ruptura vnienda & conglutinanda est, partim
  - *Victus* ratione
  - *Medicamentis*
  - } In Epiplocelis & Enterocelis curatione enumeratis.
  - *Chirurgia*: vi delicet vel
    - *Sectione*, hoc modo:
      - *Linea* transuersa per inguina intumescentia, tres digitos longa inciditur. Hinc membranæ & pinguedo eximuntur, aduerso autem specillo peritonæo per medium detecto qua fastigiatur adigi debet, id enim intestina in altum repellit. Itaque peritoneum intus restitutum vtrobiq; aduerso specillo, futuris inuicem committemus, deinde specillum extrahemus, neque peritonæum præcidentes, neque testiculum, neque aliud quippiam retinentes, sed præsidio cruentis idoneo persanantes.
    - *Vstione*, hoc modo:
      - *Homo* mediocriter moueatur, tussi violenta, intentione, spirituq; retento: vbi tumor in inguinibus apparuerit, locum, qui vri debet, atramento scriptorio, figura triangula circumscribemus transuersam lineam per inguina sursum ducentes, iniiciemusq; signum per trianguli medium. Postquam æger decubuerit, candens ferrum per mediam notam imprimemus, primũ clauatum, inde triangulo constans græcæ Γ literæ figuram repræsentans, tertio laterculari aut lenticulato totum triangulum adæquabimus, ministro per totam vstionem saniem panniculo extergente: tam alte verò aduremus, quousque pinguedinem pertingamus, idq; in habitu corporis moderato, neque enim in gracilibus ob siccitatem ferrum altiùs admouendũ est, ne imprudentes peritoneum aduramus: neque tamen in crassioribus pinguioribusq;, in quibus vel ante iustam vstionem pinguedo apparet: sed quantùm viri conueniat, artificiosa deprehendemus coniectura. Secundum vstionem sal vnà cum porro tritus crustæ insinuabitur, & inguinario in literæ χ similitudinem ligamento vtemur, per insequentes dies remediis, quæ crustam adimunt, nempe phacomelite, & similibus curabimus.

# De Sarcocele.

- *Sarcocele* carnosa hernia est, quando caro in particulis quàm scrotum implicant, succrescit. Huius
  - *Dignotio*
    - *Partis* affectæ videlicet *Testiculorum* / *Neruorum* tunicarum testiculi } indouratorum. Tactu dignoscitur.
    - *Morbi*. Tumor
      - *Rotundus*, oblongus, durus.
      - *Formam* testiculi referens.
      - *Longo* tempore pedetentim increscens.
      - *Sine* dolore, si scirrhosus: si verò malignus, dolor punctorius.
    - *Causæ*
      - *Internæ*: videlicet Fluctionis ab ictu, saltu, &c.
      - *Externæ* *Ictus* / *Sectionis* ramicis non rectè curatę } ex ægri relatione habetur.
  - *Curatio* suis indicationib. perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicat morbi magnitudo. Sic hernia carnosa insignis non curatur, sed testiculus extrahendus est.
    - *Quid* fieri debeat, indicat morbus, videlicet tumor carnosus in scroto, qui excidendus est hoc modo:
      - *Figurabimus* ægrum, vt in curatione Epiploceiis & Enterocelis antea est dictum, diuidemusq; similiter, & si quidem ex generata carne vitium testiculi creatum sit, & Darton membranam & erythroidem consimiliter discindemus, deinde testiculo eleuato, eóq; extra erythroidem exempto, cremastere segregato à vasis, hæc quidẽ constringemus illũ verò, nempe cremasterẽ, amputabimus: testiculum autem, qui cum adnata carne coaluerit, ceu alienum eiiciemus. Sin hæc carnis generatio in tunica aliqua, aut vase fiat, scroto diuiso subiectilque carni membranis, totum quod in carnem concreuit, auferemus: quòd si posterior cõmissura carne fuerit obducta, iis quæ ambiunt ipsam, ademptis, testiculum simul cum ea excipiemus: quippe fieri nequit, vt testiculus sine hac permaneat. Cęterùm tophi & in testiculo & in membrana erythroide occalescũt renixu multo, duritie, & in æqualitate à carnoso ramice & aquoso discreti. His igitur manum, sicut etiam carnoso ramici, admoliemur.

# De Hyderocele.

- *Hyderocele* est quando aqua in scrotum descendit, vel in eo colligitur. Huius
  - *Dignotio*
    - *Partium* scrotum implicantium affectarum
      - *Primaria* ratione
        - *Tumor* indolens, firmus, non euanescens.
        - *Nulla* signa hepatis affecti.
        - *Nulla* signa hydropis.
      - *Per* consensum hepatis vel lienis
        - *Signa* propria hepatis affecti.
        - *Signa* hydropis.
    - *Morbi*. Tumor
      - *Pellucens*, omni aditu lucis intercluso, & obiecta candela cerea.
      - *Obscurior* & grauior, quàm in hernia ventosa.
      - *Tactui* cedens, &c.
  - *Causæ*
    - *Immediatæ*: videlicet Humoris
      - *Aquosi*, contenti in
        - *Scroto* toto. Tumor
          - *Pellucens*, indolens.
          - *Firmus*, stabilis.
          - *Sine* rugis in scroto.
        - *Erythroide*, vel Darto, tumor tantùm in testiculo rotundus & tensus rugato scroto.
      - *Sanguinei*
        - *Ictus*,
        - *Casus* præcessit.
        - *Tumor* rubicundus, aut liuidus.
    - *Mediatæ*: scilicet imbecillitatis, ex intemperie frigida, vel hepatis, vel vasorum scrotum implicantium, ob quam sanguis alimenti ratione, in aquosam vel serosam & inutilem substantiam mutatur. } *Signa* intẽperiei frigidę.
  - *Curatio* Vide in sequentib. sign. **


℞. Liciuij ℔.iij.
Cumini ℥.ij.
Fomentum
Petroselini, apij, ana ℥.S.
Salis ℔.j.
Fiat decoctio, qua pars foueatur.
℞. Stercoris capræ ℥.iij.
Cochlearum contusarum cum suis testis ℥.ij.
Primum
Sulphuris ℥.j.
Misce, & fiat cataplasma. Applicetur & sæpe remoueatur.
Cataplasma
Alterum ex stercore recenti vaccino & tertia parte pulueris boli armeni, vel sanguinis draconis, &c.
Puluis radicis brassicæ vstæ cum adipe suillo recenti.
Medicamentis discutientib. cuiusmodi sunt
Immediata: vi delicet humor aquosus, qui euacuãdus est vel
Causa morbi
Punctione: cum Phlebotomo, vel sectione, vt infrà sequitur.
**
Hyderoceles curatio sui indicationibus absoluitur. Quare quid fieri debeat, indicat tũ
Mediata: scilicet intemperies frigida hepatis, vel vasorum testium, quę corrigenda est victus ratione, tum medicamentis excalfacientibus.
Per consensum hepatis vel lienis: vt in Hydrope. Danda est opera, vt aqua quæ in peritoneo continetur, frequentibus euacuationibus absumi possit. Frustra enim aquam in scroto contentam topicis, remediis, absumere tentamus, non euacuato priùs peritonæo. Vide in curatione hydropis.
Pars affecta
Primariò (id est, quæ scrotum implicat) quæ per sectionem curatur hoc modo
Derasa pube & scroto, nisi puer fuerit, ægrum super sedile resupinabimus, podici panniculo multiplici subiecto, scroto autem spongia iustæ magnitudinis: ac sedentes à sinistra ægrotantis, ministro qui ad dexteram sedebit, iubebimus vt genitale in alteram partem protendat, & cutem scroti ad abdomen eleuet, nos scalpello scrotum à medio iuxta longitudinem vsque ad pubem ferè recta linea incidemus, quæ vicina sit lineæ scrotum per mediũ secanti, diuidemusq; tunc tunicam erythroidem. Porrò si humor in adnata membrana hæreat, quà vertex eiusdem tunicæ eminet, illac diusionem molemur. Hamulo autem orę vulneris diducentur, & cultro ad hydrocelicos aptato scalpelloq; dartos detegemus crudata veso erythroidi, scalpello quo venæ incidi solent, mediã ipsam diuidemus, per illas potissimùm partes, in quibus à testiculo recedit. Humore tam toto, aut maiore ipsius portione in vase aliquo excreto, erythroidẽ membranam hamulis eximemus, quàm fieri licet tenuissimam ipsius partem. Inde iis, quæ carnem inducant, vtimur. At si testiculus putredinem expertus, alióve modo vitiatus deprehenditur, vasa cum neruo, qui ab inguinibus dependet, cremastere dicto, fune excipiemus, ipsoque cremastere præciso, testiculus eximetur. Item in iis qui duplici laborant hernice, similiter bifariam curationẽ moliemur, vtrinq; per scroti partes ad inguina lineas incidentes: mox specilli mucronẽ per diuisionem deorsum ad scroti extremum demisso, ipsoq; scrotum atto llentes, acuto scalpro lineam qua humoris est emissarium, incidemus, vt & sanguinem concretum & pus per eam excernamus, ipso verò scalpelli mucrone linamentum in longitudinem implicitum superiori diuisioni inseremus, & vibicimus per spongiam detersis, lanam oleo madentem per sectionem infrà ad testiculum insinuabimus, extrinsecus alias lanas vino & oleo imbutas scroto, imo ventri, inguinibus, regioni inter scrotum & anum & lumbis superiniiciemus, ac vbi linamentum triplex super hæc implicitum deligauerimus vinculo in sex processus exporrecto, congruisque fasciis, homo decumbet lanis scroto subiectis, vt conquiescat, pelléque super ipsas molli explicata, quò fomenta excipiantur. Superfundemus autem oleo calente, vsque ad triduũ: post hoc vbi solueris, tetrapharmaco linteolis illito in vulnere, veteris, linamentum in longitudinem implicitum ex farinaceo polline superaccõmodans, extrinsecùs fomenta rursus propter inflammationem vsque ad diem septimũ iniicientur, inde medicamento quod linteolo seruetur vtemur. Vulnere expurgato, & carne iam mediocri obducta, deinceps etiam lauacris adhibitis, linamentũ in longitudinẽ implicitũ auferri debet, & reliqua curationis parte subsequente, quemadmodum prius explicatum est, vtemur. At si inflammatio quæpiam fuerit, aut sanguinis profluuiũ, aut aliquid eiusmodi interea superuenerit, conuenienter vnicuique occurrere conuenit.

De Pneuma-

# De Pneumatocele.




De Tumo-

*De Tumoribus glandularum.*

# De Broncocele.




A. *Causa*

A. *Causa* coniuncta tollitur medicamentis extrinsecùs applicatis: vt

- *Emplastrum*
  - *Vnum*
    - ℞. *Ammoniaci*, bdellij, galbani, in aceto dissolutorum, ana ʒ.j. S.
    - *Picis* naualis ʒ.ij.
    - *Resinæ* pini ʒ.j.S.
    - Miscentur, manibus vnctis oleo sycionio, & fiat emplastrum.
  - *Alterum* ex bdellio melli mixto.
  - *Tertium*, ex calce viua, axungiæ suillæ mixta.
  - *Quartum* ex stercore caprino in aceto liquato.
  - *Quintum* ex lixiuio & melle.
  - *Sextum*
    - ℞. *Rad.* bryoniæ, rad. cucum. agrest. ana ʒ.iij.
    - *Ficuum* immat. part. vj.
    - *Amygd.* amararum ʒ.ij.
    - *Scillæ* ʒ.j.S. Colocynthidis ʒ.S.
    - Coquantur in æquis partibus olei veteris & vini maluatici: ad vini consumptionem terantur, & cribrentur, deinde adde
    - *Farinæ* fab. & orobi, ana ʒ.ij.S. Farinæ sem. lini & fœnigræci, ana ʒ.j.
    - *Medullæ* cruris bubuli ʒ.iv. Olei nucum, q.s.
    - *Croci* ʒ.j.S. Fiat emplastrum.
- *Vnguentum*
  - ℞. *Sem.* sinapi, & vrticæ, ana ʒ.S.
  - *Rutæ* agrestis ʒ.ij.
  - *Ireos* ʒ.S. Aceti ʒ.j.S.
  - *Olei* de castoreo ʒ.iv.
  - *Ceræ*, q.s. Fiat vnguentum.

# De Phymate.

*Phyma* est tuberculum funiculo simile, sed rotundius & planius, sæpe etiam maius. Huius

- *Cognitio*
  - *Partis* malè affectæ: videlicet Glandulæ. Manifesta.
  - *Causa*
    - *Antecedentis*: videlicet Sanguinis, in toto corpore vel parte aliqua redundantis: — Signa sanguinis cop....
    - *Coniunctæ*: Sanguinis scilicet in ipsa iam parte affecta impulsi.
      - *Tumor* rotundus, planus, oui dimidij magnitudinem excedens.
      - *Inflammatio* — *Dolor* — minor, quàm in furunculo.
  - *Morbi*, scilicet Inflammationis.
- *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat ætas potissimùm. Sic in
    - *Pueris* sæpius nascitur, & faciliùs tollitur.
    - *Iuuenibus* rariùs oritur, & difficiliùs curatur.
    - *Adultioribus* non nascitur, &c.
  - *Quid* fieri debeat indicat tũ
    - *Causa morbi*
      - *Antecedens*: Sanguis scilicet in corpore redundans, qui sui indicat ablationem. Tollitur autem partim
        - *Victus* ratione refrigerante:
        - *Chirurgia* seu venæ sectione:
        - vt de furunculo dictum est.
      - *Coniuncta*: videlicet sanguis in parte affecta impactus
        - *Tenuior*, qui discutiendus est emplastris: quorũ
          - *Primum*, ex rad. altheæ, atriplice, parietaria, & adianto, vino incoctis.
          - *Alterum*, ex ammoniaco cum melle mollito.
          - *Tertium*, ex lupinis amaris & propole & aceto.
          - *Quartum*, ex rad. cucumeris agrestis, & cort. rad. capparis, terebynthina.
          - *Quintum*, ex nitro, fermento & ficubus.
          - *Sextum*
            - ℞. *Ammoniaci*, bdellij, ana ʒ.j.S.
            - *Ladani* puri, terebynthinæ, ana ʒ.j.
            - *Propoleos*, olei antiqui, ana q.s.
            - *Aceti* parum.
            - Fiat emplastrum.
        - *Crassior*, suppurandus est emplastro huiusmodi:
          - ℞. *Cort.* rad. capparis ʒ.j.S.
          - *Caricarum* pinguium, paria v.
          - *Farinæ* lupini ʒ.ij.
          - *Fermenti* acris ʒ.S.
          - Coquantur in aceto & oleo de lilio, vel amygdal. dulcium, ad aceti consumptionem, addendo
          - *Nitri* ʒ.iij.
          - *Capparum* q.s.
          - Fiat emplastrum.
    - *Morbus*: videlicet Vomica
      - *Suppurata*
        - *Clausa*, aperienda est, si non sponte aperiatur.
        - *Aperta*
          - *Immunda*, detergenda est.
          - *Caua*, carne implenda.
          - *Plana*, ad cicatricem perducenda.
      - *Nondum* suppurata, maturanda, seu ad suppurationem ducenda, vt suprà dictum.

De Bubone

# De Bubone venereo.




De Tumoribus

*De Tumoribus artuum.*

# De Paronychio.



# De Verrucis, hoc est, Myrmecia, Acrochordone, Clauo & Thymio.

*Verrucarum* genera quatuor sunt. Myrmecia, cuius tuberculum est exiguum, callosum, rotundum & crassum, latiore basi insidēs, similē mordentis formicæ sensum, dum attrectatur, inducēs. Nascitur in palmis, aut inferioribus partib. pedum.

*Acrochordon* verò pensilis & angustiore basi verruca est, doloris expers, callosa, rotunda.

*Clauus* rotundus callus est, coloris candidi, clauorum capitib. similis, in digitis plantisque pedum nascens, dolorē ingredienti mouens.

*Thymon* verò verrucula est, super corpus eminens, infrà vt Acrochordō tenuis, suprà verò latior, subdura, & in summo per aspera. Nascitur in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus, id est plantis. Pessimum quod in obscœnis oritur partibus. Horum

- *Dignotio*
  - *Partium* affectarum. Visui manifesta.
  - *Morbi*: scilicet
    - *Myrmeciarum*
      - *Basis* latior
      - *Suprema* pars tenuior } quàm in Thymone.
      - *Humiliores*, Duriores
      - *Dolorem* maiorem mouentes } quàm Thymon.
      - *Minus* sanguinis fundentes
      - *Vix* vnquam magnitudinem lupini excedunt.
    - *Acrochordonum*
      - *Ima* basi angustiores.
      - *Suprema* parte latiores.
      - *Acute* semper extant.
      - *Rarò* fabæ magnitudinem excedunt.
      - *Pueros* maximè infestant.
      - *Interdum*
        - *In* pus conuertuntur.
        - *Subitò* desinunt.
        - *Mediocrem* inflammationem excitant.
      - *Plures* nascuntur, &c.
    - *Clauorum*
      - *Rotundi* sunt.
      - *Callosi*, Candidi.
      - *Dolorem* ingredienti mouent.
      - *In* digitis plantisque pedum maximè contingunt.
    - *Thymonū*
      - *Verrucæ* eminentes, latiores, subduræ, asperæ.
      - *Ima* parte tenuiores.
      - *Colorem* floris thymi repræsentant.
      - *Interdum* sanguinem fundunt.
      - *Circa* magnitudinem fabæ Aegyptiæ ferè sunt.
      - *Modò* vnum, modò plura nascuntur.
  - *Causæ*: scilicet *Humoris crassi*
    - *Melancholici* potissimū
      - *Verrucæ* nigricantes.
      - *Temperatura* melancholica.
      - *Victus* ratio frigida & sicca, &c.
    - *Pituitosi*
      - *Verrucæ* albicantes.
      - *Temperatura*
      - *Victus* ratio, &c. } phlegmatica.
- *Curatio*
  - *Vniuersalis* suis perficitur indicationib. Quare quid fieri debeat, indicat tum
    - *Causa* morbi: scilicet Humor crassus
      - *Melancholicus*, qui sui ablationem indicat. Tollitur autē partim
        - *Victus* ratione
          - *Vena* sectione, si nihil impedierit, corpusq; sanguine etiā redundauerit.
          - *Excalfaciente* & humectante.
          - *Probum* sanguinem generante.
        - *Medicamentis* contrarijs: atq; vel humoris
          - *Qualitati*: scilicet præparantibus, vt est
            - *Oxymel*
              - *Scylliticum.*
              - *Compositum.*
            - *Syrupus* de
              - *Epithymo.*
              - *Fumo terræ.*
              - *Lupulis*, &c.
          - *Quātitati*: scilicet purgantibus cuiusmodi sunt
            - *Simplicia*:
              - *Sena.*
              - *Epithymum.*
              - *Ellebor⁹ niger*, &c.
            - *Composita*:
              - *Diasena.*
              - *Diatacholicum.*
              - *Cōfectio Hamech.*
      - *Pituitosus*: qui auferendus partim
        - *Victu* attenuante & incidente.
        - *Medicamentis*
          - *Alterātibus*, incidētibus, & attenuātib.
          - *Purgātib.* cuiusmodi sunt
            - *Diaphœnicum.*
            - *Benedicta* laxatiua.
            - *Electt.* Indi, &c.
    - *Morbus.* Vide in seqq. sign. A.
    - *Symptoma*: scilicet dolor, vel inflāmatio, vel exulceratio, quæ ex adurentibus medicamētis facilè contingunt. Ne igitur talia eueniant, partes circumiacentes vestiendæ vel
      - *Vnguento* ex bolo armeno, terra sigillata, aqua rosacea & aceto facta.
      - *Foliis*, &c.
  - *Particularis*, suis indicationibus perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicat morbi species potissimū. Sic
      - *Myrmecia*
        - *Sine* curatione non desinit.
        - *Medicamentis* aduritur.
        - *Latissimis* radicibus inhæret, ideoq; excidi quidē sine vlceratione magna potest.
      - *Acrochordon*
        - *Sæpe* per se finitur.
        - *Si* excisa est, nullam radiculā relinquit, ideoq; nec renascitur.
        - *Medicamentis* aduritur.
      - *Clauus*
        - *Sine* curatione non desinunt.
        - *Si* excidantur, subter rotunda radicula nascitur, quæ penitus descendit ad carnem, eaq; relicta, ijdem rursus existunt.
        - *Sectione*, vel vstione commodissimè curantur.
      - *Thymon*
        - *Sepè* per se finitur.
        - *Si* excindatur, subter rotūda radicula nascitur, &c. vt in *Erodentibus* curantur. (clauis.
    - *Quid* fieri debeat: Vide in seqq. sign. B.


A.
Morbus: scilicet Verrucæ, auferēdæ sunt partim
Medicamentis resoluentib. & leuiter astringentibus tum
Lenioribus.
Simplicib. vt est
Oleum
Phisticorum, Frumenti.
De Been, Sulphuris.
Lini, &c.
Cera rubra.
Succus chelidonij, &c.
Compositis: vt
Succus calthæ cum sale.
Caput lacertæ.
Aqua ex sarmentis viridibus, dum comburuntur, cum nigella, &c.
Vehementioribus, id est, erodentibus.
Simplicibus: vt sunt
Calx, Arsenicum, Cinis.
Sal alkali, Cantharides, Mel anacardi.
Lac tithimalli, Flos æris.
Sal cum aqua raphani.
Fimus ouillus, &c.
Compositis: vt Linimentum
Primum, ex cinere salicum cum aceto, vel ex nigella cum vrina: vel ex stercore bouis cum aceto, vel fimus ouillus cum aceto.
Alterum, ex Flore æris, sulphure, aqua sarmentorum viridium vstione extillata, simul mixtis.
Tertium
℞. Floris æris, Chartæ vstæ ana ʒ.v.
Colocynthidis, Baurach ana ʒ.vi.
Salis ammoniaci ℥.S.
Salis alkali, Arsenici citrini, Fellis vaccini ana ʒ.vi.
Vsnem picis ʒ. vij.
Terantur, & cum aqua saponis fiat linimentum.
Chirurgia, scilicet
Sectione.
Ligatura scitè aptata.
Vstione. Sic ante vstionem lamina quædam ferrea pertusa, vel simile quippiam, ita verrucæ adurendæ coaptari debet, vt foramen eam exactè comprehendat, adeò vt nihil circumpositæ cutis appareat. Facta verò adustione, crusta butyro, vel aliquo vnctuoso illito resoluenda est. Deinde vlcus similiter reliquis vlceribus curandum est.
Myrmeciæ curantur partim
Medicamentis erodētibus: ex quorum numero sunt
Alumen, Chalcantum.
Sandaraca.
Caput lacertæ.
Succus arboris ficus.
Elaterium cum sale.
Cortex thuris cum aceto.
Ruta cum nitro & pipere.
Nitrum cum vrina.
Stercus bouis cum aceto, &c.
Caput piscis smaridis salsum, & vstum.
Chirurgia: scilicet
Sectione. Si priùs scarificatæ vulsellaque apprehensæ, scalpro clauorum modo excindantur.
Alia ratione: vt
Si applicatione labiorum ceu suctu ad se trahantur, atque à radice euellantur: deinde primoribus dentibus totæ eximantur.
Si scarificatæ extrema parte, ærea vel ferrea fistula, vel pennæ durioris, quales sunt veterum anserum, in imum adacta ex basi auferantur.
B.
Specialis curatio pro varia verrucarum differentia, variat. Sic
Acrochordones, auferuntur vel
Ligaturæ.
Sectione.
Vstione.
Dentibus.
Claui curantur partim
Medicamentis resoluentib.
Simplicibus: cuiusmodi sunt
Fæx vini.
Fel lupi piscis.
Cera rubra.
Aqua fortis, &c.
Compositis: cuiusmodi est emplastrum
℞. Emplastri Diachylonis magni ℥.S.
Resinæ sutorum ℥.S.
Salis ʒ. ij.
Misce, & cum panno supra clauū ponatur quarto quoque die mutato, & est expertum.
Chirurgia
Sectione. Si scarificati vulsellaque apprehensi scalpro acutæ aciei radicitus eximantur.
Vstione ferri candentis.
Thymi abolentur tū
Medicamentis: scilicet
Cinere salicum cum aceto.
Ficubus in aqua coctis.
Chirurgia: scilicet
Ligatura. Si filo serico quàm fortissimè stringantur, quousque decidant, deinde vt reliqua vlcera curentur. Ita enim optimè curantur, qui in obscœnis partibus fieri contingunt.
Sectione.
Vstione
Igni.
Ferri candentis, &c.

# De Vulnerum differentiis.




# De Vulnere recenti.



A. *Extranea, si quæ in vulneribus defixa sũt, aut continẽtur, priùs sunt ablationẽ indicãt. Tolluntur autẽ siue extrahũtur partim*

- *Instrumẽtis ferreis ad id accommodatis. Sic tela*
  - *Oblõga, & angusta*
    - *Plana*, educenda sunt vel
      - *Parte* aduersa, præcipueque quæ magis laniant, si retrò, quã si contrà trahuntur. Itaq; aperta via, caro diduci debet, ferramento ad similitudinẽ Græcæ literæ ϒ. Deinde vbi apparuerit, si mucroni arũdo inhæret, propellẽda est sagitta, donec ex altera parte apprehendi, & extrahi possit. Si iã illa, arundo inquã seu hastile, decidit, solúmq; intus ferrum est, mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe, atque ita educi debet.
      - *parte*, qua veniunt. Hæc simili quoque ratione euelluntur. Nam ampliato vulnere, aut arundo si ineſt, euellenda, aut si ea nõ est, ferrũ ipsum. Porrò eximetur ferrũ, vel terebra inuersa in tubulũ (quam Doliã vocant) immissa: vel forcipe, qua dentes euellũtur: vel ferramento, quod à telo extrahendo Belulcum Græci vocant: aut alio quopiã instrumento ad id accommodato. Nonnunquam etiam carnẽ prius incidẽtes, si vulnus instrumentum non recipit.
    - *Spiculata*
      - *Minora* forcipe ibi comminui debent; vacuumque ab his telum educi.
      - *Maiora*
        - *Fixis* scriptorijs calamis contegenda sunt, ac ne quid lacerent, sit euellẽda. Alij spicula ipsa forcipibus seu tenaculatis cãnulatis apprehendunt, atq; ita telũ eximunt. Quòd si telũ spiculis vtroque versum spectantib. cinctum in neutrã partẽ sequatur, iuxta ipsum alia incisione patefaciendus locus est, nisi vena aut tale aliquid impediat: atq; inde ferrũ vndiquaque explicatum modestè, ac sine vlla vulsione, tollendum est. Quidã etiã spicula eiusmodi fixis calamis, seu exiguis arundinibus, priùs cõtegunt, ne quid lacerẽt, deinde ita euellunt, ea scilicet parte, quæ eductioni magis cõgruere videbitur,

  *Lata* si condita sunt, ab altera parte educi non expedit, ne ingenti vulneri ipsi quoque ingens vulnus adijciamus. Euellenda ergo sunt genere quodam ferramenti, quod Diocleum eraphiscum Græci vocant, quoniam autorem Dioclem habet.

  - *Rotũda*: nempe globula plumbeæ vel ferreæ, quæ bellicis tormẽtis mittuntur, sic extrahẽda veniunt:
    - *Corpus* vulnerati hominis (si tamen ipse poterit) in ea figura cõstitui debet, in qua erat eo tẽpore, quo vulnus accepit, atque ita quò tetenderit telum, specillo explorandum est (Hoc autem in omnibus telis extrahendis obseruandũ.) Si æger id non potest, iacens saltẽ ita debet collocari: vt quàm proximè fieri potest, ad eam figurã accedat. Quo facto latiùs vulnus aperiendum est, idque quod ineſt, ea qua venit, aut vncis aduersaue scalpelli parte, aut vulneratio specillo recipiendũ est, aut denticulata forcipe, si fieri potest, & eã vulnus admiserit, extrahendum. Quòd si telum infixum sic intus latet, vt nullo modo reperiri possit, aut non satis commodè extrahi, tantisper dimittendũ est, donec natura ipsum protrudat, aut manifestet. Interdum verò tela infixa integra intus cicatrice obducto vulnere citra noxam aliquamdiu delituerunt. Deinde longiore temporis spacio partẽ eam absessu occupante ac dirupto exiliere: quo facto vulnera mox ad sanitatẽ perducta sunt, ea illis curatione adhibita, quæ aliis debetur vulneribus.

  - *Carni* infixa
    - *In* superficie, & quæ venas magnas non transierunt, ea parte qua venerunt, extrahenda sunt.
    - *Altè* euelẽda sunt, aut
      - *Ea* parte, qua veniunt: præsertim obiectæ partes, si vulnerentur, vel ex sanguinis profusione, vel ex aliorum membrorum consensu, & consortij lege periculum inuehant. Illud autem digitis, vel ipsius teli arundine, seu hastili, in ferri tubulum immisso extrahenius.
      - *Parte* aduersa, maximè in quibus longius spacium, per quod telo reuertendum, quàm quod perrumpendum est, iamque venas neruósque id pertransiuit: breuiter cùm parum admodum integræ carnis ex aduersa parte supereſt, neque aliquid obstat, quò minus contra mucronem incisio commodè fieri possit, melius est aperire quòd supereſt, eáque propulsatu telum educere. Nam & propius petitur: & tutius euellitur, & in maiore membro, si medium mucro transijt, facilиùs sanescit, quod peruium est: quia vtrinque medicamento fouetur. Protrudi autẽ debet, vel hastili ipso, si inhæreat: vel si exciderit, propulsorio instrumento, cauo quidem: vel solido (quod & Surdum quidam vocant) prout res exigit. Porrò si telum acumen habeat (hoc autem specillo deprehendimus) propulsorij instrumenti fœminam: si verò tubulum habuerit, marem demittemus, atque ita ferrũ inserto instrumento protrudemus, quo ad educi facillimè possit. At si etiam in oppositа, seu vlterius telum processerit, nec ea parte ipsum possit extrahi, qua infixum est, diuisis ijs, quæ opposita sunt, per illa ipsum eximemus: vel euellentes: vt dictum est, vel per eam partem in quam intendit, vt modò diximus, propellẽtes, summa cura semper habita, ne vel neruum, vel tendinem, vel maiorẽ venã, aut arteriam incidamus.

  *Ossi* inhærentia, non nisi attrahendo ipsa eximere tutum est. Eò autem vsque mouendum est telum, donec is locus laxetur, qui mucronẽ momordit, & tum vel manu, vel forcipe telum extrahendũ est. Quæ ratio in dentibus quinque eijciendis est: & vix vnquam ita telum non sequitur: sed si morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferramẽto poterit. Quidam tenaculis, seu forcipib. alligant arcum, quẽ vulgò Baliſtam nominant, & laborante bene ſtabilito, intensum ipsius instrumenti neruum, seu chordam, remittunt & ita telũ extrahunt. Quod si telum altius in osse descenderit, (quod cognoscimus, si firmiter id infixum, nulla vi moueatur, aut habet) excisorio cultro, osse quod iuxta est, excepto, aut etiam terebra (si crassum sit) priùs perforato telum ipsum extrahemus. Sunt qui ab eo foramine terebra facto ad speciẽ literæ ϕ contra telum os excidunt, sic vt lineæ, quæ diducuntur, ad telum spectent: quo facto, id necesse est, labet, & facilè aufertur. Quod remedium vltimum est. Alij terebra in rectum ac longum porrecta, quæ illis Directa vocatur, ossis percussi rimas conniuentes, & telũ infixum mordicùs prehendentes, diducunt, atque ita facilè quod infixum est, extrahunt.

  *Articulo* infixa, id est, inter duo ossa, circa vulnus duo membra fascijs habenísue deliganda: & per has in diuersas partes diducenda sunt, vt tendones, ligamenta, & neruos distendant. Quibus extentis, laxius inter ossa spacium est, vt sine difficultate telum recipiatur. Sed illud quoque videndum est, ne quis neruus, aut vena, aut arteria à telo lædatur, dum extrahitur.

*Medicamentis*, Vide in sequentibus signum *.

*Extranea* tolluntur medicamentis attrahentibus. Sic ossicula, spinas, surculos, pilos, lapides, vitri fragmenta, &c. attrahunt, vel

- *Simplicia*: vt
  - *Dictamnum*, Thapsia, Sagapenum, Ammoniacum.
  - *Aristolochiæ* rad. Ranæ combustæ, Radix arundinis, Propolis.
  - *Viscum*, Opopanax, Calx viua, Fæx vini vsta, Lepidium.
  - *Sinapi*, Ranunculus, Adeps vrsinus, &c. Fermentum, &c.
- *Composita*: & vel
  - *Emplastrū*
    - *Primum*, ex radice arundinis & melle.
    - *Alterum*: ℞. *Lap.* magnetis ʒ.i. *Rad.* aristolochiæ vtriusque ana ʒ.i. *Polypodij*, Visci ana ʒ.i. *Stercoris* anseris ʒ.i.S. *Ammoniaci*, Galbani in vino diss. ana ʒ.S. *Propoleos* ʒ.ij. *Olei* liliorum ʒ.iij. *Mellis* ʒ.i. Fiat emplastrum.
  - *Linimentum*, vt Puluere magnetis cum aliquo detergente imbui poterit turunida & applicari: ita tamen, vt turunida non attingat ferrum relictum.

B. *Vulnus* sui curationem indicat. Itaque vnio

- *Solutæ*
  - *Parum*, reficienda est, fascia solùm orbiculatim circumdata. Ita enim vulnus procul dubiò coibit & citra aliquam aliam extrinsecùs adhibitam curam coalescet, præsertim si simplex fuerit vulnus, cum quo neque affectus vllus, neque symptoma vllum adsit.
  - *Multū*, reficienda est, disiunctas atque hiantes vulneris oras committendo: vel
    - *Sutura*, ex filo forti, æquali, & læui, cuiusmodi est sericū in cōmunibus saltem vulneribus, primùm punctum faciendo in medio diuisionis vulneris, deinde alterum in medio spacio vtriusque lateris, & ita deinceps procedendo, vt inter duo quæcunque puncta, punctum intercedat, donec vulneris labra ritè commissa fuerint. Itaque neque nimis rara, neque nimis crebra futura esse debet. Si enim nimis rara est, non continet: si nimis crebra est, vehementer afficit. Quia quo sæpius acus transiuit corpus, quoque plura loca in rectum vinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur. Sic igitur futura oras iungat, vt ne ipsæ quidem inter se ex toto contingant: quòd scilicet si quid intus humoris cōcreuerit, sit quà emanare, ac effluere possit. Solent autem communiter vnius digiti transuersalis spacium inter iniecta vincula relinquere. Porrò acus longa, ac læuis esto cuspide triangulari, cauda verò excauata, vt in ea filum recondatur, & transitum acus non remoretur. Cæterùm cannula habeatur fenestrata, cui incūbat, ac innitatur altera pars labij vulneris, ne scilicet huc atq; illuc euagetur, dū acus intromittitur, & vt per fenestellam videri possit, quando acus per transierit. Atq; vbi acus traiecta fuerit, vnà cum filo trahatur: sed interim vulneris labrū, quod prope filum est, specillo huic parti applicato, veluti fulcimento, & adminiculo innitatur, ne dum filum extrahitur, labrum etiam consequatur. Ligetur autem primò duabus inuolutionibus, secundò vna duntaxat, deinde filum scindatur, aliquantulum remotè à nodo. Deinde vbi sic partes futuris adductæ fuerint, glutinatorijs præsidijs vtēdū est, quæ collectā humorū subluuiē deficcare, & cōsumere queant: aliā verò ne influat, prohibere.
    - *Fibulis*. Sunto autem fibulæ ipsæ vel maiores: vel minores, pro ratione partis vulneratæ, ab vtraque verò parte recuruæ, figaturque hamus vnus in altero vulneris labro, & versus alterum ducatur, in quo & alter hamus infigatur: vt facere solent, qui pannos tundendo apparant. Hæ autem (fibulæ inquam) quibus hiantis plagæ oras sic contrahimus, nullam vim desiderant, sed eatenus vtiles sunt, quatenus cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur.
    - *Veruculis* æqualibus ex stupis vehementer contortis, & gracilibus ad modum scriptorij calami, vel festucæ, longitudine ferè medij digiti. Quòd si velimus futurā longo tempore perducare, pinna seu scriptorius calamus, loco stuparum assumi debet: fit autem ad hunc modū. Vtraque vulneris ora traijci debet, acu filum ducente. Deinde facto per idem foramen recursu, ex ea parte, qua venerat, recipienda est: sic quidem, vt ansa vna remaneat, ea parte, qua remeauit. In qua alteram veruculi extremum imponendum erit. Postea fines amborum filorum, euntis inquam & redeuntis, constringito, & super alterū veruculi caput ligaturam facito, ibique fila rescindito, & veruculum hoc pacto vsque ad perfectam vulneris coitionem relinquito.
    - *Pannis* vtrinq; admotis, qui figuram triangularē referant, & ea sint magnitudine, quæ mēbro læso congruere videatur. Qui futuræ modus in ijs maximè locis conuenit, in quibus volumus cicatrices, facta vulneris agglutinatione, non apparere, vt in facie. Panni autem eiusmodi, viscoso linimento, ac pertinaciter adhærente oblini debent, quod recipiat puluerē sanguinis draconis, thuris, & mastiches, sarcocollam, picem, & pollinem, id est farinam volatilem molinarum. Quæ omnia cum oui candido liquore subigi debent, & in vnitatem redigi. Atq; vbi linimenti formam ea iam induerint, supra dictos pannos extendi debent, qui vtrinque postea ad latera vulneris, ad pollicis vnius distantiam supra vulneratam partē agglutinandi sunt. Vbi autē hæc panni frustula sic linimento oblita, desiccata fuerint, ingeniosè & vt oportet, consui debēt. Quo facto vulneris labra coibūt, & agglutinabuntur.
- *Facta* conseruanda est. Conseruantur autem optimè huiusmodi extrema, quæ in vnū coacta sunt iisdem ferè auxilijs, quibus & in idem adducta sunt, nempe decenti ligatione, appositio membri situ, & futuris, si necessariæ videbuntur.

C. *Partis* læsæ substantia quoque quid fieri debeat, indicat. Eanamque conseruanda est, ac prohibenda, ne ipsa dolore, vel phlegmone, aut aliquo alio prauo symptomate infestetur. Prohibebitur autem à

- *Phlegmone*, sublata causa ipsius fluxionis. Affluunt humores vel attracti, vel transmissi. Attrahuntur primùm à dolore, deinde etiam à calore mēbri. Transmittuntur verò, tanquā ad partē debilem, si totum corpus plethoricum sit, aut cacochymum. Itaque vt affluxionis causa impediatur atque auferatur, tum
  - *Dolor* mitigandus, & calor restinguendus est: vel
    - *Emplastro*
      - *Primò*, ex radice solani trita, & axūgia porci.
      - *Secundò*, ex foliis maluæ coctis, tritis & furfure & rosaceo.
      - *Tertio*, ex medulla panis triticei in aqua feruenti macerata.
    - *Oleo* rosaceo, &c. vel oui candido & vino styptico.
  - *Plenitudo*, Vide in seqq. sign.*
  - *Cacochymia* si adsit, tollenda est. Auferatur autem vitiosus succus, nimirum
    - *Bilis* flaua
      - *Cassia.*
      - *Manna.*
      - *Rhabarbaro.*
      - *Tamarindis.* &c.
    - *Pituita*
      - *Agarico.*
      - *Sem.* carthami.
      - *Diaphœnicone*, &c.
    - *Melancholia*,
      - *Diasena.*
      - *Diapruno* lenitiuo.
      - *Sena.*
      - *Polypodio*, &c.
- *Dolore*, suprà nominatis medicamentis.

* *Plenitudo*


* Plenitudo auferenda est. Tollitur autem partim
Chirurgia adhibita secundum
Qualitatem contrariam: scilicet venæ sectionem
Primò è longinquo.
Posteà ab ipsis vulneratis partibus.
Quantitatem commodam: quæ tum ex
Redundantiæ modo,
Copia sanguinis, qui è vulnerè effluxit,
Aetate, natura, tempore, cõsuetudine,
inuenienda.
Victus ratione instituta secundum
Qualitatem cõtrariam: scilicet refrigerãtem. Quare
Conuenit
Frictio leuis partium oppositarum.
Quies.
Cibus
Caro
Perdicum, pullorum.
Auicularum.
Gallinarum.
Ptisana hordeacea.
Ex oleribus
Lactuca.
Portulaca.
Borraga, &c.
Potus, vel aqua cocta, vel vinum dilutum.
Nocet
Motus, Venus, animi affectus.
Cibus
Caro dura, caseus.
Allia, sinapi, &c.
Pisces magni.
Vinum, &c.
Quantitatem conuenientem. Sic victus parcus esse debet, præsertim in cœna.
Tempus commodum. Sic
Primis septem diebus victus tenuis & parcus esse debet.
Deinde, vbi vulneratus à phlegmone & abscessu fuerit assertus, pleniore victu vtendum.
D. Symptomata vulneratis superuenientia corrigẽda sunt. Sic
Sanguinis profluuium immoderatum sistendum est, vel
Chirurgia: scilicet
Ligaturis
Frictionibus
Cucurbitulis
parti oppositæ admotis.
Venæ sectione exigua, potiùs subinde repetita ex parte opposita.
Digiti admotione.
Sutura communi, pellionum.
Ligatura venæ, vstione, &c.
Victus in crassante & refrigerante: cuiusmodi est
Orizæ. Lentes.
Fructus
Astringentes.
Acerbi.
Austeri, &c.
Vsus aquæ, &c.
Medicamentis
Intrinsecùs sumptis: vt est potio
Prima
℞. Lapidis hæmaticis, coralli rubri, ana ʒ.S.
Trochisc. de terra sigillata, trochisc. de spodio, vel de succino, ana ʒ.i.
Aquarum port. plantag. ana ℥.iii.
Fiat potio. Vtatur in duabus dosibus.
Altera
℞. Lapidis hæmatitis ʒ.i. Boli armeni ʒ.S.
Sanguinis draconis ʒ.S.
Sacchari rosati veteris ℥.S.
Aquæ plantaginis ℥.ii. Fiat potus.
Extrinsecùs applicatis: vt
Emplastrum
Primum
℞. Thuris, aloes, ana part. æquales.
Excipiantur albumine oui, & pillis leporinis.
Alterum
℞. Boli armeni ℥.vi.
Terræ sigillatæ ℥.ii.
Farinæ volatilis ℥.iii.
Gypsi, calcis viuæ, ana ℥.iiii.
Thuris, aloes, ana ℥.i. Albumine oui excipiantur.
Linimentum ex aceto & oui candido, &c.
Dolor mitigandus vel
Simplicibus: vt
Oleo rosaceo, communi, papaueris.
Medulla panis triticei in aqua feruenti macerata.
Oui albumen, œsypus.
Lac muliebre, vaccinum, &c.
Compositis: vt
Radice solani trita, axungia porci.
Emplastro ex foliis maluæ coctis cum furfure, & rosaceo.
Oui candido & vino styptico, &c.
Inflammatio curatur, vt suprà in curatione Phlegmonis dictum est.
Intemperies
Calida
Totius: vt febris. Vide in curatione Febriũ.
Partis (quæ ex rubore deprehenditur) curanda frigidis: vt
Rosis.
Plantagine.
Vnguento albo, &c.
Frigida (ex mollicie, & liuido colore dignoscitur) curanda excalfacientib. vt vel
Vino.
Vnguento
Fusco.
Basilicone, &c.
Conuulsio. Vide suprà in curatione Conuulsionis.
Syncope. Vide in curatione Syncopæ.
Delirium. Vide in curatione Delirij.
Paralysis, curatur partim
Victus ratione
Intrinsecùs sumptis.
Vide suprà in curatione Paralysis.
Medicamentis
Extrinsecùs applicatis: cuiusmodi est balsamum
℞. Myrrhæ, aloes, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mummiæ, opobalsami, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollę, croci, masticis, gummi arabici, styracis liquidę, ana ʒ.ii.
Ladani, succi castorei, ana ʒ.ii.S. Moschi ʒ.S.
Terebynthinæ, ad pondus omnium.
Destillentur vase vitreo, quo spina dorsi inungatur.

# De Vulnere contuso.




De Ecchy-

# De Ecchymosi, id est, sanguinis subter cutem effusione & coitu.

- *Ecchymosis*, id est, sanguinis subter cutem effusio & coitus, solutæ continuitatis genus est quod plurimùm vnà cum cõtusione, ruptioneque incidit. Huius
  - *Cognitio*
    - *Causarum*: videlicet { *Casus* / *Percussionis* / *Ictus* violenti, &c. } *Ex* ægri sermone intelligitur.
    - *Morbi*: scilicet Ecchymosis, Tumor { *Mollis*, tactui cedens. / *Liuidus*. / *Indolens* magna ex parte.
  - *Curatio* suis indicationib. perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicatum
      - *Causa* externa. Sic Ecchymoma, quod cum magna ac violenta contusione incidit, periculo non vacat. Solet enim frequenter nõ modò afflictæ particulæ, sed & corporis totius coruptionem adferre.
      - *Symptoma*. Sic in ecchymosi cutis à carne seiuncta, si maneat pendula, rarò vel nunquam agglutinatur. Proinde satius est, eam præscindere, & exiccãtia medicamenta admouere, vel absque deligatura locum sic excoriatum relinquere, &c.
    - *Quid* fieri debeat, indicat affectuum numerus in ecchymosi. In ea nanq; adest fluxio, est sanguis concretus in toto corpore, & sanguinis subter cutem effusio, &c. quæ omnia sui ablationem indicant, ab eo semper curationem incipiendo, qđ magis vrget, & sine quo agi nihil potest. Itaque quid fieri debeat, indicat
      - *Primò* fluxio, quæ euacuanda, vel à termino,
        - *A quo* fluit, siue toto. Sic venæ iecoriæ dextri brachij sectio ex vsu est, si nihil impediat: quantitas verò pro virium & morbi magnitudine detrahenda.
        - *Ad* quem fluit. Sic { *Attractus* venæ oppositæ partis sectione reuellendus, si nihil prohibeat: vel ligaturis, &c. / *Transmissus*, medicamentis repellendus, vt rosaceo & oui candido.
      - *Secundò* sanguis concretus: qui si in corpore adfuerit, dissipandus est & resoluendus partim medicamentis
        - *Dissoluentibus* sanguinem, & interna roborãtibus: cuiusmodi est potio
          - *Prima*: ℞. *Rhabarbari* triti ʒ.ii. *Mummiæ* ʒ.S. *Aquæ* rubiæ maioris ℥.ii. *Syrupi* de rosis siccis ʒ.S. Misce, & fiat potus, qui statim detur: cui potes adere rubiam trochiscatam.
          - *Secunda*: ℞. *Rhabarbari* torrefacti, terræ sigillatæ, boli armeni, mummiæ, sem. nasturtij torrefacti, ana ʒ.i. Redigantur in puluerem, de quo capiat ʒ.i. singulis matutinis cum aqua plantaginis & bursæ pastoris.
          - *Tertia*: ℞. *Terræ* sigillatæ, rubiæ tinctorum, mummiæ, symphyti, ana ℈.i. *Rhabarbari* triti ℈.i. Misce, & vtere cum aqua bursæ pastoris & plantaginis.
          - *Quarta*: ℞. *Rhabarbari* torrefacti, costi, radicis rubiæ maioris, centaurij, aristolochiæ rotundæ, ana ℥.S. Fiat puluis, de quo detur quotidie manè ʒ.i. cum syrupo acetoso nouem dies, &c.
        - *Sudorem* mouentibus: vt est potio: ℞. *Osmundæ* regalis, caudæ equinæ terestris, ana q.s. Coquantur in melle & vino. Dentur ℥.v. potui, & sudet.
      - *Tertiò*, sanguis subter cutem effusus. Vide in sequentibus signum *
      - *Quartò*, pars affecta, quæ roboranda est, vel emp. { *Oxycroceo*. / *Chæroneo*. / *Apostolico*.
      - *Quintò* symptomata quoq; remouenda sunt. Sic
        - *Dolor* mitigandus rosaceo & oui candido simul mixtis.
        - *Locus* liuidus ac emortuus ex sanguine concreto, corrigendus, aut
          - *Fomento* ex { *Aceto* calido. / *Decocto* radicis raphani, serpentariæ & ari, in vino, vel aqua, si adsit calor, coctarum.
          - *Emplastro*
            - *Primo*: vt diachylone ireato.
            - *Secundo*: ex cera & cumino.
            - *Tertio*: ℞. *Fol.* abrotani ficci, seminis cumini, florum chamomillæ, ana ʒ.i. Cum succo ari & melle fiat emplastrum.
            - *Quarto*, ex maluis, violis, absynthio, rosis, rorismarino, farina fabarum, rad. altheæ, parietaria, sigillo Salomonis, squinantho, stœchade, croco, oleo ros. chamomælino, anethino, myrthyno, &c.
          - *Vnguento*: ℞. *Olei* ℥.ii. Ceræ ℥.i. *Succi* maioranæ ℥.i. Liquefiant simul, postea adde *Arsenici* citrini triti ʒ.i. Fiat vnguentum.

* *Sanguis*

* *Sanguis* sub ter cutem effusus in

- *Toto* vel plurimis partib. euacuandus est medicamentis, exhibitis secundum
  - *Qualitatem* contrariam: videlicet discutientem & modicè astringẽtem: cuiusmodi est
    - *Pellis* arietina recenter detracta, saleque tenuissimo trito pul. & nasturtij aspersa, qua statim inuoluatur æger (quod etiam verberatis optimum est remedium) & in ea sudet.
    - *Linimentum* ex oleo rosaceo, myrthino ac lumbicorum, & puluere rosarum, vel myrtillorum.
    - *Vnguentum*
      - ℞. *Boli* armeni, resinæ, thuris, fœnigræci, tragacanthi, ana ʒ. S.
      - *Croci* ʒ.i. Pul. rosarum, myrthi, sumach, ana ʒ.iii.
      - *Vnguenti* dialtheæ, olei ros. chamomælini, olei myrthini, anethini, ana ʒ.ii.
      - *Ceræ* nouæ, terebynthinæ, ana ʒ.i.
      - Fiat vnguentum, quo inungatur, & post vnctionem sudet.
  - *Tempus* commodum. Sic in
    - *Principio* astringentibus vtendum est, quibus discutientia fuerint permixta.
    - *Postea* discutientibus tantùm.
- *Parte* aliqua, & vel resolutioni
  - *Aptus*, resoluendus est medicamentis discutientib. & modicè astringentibus: cuiusmodi est
    - *Linimentum*
      - *Primum*
        - ℞. *Olei* ros. ʒ.ii. Ouum vnum.
        - *Pulueris* myrthi ʒ.S.
        - Fiat linimentum, quo calenti locus vngatur.
      - *Alterum*, ex oleo rosato & puluere malicorij, vel myrthi.
    - *Epithema*
      - *Primum* ex vino, melle, sale & cumino.
      - *Secundum*, ex floribus chamomillæ, meliloti, stœchadis, & cumino, in vino decoctis.
      - *Tertium*, ex malua, furfure, melle, absynthio, cumino, aut anetho, aqua, vel vino incoctis.
      - *Quartum*, ex decoctione chamomillæ, absynthij & cumini.
    - *Emplastrum*
      - *Primum*, ex farina hordei, calaminthæ & vino conficitur.
      - *Secundum*, ex farina hordei, & fœnigræci, croco & momento auripigmenti.
      - *Tertium*
        - ℞. *Symphiti* vtriusque, ana ℔.S.
        - *Florum* chamomillæ, meliloti, ana P.ii.
        - *Croci* ʒ.S. Farinæ fabarum ʒ.iiii.
        - *Farinæ* fœnigræci ʒ.v. Butyri recentis ʒ.i. Fiat decoctio mediocris: cui si addas succi absynthij & succi cumini, ana ʒ.i. magis resoluet atque exiccabit, & fiat emplastrum.
  - *Ineptus*, in pus conuertendus seu suppurandus est, deinde vomica apperienda, postea vlcus detergendum, vt in curatione Phlegmonis dictum est.

# De Vulnere ex morsu, vel ictu animalium tum venenatorum, tum aliorum.

*Vulnerum* ex morsu punctúve animalium

- *Cognitio*
  - *Causarum*: videlicet animalium
    - *Venenatorum*: vt
      - *Canis* rabiosi,
      - *Serpentis*,
      - *Scorpionis*,
      - *Basiliſci*,
      - *Draconis*,
      - *Viperæ*,
      - *Muris* araneí,
      - *Phalangij*, &c.
    - *Non* venenatorum: vt
      - *Canis* domestici,
      - *Simiæ*,
      - *Hominis*,
      - *Equi*,
      - *Suis*,
      - *Pelis*,
      - *Vespæ*,
      - *Apis*, &c.

    *Ex* ægri sermone deprehenditur.
  - *Morbi*: scilicet morsus
    - *Venenati*
      - *Dolor*, punctio, mordicatio vehemens.
      - *Coloris* mutatio. Laborans grauibus angitur molestiis.
      - *Laborans* totus ardet. Corpus interdum obstupescit.
      - *Dolor* interdum remittitur, interdum decrescit, interdum intenditur.
      - *Nunc* feruor, nunc frigus, &c.
    - *Non* venenati. Accidentia minora.
- *Curatio*, & quidẽ animalium
  - *Venenatorum* suis indicationibus perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicat potissimùm venenum. Sic morsus venenosus periculosissimus est præsertim si diu durauerit: quoniam venenum per sui naturam semper petit cordis destructionem. Vnde Hydrophobi non curantur.
    - *Quid* fieri debeat. Vide in sequentibus signum A.
  - *Non* venenatorum, indicationibus perficitur. Quare qd fieri debeat, indicatum
    - *Causa* morbi, videlicet materia non venenosa, quæ tollenda, & quidem medicamentis attrahentibus mitioribus: cuiusmodi est oleum sambucinum feruens impositum.
    - *Symptoma* scilicet dolor, qui mitigãdus est
      - *Liniméto*
        - ℞. *Oui* candidi, butyri,
        - *Croci*, olei violati
        - Misce.

        } ana q.s.
      - *Emplastro*, ex rad. altheæ, malua, violaria, absynthio, chamomilla, rosis, meliloto, furfure, vitellis ouorum, croco, oleo rosato & chamomælino, &c.
    - *Morbus*: videlicet vulnus
      - *Sordidum*
      - *Cauum*
      - *Plenum*

      } quod
      - *Detergendum*
      - *Carne* implendum
      - *Cicatrice* inducendum

      } est, vt sequitur.

A. *Quid*

A. *Quid* fie debeat, indicat tum

- *Causa* morbi, videlicet venenũ quod primò sui ablationem indicat. Tollitur autem partim
  - *Chirurgia*: videlicet vel
    - *Cucurbitulis* cum flamma maiori, vulneri affixis, locis priùs circumstantibus scarificatis, quò plus sanguinis vitiati extrahatur.
    - *Suctione* oris, si leuior morbus est: vel podice gallinæ vulneri applicato.
    - *Cauterio*, si locus neruosus non est.
    - *Sectione*, si venenum malignum & copiosum fuerit.
  - *Victus* ratione: vt in curatione Carbunculi dictum est.
  - *Medicamentis attrahentibus*
    - *Simplicibus*: vt est
      - *Allium*, cepa, sinapi, flammula.
      - *Scabiosa*, pulegium, calamentum.
      - *Gentiana*, polium, chamædrys.
      - *Scordium*, diptamnum, stercus caprinum.
      - *Fermentum*, bryonia, aristolochia, asphodelus.
      - *Euphorbium*, galbanum, theriaca, &c.
    - *Cõpositis*: cuiusmodi est emplastrum
      - *Primum*, ex nucibus, alliis coctis & tritis cum fermento, melle & sale.
      - *Secundum*, ex allio, cepta & theriaca.
      - *Tertium*, ex stercore caprarum, baccis lauri, gentiana, dictamno, galbano, euphorbio cum vino, vel oleo laurino & cera.
      - *Quartum*: Rx. *Galbani*, sagapeni, opopanacis, *Asæ*, fœtidæ, myrrhæ, *Piperis*, sulphuris — ana ʒ.S. *Stercoris* columbini, & anatis, ana ʒ.ii. *Calaminthæ*, mentastri, ana ʒ.S. Dissoluantur gummi vino, & addito melle & oleo antiquo, fiat emplastrum.
      - *Quintum*: Rx. *Pulueris* aristolochiæ longæ ʒ.ii. *Asphodeli*, bryoniæ, ana ʒ.i. *Asæ* fœtidæ, galbani, mirrhæ, ana ʒ.S. Cum oleo laurino & cera fiat emplastrum.
- *Particula affecta*
  - *Primariò*, quæ interdum amputanda, præsertim si morsa vel icta pars commodè sectionem non respuat, vt sunt extrema: & fera ineuitabile periculum adferat, cuiusmodi sunt serpentes omnes, vt aspis, ceraste, vipera, &c.
  - *Secundariò*: videlicet cor, quod confirmandum est & à veneno præcauendum, tum medicamentis
    - *Intrinsecùs* sumptis: vt
      - *Potio*
        - *Prima*: Rx. *Theriacæ* ʒ.i.S. *Vini* optimi ʒ.iiii. Misce.
        - *Secunda*: Rx. *Theriacæ* ʒ.ii. *Galbani*, asæ fœtidæ, ana ʒ.S. *Lapidis* magnetis ʒ.i.S. Cum vino citoniorum, vel aqua scabiosæ, fiat potio tribus dosibus.
        - *Tertia*, ex puluere cancrorum fluuiatilium & gentianæ cum aqua pimpinellæ.
      - *Decoctum* ex gentiana, chamædrye, scordio, polio, anetho, cancris fluuialibus, addito saccharo.
      - *Succus* foliorum fraxini, cuius ʒ.iii. die secundo vel tertio à morsu, ieiuno ventriculo propinentur.
    - *Extrinsecùs* appositis
      - *Naribus*: vt nigella.
      - *Cordi*: vt epithemata, quæ vide in curatione Carbunculi.
- *Morbus*: videlicet vulnus
  - *Immatuum*, quod maturandum siue suppurandum est, vnguento vel *Basilicone*. *Fusco* cum galbano, &c.
  - *Sordidum*, quod detergendum, *Cauum*, quod carne implendum, *Planum*, quod cicatrice inducendum, — vt in sequentibus dicetur.

# De Vulnere simplici, in carne.

*Vulnus* simplex est, quod solum consistit, hoc est, quod sine deperditione est substantiæ, nec vllum aliũ affectũ, aut symptoma adiunctũ habet. Huius

- *Cognitio*
  - *Causarum*: *Gladij*, *Teli*, &c. — ex ægri relatione dignoscitur.
  - *Morbi*: videlicet Vulneris: *Parui*, *Magni* — visu deprehenditur.
- *Curatio* suis indicationib. perficitur. Qua re quid fieri debeat, indicat tũ
  - *Præsentia*: scilicet
    - *Causæ* extranea, glutinationem impediens (vt pili, vel oleum, &c.) quæ si adfuerit, priùs remouenda est.
    - *Morbus*: videlicet vnio
      - *Soluta*. Vide in sequentibus sign. *
      - *Facta*, quæ conseruanda est. Conseruatur autem suprà dictis instrumentis, nempe decenti ligatione, appositio situ membri, & futuris, & medicamentis agglutinatoriis. Tandiu autẽ conseruãda, donec ritè vulnus fuerit conglutinatum. Itaq; posteaquàm semel ita vulneri remedia adhibueris, nisi dolor, vel phlegmone, vel aliud symptoma oriatur, ac te cogat, ante tertium vel quartum diem fasciam ac ligaturam nõ dissolues: quarto autem die videbis, num vulnus coaluerit. Quòd si non coaluerit, fouebis vino austero & astringenti atque calente: postea puluerem strictorium & glutinatorium cum terebynthina impones, vel aliquod ex suprà dictis emplastris, &c.
  - *Absentia*: videlicet symptomata futura, vt sanguinis profluuium, dolor, phlegmone, &c. quæ omnia ne fiant, prohibenda sunt. Prohibebuntur autem, & maximè in vulneribus paruis, si statim post distantium vulneris labrorum coniunctionem, oui candidum aliquandiu agitatum, & leui stupa exceptum admoueatur, deinde pars ritè ligetur. Hoc enim præcauebit, ne vel sanguinis profluuium, neque dolor, neque phlegmone incidat.

* *Vnio* soluta
- *Parua*, vnienda est. Vnitur autem per diffidentium labiorum commissionem, seu coniunctionem, quæ sola decenti fit ligatura, vinculo scilicet ex duobus initijs circumdato. Quæ enim parum diffident, atque inuicem distant, si in idem ad amussim componantur, sola certè natura, & citra omnem reliquam extrinsecùs motionem coalescunt.
- *Magna* vnienda est tum
  - *Chirurgia*: videlicet aut
    - *Sutura*, ex filo serico æquali, primùm punctum faciendo in medio diuisionis vulneris, deinde alterum in medio spacio vtriusque lateris, & ita deinceps procedendo, vt inter duo quæcunque puncta, punctum intercedat, donec vulneris labra ritè commissa fuerint.
    - *Fibulis*.
  - *Medicamẽtis* agglutinatoriis
    - *Simplicibus*: cuiusmodi sunt
      - *Mastix*, thus, aloe, sarcocolla, bolus armenus.
      - *Terra* sigillata, sanguis draconis.
      - *Puluis* sanguinis humani.
      - *Balaustium*, malicorium, nux cupressi.
      - *Plantago*, galla viridis.
      - *Cauda* equina, herba Peti, &c.
    - *Compositis*: cuiusmodi est
      - *Puluis*
        - *Primus*, Ruber appellatus
          - ℞. *Thuris* partes ii.
          - *Sanguinis* draconis part. i. Misce, & fiant puluis, cum oui candido applicetur.
        - *Secundus*
          - ℞. *Boli* armeni, terræ sigillatæ, ana drach. vi.
          - *Thuris*, masticis, sarcocollæ, ana drach. ii.
          - *Myrrhæ*, aloes, ana drach. i. S.
          - *Tragacanthi*, sang. draconis, ana drach. i.
          - *Farinæ* hordei, farinæ fabarum, ana drach. S.
          - Fiat puluis, cum oui candido applicandus.
      - *Epithema*
        - ℞. *Aquæ* vitæ ℔. i. Terebynthinæ abietis vnc. iii.
        - *Myrrhæ*, thuris, masticis, ana vnc. S.
        - Æstate sub dio simul macerentur per dies triginta, qua calente foueatur vulnus in primo apparatu: postea emplastrum sequens apponatur.
      - *Emplastrum*
        - *Primum*
          - ℞. *Ammoniaci* in acet. diss. vnc. ii.
          - *Gummi* elemi vnc. iiii. Resinæ pini vnc. v.
          - *Terebynthinæ* abietis vnc. iii.
          - *Olei* rosati vnc. ii. Fiat emplastrum.
        - *Alterum*
          - Rec. *Terebynthinæ* vnc. xii. Resinæ pini vnc. iii.
          - *Gummi* elemi vnc. v. Arist. longæ vnc. i.
          - *Sang.* draconis vnc. i. Ceræ parum.
          - Fiat emplastrum.
      - *Vnguentum*
        - Rec. *Succi* herbæ Peti ℔. i. Picis vnc. iii.
        - *Ceræ*, resinæ, olei, ana vnc. iii. Coquantur omnia vsque ad succi consumptionem, deinde adde terebynthinæ Venetæ ℥. iii. Fiat vnguentum.
      - *Balsamum*
        - *Vnum*
          - Rec. *Terebynthinæ* ℔. i. Euphorbij vnc. S.
          - *Sulphuris* vnc. S. Salis vnc. i. Olei ℔. i.
          - Coquantur duas horas, lento igne colentur, & eo calente vulnus foueatur.
        - *Alterum*
          - Rec. *Terebynthinæ* ℔. i. Galbani vnc. ii.
          - *Gummi* elemi vnc. ii. Gummi hederæ vnc. ii.
          - *Thuris*, masticis, myrrhæ, ana vnc. ii.
          - *Aloes*, xyloaloes, galangæ, ana vnc. i.
          - *Chariophillorum*, cinnamomi, ana vnc. i.
          - *Nucis* moscb. cubebarum, ana vnc. i.
          - *Aquæ* vitæ, vnc. iii. Macerẽtur & destillentur.

# De Vulnere profundo & occulto, sine amissione substantiæ, in carne accepto.

*Curatio* vulneris profundi, suis quoque indicationibus perficitur. Quare
- *An* fieri possit, indicat situs potissimùm partis vulneratæ. Sic vulnus, cuius orificium spectat
  - *Deorsum*, decenti ligatura vel sutura curatur.
  - *Sursum*, sectione ex aduersa parte facta, curandum est.
- *Quid* fieri debeat, indicat vulnus cum situ partis vulneratæ
  - *Accommodo* (quando scilicet plagæ hiatus, quem orificiũ vocant, semper deorsum spectat, fundum verò sursum, ita vt sanies ex ipso vulnere prona, & liberè effluat) quod vniendum est, tum
    - *Ligatura* decenti; quæ scilicet supernè incipiat & finiatur infrà, vbi scilicet patet effluxus.
    - *Sutura* ex filo — *Medicamentis* agglutinatoriis } vt in curatione Vulneris simplicis, in carne, dictum est.
  - *Incommodo* (quando scilicet fundus non ad superiora extenditur, sed ad ima vergit, atq; in profundo sistitur sanies) quod sectione curandum, ita vt saniei effluxus pateat. Dissectio autem fiet, vel ab orificio ad fundum vsq; vel in fundo tantùm fiat apertio, vt materia effluat. Vtrum autem horum expediat, te docebit tum loci natura, tum vulneris magnitudo. Si namque ea loca dubiam seu periculosam sectionem faciant, & vlcus magnum fuerit, in fundo aperire magis expedit. Sin contra se habeant, præscindere, seu diuidere præstat. Facta sectione, mundificatiuum aliquod medicamentum leui stupa, aut panno exceptum superponendum est, quod bis in die mutandum, &c.

De vulnere

# De Vulnere cauo, cum amissione substantiæ cutis vtriusque, & carnis subiectæ.

*Vulneris caui*

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ: videlicet Carnis
  - *Causæ* morbi extrinsecæ
  - *Morbi*: videlicet Vlceris caui
  - } visui manifesta.
  - *Symptomatum*. Manifesta.
- *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri queat, indicāt tū
    - *Causæ* extrinsecæ, vel extraneæ, quæ carnis generationē & cōglutinationē impediunt.
    - *Symptomata* superuenientia, quæ nisi priùs remoueātur, curationē vulneris prohibent.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tum
    - *Causa*, seu res extranea extrinsecus incidens, quæ primò sui ablationem indicat. Sic pili, vel sordes, siue tela, &c. oportunis instrumentis eximenda sunt.
    - *Morbus*: videlicet vulnus caum, qđ carne implendum est. Impletur autem medicamentis exhibitis secundum
      - *Qualitatem* contrariam. Sic cùm in ipsa carnis generatione excrementū duplex proueni resoleat, alterùm quidē crassius, vt sordes: alterum verò tenuius, vt sanies: ac ex tenui quidem excremento vulnus humidū reddatur, ex crasso sordidum, duplicib. medicamētis egebit: nimirū modicè siccantibus & detergentibus, quæ Medicis Sarcotica appellantur. Horum aut alia
        - *Simplicia*: cuiusmodi sunt
          - *Thuris* lachryma. Thus.
          - *Cortex* thuris, Mastix, Aloe.
          - *Vinum* rubrum, austerum.
          - *Colophonia*, Pix, Resina.
          - *Farina* hordei, & fœnigræci.
          - *Aristolochia*, Iris, Farina orobi.
          - *Farina* lupinorum, Panax.
          - *Centaurium*, Polium, Glutinum.
          - *Cadmia*, Pompholyx, Plumbum.
          - *Antimonium*, Chalcitis, &c.
        - *Compositæ*: cuiusmodi est
          - *Puluis*
            - *Primus*
              - ℞. *Olibani*, Aloes
              - *Sarcocollæ*
              - *Sanguinis* draconis
              - *Radicis* ireos
              - } ana partem i.
              - Misce, quo vulnus conspergatur.
            - *Alter*
              - ℞. *Thuris*, Masticis
              - *Myrrhæ*, Sarcocollæ
              - *Boli* armeni
              - *Sanguinis* draconis
              - *Farinæ* hordei
              - } ana part. i.
              - Fiat puluis.
          - *Vnguentum*
            - *Primum*
              - ℞. *Resinæ* ℥.ii.
              - *Terebynthinæ* ℥.iij. Mellis ℥.i.S.
              - *Thuris*, Masticis, Myrrhæ, ana ʒ.ij.
              - *Sarcocollæ*, Aloes, croci, ana ʒ.ij.
              - *Olei* ℔. S. Ceræ ℥v. Fiat vnguentū.
            - *Alterum*
              - ℞. *Agrimoniæ*, Absynthij
              - *Verbenæ*, Centaurii
              - *Gallitrici*, Chelidoniæ
              - *Scabiosæ*, Symphyti maior.
              - *Semperuiui*, Cynogloſſæ
              - *Caulium* rubrorum
              - *Plantaginis* minoris
              - *Fabæ* inuersæ, quæ Crassula minor dicitur
              - } ana M.i.
              - Ex quibus omnibus succus extrahitur, cui adde aceti ℔.S.
              - *Olei* rosati ℥.ix. Ceræ albæ ℥.iv.
              - *Axungiæ* veruecis ℔.S.
              - *Resinæ* ℥ x. Coquantur simul lento igne, postea injice
              - *Ammoniaci*, Galbani in acet. dissol. ana ℥. S. Terebynthinæ ℔.S.
              - *Mellis* ℥.iii. Thuris, Masticis, ana ℥.i.
              - *Resinæ* crudæ ℥.iii. Fiat vnguentum.
      - *Quantitatem* debitam: quæ pro ratione vulneris, temperamento tum corporis totius tum partis vulneratæ, varianda est. Si quidem temperamentū totius vel partis similibus conseruandum: quod autem est contra naturam, contrarijs propellendum. Perit enim, quidquid in cōtrarium, & à contrario. Igitur vulnus quidem, quo est humidius, eo sanè medicamento, quod magis siccet, indiget. Corporis verò natura, quanto est humidior, tāto, quod minus siccet, medicamentum postulat. Proinde si qua sunt, in diuersis corporibus vulnera, quibus par adsit humiditas: quod in ficciore corporis tēperamento cōsistit, vtique magis siccari postulat: quod in humidiore, hoc sanè minus, quo natura naturæ interest. Si quidem productam carnem, ei quæ præfuit, similem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuerit, nouellam quoque siccioré fieri conueniet. Quare vberiùs hæc siccari postulat: quantoq; magis sicca fuerit, tanto quod admouetur medicamentū, magis siccam facultatem habere debebit. At in humidiore natura tanto rursum ijs, quæ minus siccent, medicamentis est opus, quantò caro ipsa minus est sicca. Eadem quoque ratio in victus ratione obseruanda est.
    - *Pars* affecta: cuius temperies conseruanda tum victus ratione, tum medicamentis.
    - *Symptomata*, quorum præsentia remouenda, futura verò prohibenda, &c.

# De Vulnere æquali, seu repleto.

- *Vulneris* æqualis seu plani, seu repleti
  - *Cognitio*
    - *Partis* affectæ
    - *Morbi* ——
    - manifesta.
  - *Curatio* suis indicationib. perficitur. Quare
    - *An* fieri possit, indicat cutis potissimùm materia. Nam cum ex semine ortum habeat cutis, talis omnino, qualis erat, quæ perijt, prorsus regigni non potest: simile quiddã tamen cuti, & quod eius officium suppleat, restitui, potest: non tamen planè cutis.
    - *Quid* fieri debeat, indicat tum
      - *Morbus*: videlicet Vulnus planum & æquale, quod cicatrice inducendũ est. Fit autem hoc medicamentis, quæ nõ modò superfluam, sed naturalem quoque humiditatẽ absumunt. Sunt autem talia, quæ astringendi modicè facultatẽ habent, & plurimũ siccandi: cuiusmodi sunt
        - *Simplicia*: vt quorũ alia astringũt & siccant per
          - *Se*: vt
            - *Galla*, Balaustium, Ostrea vsta.
            - *Cortex* malorum granatorum, Bedeguar.
            - *Sumach*, Spina Aegyptia.
            - *Bolus* armenus, Terra sigillata.
            - *Cerussa*, Plubum vstum & lotum.
            - *Lithargyrum*, Cortex pini, &c.
          - *Accidẽs*
            - *Aes* vstum & lotum, Squama æris.
            - *Alumen* vstum & lotum.
            - *Vitriolum* vstum & lotum.
            - *Plantago*, Aristolochia vsta.
            - *Soleæ* calceorum.
        - *Composita*:
          - *Epithema* ——— *Balaustia* & Sumach in vino austero coquantur, quo vulnus foueatur.
          - *Puluis*
            - ℞. *Corticis* pini ℥.i.
            - *Nucum* cupressi, Centaurij minor. Aristolochiæ vstæ, ana ʒ. ij.
            - *Cerussæ*, Lithargyri, ana ℥.S.
            - Fiat puluis, quo vulnus respergatur.
          - *Vnguentum*
            - *Rubrum*
              - ℞. *Cerussæ* ℥.iij. Lithargyri ℥.ij.
              - *Minij* ℥.i. Caphuræ ʒ.ij.
              - *Olei* rosati ℔.i. S. Aquæ ros. ℥.ij.
              - *Album*. ouorum num.iij. Ceræ albæ q. s.
              - Fiat vnguentum.
            - *Album*
              - ℞. *Lithargyri* ℥.S. Cerussæ ℥.i.
              - *Olei* rosati, Aquæ ros. ana q.s.
              - Fiat vnguentum.
          - *Emplastrum*
            - *Primum*
              - ℞. *Cerussæ* ℥.iv. Lithargyri ℥.i. Terebynthinæ ℥.ix.
              - *Thuris*, Masticis, Aluminis, Cochlearum limacum vstarũ, ana ℥.S.
              - *Caphuræ* ʒ. i. Coquantur Cerussa, Lithargyrum, oleum & cera lento igne, sub finẽ decoctionis adde terebynthinam, cumque ab igne detraxerit, inijce pulueres.
            - *Secundũ*
              - ℞. *Antimonij*, æris ac plumbi vstorum & lotorum, Lithargyri & Cerussæ lotorum, Corticis thuris, Sarcocollæ, Thutiæ præparatæ, Aluminis crudi, ana ℥.i. Balaustiorum P.i. Caphuræ ʒ.ij. Ceræ albæ ℔.S. Olei rosati ℥.iij. Liquefiat ceræ cum oleo, deinde reliqua inijciantur.
            - *Tertium*
              - ℞. *Lithargyri*, Cerussæ, ana ℥. vi. Plumbi vsti, Lapidis calam. Terræ sigillatæ, ana ℥.iv. Colophoniæ, Picis naualis, Resinæ, ana ℥.ij. Resinæ crudæ, Sarcocollæ, Ladani, Ireos, ana ℥.i.S. Caphuræ ℥.S. Sem. porri ℥.ij. Olei rosati ℔.i. S. Ceræ albæ ℥.iv.
              - Fiat emplastrum.
      - *Symptoma*: videlicet Cicatrices deformes atq; indecoræ, quæ emendãdę. Sic
        - *Teneræ* ac recentes incrassandæ sunt vel
          - *Diachylone*.
          - *Lithargyro* nutrito.
          - *Oleo*, in quo vtriusque bryoniæ rad. coctæ sunt.
          - *Calamintha* in oleo cocta.
          - *Argenti* spuma cum rosaceo albo lota, &c.
        - *Crassæ* ac duræ attenuandæ sunt vel
          - *Oleo* balsamitæ.
          - *Rad.* cucum. agrestis trita & apposita.
          - *Pinguedine* asini, cum argenti spuma.
          - *Oleo* de
            - *Lilio*.
            - *Myrrha*.
          - *Gummi* omnibus in aqua ros. dissolutis.
          - *Aqua* destillata huiusmodi:
            - ℞. *Myrrhæ*, Aloes, Styracis vtriusq;, ana ℥.i.
            - *Mummiæ*, Baccarum lauri, ana ℥. S.
            - Mediocriter terito, & in alembico vitreo lento igne destillato, eoque liquore vtitor.
        - *Discoloratæ* dealbãdæ aut
          - *Linimento* huiusmodi:
            - ℞. *Olei* de tartaro ℥.iij. Mucilag. sem. psyllij ℥.S.
            - *Cerussæ* in oleo ros. dissol. ℥.i.
            - *Boracis*, aut salis gemmæ ʒ.ij.
            - Fiat linimentum.
          - *Emplastro*
            - ℞. *Axungiæ* suillæ ℥.iij. Lithargyri ℥.i.
            - *Aeruginis* rasilis, Vitrioli combusti, ana ʒ.ij.
            - Fiat emplastrum.

De

# De Vulnere ſupercreſcentem carnem habente.

*Vulnus* ſupercreſcentem carnem habens, morbus eſt inſtrumentarius, in quantitate, & morbus cõmunis. Sic Morbus

- *Inſtrumentarius*: videlicet caro ſupercreſcens ſui indicat ablationem. Tollitur autem vel
  - *Medicamentis* vehemẽtet ſiccantibus: & acribus: & vel
    - *Simplicibus*: vt ſunt
      - *Atramentum* ſutorium, ſeu Chalcantum.
      - *Chalcitis*, ſeu Vitriolum, Alumen vſtum.
      - *Rad.* Aſphodelorum, Hermodactylorum.
      - *Nucles* dactylorum vſtorum.
      - *Semen* vrticæ, Serpentaria.
      - *Squama* æris.
      - *Aes* vſtum.
      - *Cinis* erynacei.
      - *Stupæ* minutim inciſæ.
      - *Puluis* mercurij.
      - *Calx* viua, Sublimatum, Hydrargyrum, &c.
    - *Compoſitis*
      - *Vſualibus*: cuiuſmodi eſt vnguentum
        - *Aegyptiacum.*
        - *Apoſtolorum.*
      - *Minus* vſualibus: cuiuſmodi eſt aqua
        - *Prima*: Rx. *Aquæ* vitæ ℥.ij. *Aerugims* raſilis ʒ.ij. miſceantur.
        - *Secunda*: Rx. *Hydrargyri* ſublimati ℥.ii. *Aluminis* crudi ʒ.v. *Aquæ* roſarum, vel Pantaginis ℥.vi. Coquantur vſque ad conſumptionem quartæ partis.
        - *Tertia*: Rx. *Salis* nitri, *Vitrioli* Romani, ana ℥.S. *Aluminis* *Hydrargyri* ſublimati ʒ.S. *Aquæ* plantaginis ℥.vi. *Aceti* ℥.ij. Coquantur, vt dictum eſt. Cum verò hęc admouentur, debet etiam vnguentum de bolo armeno locis vicinis applicari, & cõſeruati partis præſtantia.
  - *Chirurgia*: videlicet aut
    - *Nouacula.*
    - *Cauterio.*
    - *Forficibus* ignitis. &c.
- *Communis*, nempe ſoluta vnitio, ſeu coniunctionem indicat, ſeu potius cicatrizationem: quæ quomodo fiat, ſuprà dictum eſt.

# De Vulnere nerui, tendonis, & ligamenti puncti.

*Vulneris* Nerui puncti

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ: videlicet *Nerui*, *Tendonis*, *Ligamenti* viſui manifeſta.
  - *Cauſæ*: ſcilicet Rei pungentis ex ægri relatione intelligitur.
  - *Morbi*: ſcilicet Nerui vulnerati
    - *Dolor* ingens.
    - *Læſio* ſenſus, & motus.
    - *Inflammatio*, *Febris*, *Conuulſio*, *Delirium* interdum.
- *Curatio* ſuis indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri poſſit, indicat tum
    - *Pars* affecta. Sic neruea ligamenta valentiſſimorum remediorum vim tollerãt.
    - *Symptoma*. Sic in neruorum vulneribus tumor apparuerit, & poſtea diſparuerit, conuulſionis ac delirij periculum imminet.
  - *Quid* fieri debeat: vide in ſeqq. ſignum *

* *Quid* fieri debeat, indicat tum

*Causa* extranea. Siquidem infixa, si quæ neruis inhæserint, extrahenda sunt. Quomodo autem euellenda sint, suprà ostensum est.

*Particulæ* læsæ substantia, quæ conseruanda & ab ingruentibus iniurijs vindicanda est. Optimè autē seruabitur, si phlegmones generatio prohibeatur. Prohibebitur autem partim

*Venæ* sectione, & si nulla plenitudo adsit, modò virtus fuerit robusta, & nihil aliud obstiterit. In hac autem locorum affinitas semper erit seruanda.

*Victus* ratione congruente. Sic

*Conuenit*
- *Aer* tepidus.
- *Locus* in quo cubat, tepidus.
- *Lectulus* mollis.
- *Quies*.
- *Fricatio* leuis, & præcipuè partium oppositarum.
- *Aluus* laxa tum clysterum, tum medicamentorū laxantium vsu pro natura humorum in corpore existentium.
- *Cibus* frigidus & siccus, & in extremo tenuissimus.
- *Potus* aqua cocta, &c.

*Nocet*
- *Aer*
  - *Calidus*: quia phlegmonem accersit.
  - *Frigidus*: quia neruis maximè aduersatur.
- *Motus*.
- *Cibus* multus, &c.

*Morbus*: videlicet Nerui vulnus, quod quidem non vniendum, nec vnitum seruandum est, sed potiùs custodiendū, vt vulnus apertum maneat. Quòd si satis non hiat, aperiendum, vt sanies effluat, deinde dolor leniendus, & æruginosa sanies educenda, id quod commodè fieri poterit medicamentis excalfacientibus, & citra dolorem siccantibus: cuiusmodi est oleum Sabinum, Sambucinum, Irinum, Sicyonium, Oleum terebynthinæ, Oleum, in quo sal coxerit cum terebynthina, vt sequitur.

*Dolor* mitigādus, & sanies æruginosa educē da est: & vel

*Mitioribus*

*Simplicibus*: cuiusmodi est
- *Oleum*
  - *Ex* vitellis ouorum.
  - *Lumbricorum*.
  - *Rosaceum* cum terebynthina.
- *Oleum* terebynthinæ.
- *Oleum* sabinum.

*Compositis*: cuiusmodi sunt

*Oleum*
- ℞. *Euphorbij* ʒ.i.
- *Olei* ʒ.ij.

Coquantur, deinde coletur oleum.

*Emplastrum*

*Primum*
- ℞. *Musci* quercini M.ij.
- *Furfuris* M.i.
- *Olibani* ʒ.i.

Coquantur in vino, & tantillo aceti, donec in formam pultis reducantur.

*Alterū*
- ℞. *Micæ* panis in lacte bubulo imbutæ, Olei rosati, Olei chamomillæ, Vitell. ouorū, ana q.s.
- *Croci* parum.

Fiat emplastrum.

*Tertium*
- ℞. *Rad.* althææ, Farinæ hordei, Farinæ fabarum, Farinæ lentium, ana q.s.

Coquantur cum sapa, vel lixiuio, deinde adde
- *Olei* rosati, & chamæmelini & anethini, Terebynthinæ, ana q.s. Croci parum. Fiat emplastrum.

*Valentioribus*: cuiusmodi est emplastrum

*Primum*
- ℞. *Micæ* panis in lacte bubulo maceratæ q.s.
- *Papaueris* albi q.s.
- *Opij* parum.

Contundantur optimè, & loco dolenti applicentur calidè.

*Alterum*
- ℞. *Farinæ* tritici ʒ.ij.
- *Succi* foliorum hyoscyami ʒ.iij.

Fiat puls, quæ calens applicetur.

*Symptomata*: quæ si quæ in nerui pūctura adfuerint, remouē da sunt. Sic

*Conuulsio* remouebitur, si protinus caput, collum, tota dorsi spina, & humerus atque axilla, si vulnus est in manu, vel pubes, & inguina, si vulnus est in pede, vel tibia, vel crure, oleo liliorum calenti, vel laurino, vel costino, vel spicato, vel oleo ex pulegio, vel oleo communi cui nonnihil castorei vel euphorbij additum fuerit, liniatur & foueatur.

*Inflammatio*, seu phlegmone

*Suppuranda* emplastro huiusmodi

*Primo*
- ℞. *Farinæ* orobi, Farinæ fabarum, & hordei, ana q.s.

Coquantur cum lixiuio & sapa, & modico aceti.

*Altero*
- ℞. *Lumbricorum* ʒ.ij.
- *Porrorum* tritorum ʒ.i.
- *Olei* communis q.s. Misce.

*Suppurata*, detergenda huiusmodi vnguento:
- ℞. *Farinæ* hordei, Farinæ fabarum, ana ʒ.S.
- *Farinæ* lupinorum, & orobi, ana ʒ.ij.
- *Pulueris* lumbricorum ʒ.i.
- *Vini* decoctionis, caudæ equinæ, ac prassij, ac matricariæ q.s. deinde adde
- *Mellis* rosati ʒ.ij.
- *Sarcollæ*, *Sagapeni* } in prædicto vino dissol. ana ʒ.i.

Fiat vnguentum.

*Putrefactio*, seu corruptio, tollenda vel
- *Causticis*: vt Aegyptiaco.
- *Ferro* candenti, &c.

De

# De Neruo cæsim vulnerato.

**Nerui cæsim vulnerati (& maximè per transuersũ)**

- **Cognitio**
  - *Causa*: videlicet Rei incidentis. Ex ægri sermone deprehenditur.
  - *Morbi*: videlicet Vulneris nerui — interdum:
    - *Dolor.*
    - *Læsio* sensus.
    - *Inflammatio*
    - *Febris*
    - *Conuulsio*, &c.
- **Curatio** suis indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat tum
    - *Pars* affecta. Sic
      - *Neruo* per transuersum vulnerato, sed non omnino dissecto, maior cõuulsionis metus impendet, quàm si totus præcisus esset: phlegmone scilicet à desectis fibris ad non sectas communicata & conuulsione: ab ipsis non sectis excitata. At si totus quidem neruus præcisus sit, metus præterea nullus instat, nec periculum vllum inde sequetur: debilis tamen particula manebit.
      - *Ligamentum* si id est, quod ab osse ad os permeat, ac duorum ossium est coniunctio, & maximè sine periculo est, & ipsum quibuslibet siccans medicamẽtis, nihil hominem offendes. Sin id quod in musculum se inserit, quanto est neruo & tendone minus periculo opportunum, tanto vtiq; , nisi ritè & diligenter curetur, reliquis ligamentis magis terrere debet.
    - *Symptoma*. Sic in neruorum vulneribus, si tumor apparuerit, & postea disparuerit, conuulsiones, ac delirij periculum immineat.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tum
    - *Causa* extranea, quæ (si inhæsit) priùs euellenda.
    - *Particulæ* læsæ substãtia, quæ conseruãda & ab ingruentibus iniurijs, videlicet phlegmone & cõuulsione, prohibenda. Prohibetur autẽ partim
      - *Victus* ratione decenti. Sic
        - *Venæ* sectione largiori, quàm in nerui punctura.
        - *Conuenit*
          - *Aer* temperatus.
          - *Quies.*
          - *Lectus* molliss̃imus.
          - *Inunctio* (*Inguinũ*, *Colli*, *Capitis*, *Spinæ*) cũ oleo plurimo & affatim perfundendo.
          - *Victus* tenuior.
        - *Nocet*
          - *Aer* (*Calidus.* *Frigidus.*)
          - *Motus.*
          - *Crapula.*
          - *Ebrietas*, &c.
          - *Aluus* astricta, &c.
      - *Morbus*: videlicet neruus transuersim præcisus, qui sui cõiũctionem indicat. (Priùs tamen cutis, si non satis pateat, ampliore diuisione aperienda est.) Vnitur autem partim
        - *Sutura*, qua vnà cum carne, si fieri possit, est reuniendus.
        - *Medicamentis*: cuiusmodi est
          - *Emplastrum*
            - ℞. *Lumbricorum* præparatorum ʒ.iij.
            - *Caudæ* equinæ ʒ.ii.
            - *Pulueris* betonicæ, Pulueris vrticæ, ana ʒ.i.
            - *Olibani* ʒ.iij.
            - *Carnium* lamicum q.s. ad vniendum: eoque vtere quatuor dies, & superpone aliquod glutinatorium, vt est sequens vnguentum.
          - *Vnguentũ*
            - ℞. *Centaurij* minoris, *Plantaginis*, *Cynogloss̃æ*, Piloselłæ, *Consolidæ* vtriusque, *Caudæ* equinæ, *Millefolij* — ana M.i.
            - *Vermium* terrestrium ℔.S.
            - *Olei* & vini optimi, ana ℔.i.S.
            - *Aceti* ʒ.iv. Terantur & septem dies macerentur, deinde adde seui arietis ℔.i. Picis, Resinæ, ana ʒ.iij. Coquantur ad aceti & vini consumpt. colaturæ adde ammoniaci, galbani, opopanacis in acet. dissol. ana ʒ.v. Terebynthinæ ʒ.i.S. Thuris, mastices, sarcocollæ, ana ʒ.iij. Croci ʒ.ij. Ceræ q.s. Fiat vnguentum.
      - *Symptoma*. Sic
        - *Sanguinis* profluuium sistendum est puluere restrictorio.
        - *Dolor* mitigandus: vt suprà dictum.
        - *Conuulsio* curanda. Itaque neruus totus transuersim est dissecandus, vel ferro candenti abscindendus, deinde oleum sambucinum vel terebynthinæ admouendum.
        - *Inflammatio* suppuranda, & supputata detergenda.
        - *Putrefactio* abscindenda est.

# De Vulneribus venarum,& arteriarum.




* pro-

- *Profluuium* sanguinis venarum & arteriarũ vulneratarum quoq. medicamentis sistitur, quorũ alia sistunt sanguinem qualitate
  - *Manifesta*: cuiusmodi est
    - *Emplastrũ*
      - *Primum*: ℞. *Thuris*, *Aloes* — ana partes æquales. Excipiantur albumine oui & pilis leporinis.
      - *Alterũ*: ℞. *Boli* armeni ℥.vj. *Terræ* sigillatæ ℥.ii. *Farin.* volatilis ℥.iii. *Gypsi*, Calcis viuæ, ana ℥.iiii. *Thuris*, Aloes, ana ℥.j. Fiat puluis, qui albumine oui excipiatur.
      - *Tertium*: ℞. *Calcis* viuæ, *Sanguinis* draconis, *Gypsi*, *Aloes*, *Thuris*, *Vitrioli* — ana partes æquales. Cum oui albumine & telis araneorum excipiantur.
    - *Puluis*
      - *Vnus*: ℞. *Boli* armeni, *Sanguinis* draconis, *Thuris*, *Aloes* — ana partes æquales. Fiat puluis.
      - *Alter*: ℞. *Lapidis* hæmatitis ℥. j. *Thuris*, Mastices, Boli armeni, Telæ araneorum, Gallarum viridium, Rarum exiccatarum, Gypsi, Fuliginis, Farinæ volatilis, ana ℥.ij. *Vitrioli* combusti, *Calcis* viuæ, *Tragacanthi* — ana ℥. iij. *Rasuræ* tergoris arietis vel hirci, chartæ papyraceæ, pilorum leporis, & bombacis, torrefactorum, ana ℥.j. *Stercoris* asinini ℥. S. Fiat puluis tenuissimus, qui seruetur vsui.
  - *Occulta*. Sic prodest puluis bufonum in fictili cooperto combustorum: qui sacculo conclusus debet venę, ex qua sanguis profluit, applicari longè à vulnere quatuor digitorum.

# De vulneribus Ossium.

- *Vulnus* ossis pellatur præcisio, ab ense, aut quopiã alio simili incidẽte, vel in profundum penetrante, facta. Huius
  - *Cognitio*
    - *Partis* affectæ: videlicet Ossis — *Totaliter*, *Particulariter* — præcisi. Visui manifesta.
    - *Causarum*: nimirum Rei — *Secantis*, *Pungentis* — ex ægri relatione intelligitur.
    - *Morbi*, scilicet Vulneris — *Visu* dignoscitur. *Profusio* sanguinis, *Dolor* vehemens, *Conuulsio*, *Syncope* — interdum.
  - *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare
    - *An* fieri queat, indicat tum
      - *Pars* affecta. Sic magna ossa, veluti est os, quod propriè Brachium & Humerus dicitur, vulgò autem os adiutorium, vtrunque focile, siue os tibiæ, maius inquam & minus, si tota fuerint præcisa, adeò vt medulla egrediatur, periculosum admodũ est, magna ex parte membrum, quod ita præcisum est, emoritur.
      - *Symptoma*. Sic erysipelas in ossis nudatione, malum.
      - *Aetas*. Sic — *Puerorum* ossa diuisa per se coalescunt. *Adolescentiũ*, *Iuuenum*, *Virorum*, *Senum* — ossa diuisa nunquam postea ad amussim & per se instaurari possunt, sed alterius ope, vt substãtiæ cuiusdam interuentu, ceu glutino quodam.
    - *Quid* fieri debeat. Vide in seqq. signum *.

- *Quid* fieri debeat, indicat tum
  - *Symptoma*, qd primò sui ablationem indicat. Sic
    - *Extranea*, & si quæ infixa sunt, & ossium frustula, si fieri possit, extrahenda. Summoperè tamen cauendum, ne aliquid ossis vulnerati subitò ac magna vi detrahatur, maximè cùm magna eius quantitas est educenda: nam si ita fiat, vix à fistula, conuulsione, delirio, febri, æger tutus erit. Proinde satius erit, extrahenda in aliud tempus relinquere, & interea medicamento trahenti naturã adiuuare. Si verò sine violentia ossium frustula extrahi possunt, præstiterit id in principio fieri, quàm tardius.
    - *Phlegmone*, febris, dolor, prohibenda, vel etiam si adsint, remouenda tum
      - *Venæ* sectione
        - *Euacuante.*
        - *Reuellente.*
      - *Victus* ratione tenui & frigida.
      - *Purgatione*, pro humore redundantium natura.
      - *Anodynis*, &c. si opus fuerit.
  - *Morbus*: videlicet Vulnus ossis, quod coniungendũ est. Cõiunctio autem hęc perficitur aut à
    - *Medico*, veluti ministro ipsius naturæ. Sic Medicus post frustularum ossium eductionem, distãtes inuicem partes in vnum adducat: & vt vnitæ seu coniunctæ remaneant, vulnus in carne acceptum profundioribus & fortioribus futuris consuat: turundamq; postea loco decliuiori admoueat, quã prius melle rosato, myrrha, & puluere glutinatorio illinat. Vulneri autem primis diebus puluerẽ etiam glutinatorium cum oui albumine apponat: & sequentibus diebus eundem puluerẽ misceat terebynthina, vel aliud ex glutinantibus medicamentis applicet. Os verò si denudatum appareat, puluerem vel vnguentum glutinatorium linamentis excipiat: eaque cum emplastris vel stupis, vel pannis lineis vino calenti imbutis admoueat. Cum os totum præcisum est, facta imprimis sutura, glutinatoria cum oui albumine primis diebus applicet, sequentibus verò pannos vino calenti imbutos, & fascia longa & lata iuxta membri magnitudinem ita partem inuoluat, vt vulneris locus apertus, emaneat, ne quotidie fasciam reuoluere cogatur: deinde ferulas addat, vt firmior sit ligatura. Hos autem fascias deliget, nec prius soluet, quàm vulnus percuratum fuerit: nisi tamen dolor vel pruritus, vel inflammatio ipsum ad id compellat.
    - *Natura*, facta scilicet coniunctione, aut per conglutinationem & similis substantiæ coalitum, vt in pueris, aut per alligationem, quæ fit callo supernato, quod diuisas partes instar vinculi medium ferruminat.

# De Capitis vulneribus, & contusione.

- *Vulneris* capitis
  - *Cognitio*
    - *Partis* affectæ: videlicet
      - CRANII fracti
        - *Casus* ab alto.
        - *Contusio* magna.
        - *Dolor.*
        - *Tenuitas* in cute tactu percepta
        - *Separatio* cutis ab osse.
        - *Humiditas* per fissuram pullulat, retento anhelitu.
        - *Apoplexia*, Vertigo, Vocis destructio.
        - *Sonus* raucus, percusso capite cum virga.
        - *Stridor* dentium filum retinentiũ, dum percutitur filum.
      - PIAE MATRIS
        - *Dolor.* Vertigo.
        - *Faciei* & oculorum rubedo.
        - *Oculorum* eminentia & obscuritas.
        - *Facies* pustulosa.
        - *Sanguinis* exitus per
          - *Nares.*
          - *Aures.*
          - *Palatum.*
        - *Loquela* difficilis.
        - *Febris*, Prostatio, Stupiditas, Vigiliæ.
        - *Appetitus* prostatus, Nausea, Vomitus, &c.
      - CEREBRI
        - *Sanies* crassa, globosa, & medullaris.
        - *Ratio* deprauata, si vulnus in anterioribus.
        - *Memoria* læsa, si in posteriori parte vulnus.
        - *Stupor.* Desipientia.
    - *Causæ*: scilicet Rei
      - *Secantis*
      - *Pungentis*
      - *Contundentis*

      ex ægri sermone intelligitur.
    - *Morbi*: scilicet
      - *Vulneris*: Manifesta.
      - *Contusionis.*
  - *Curatio* Vide in seqq. signum **

** *Vulne-*


Vulneris capitis curatio suis indicationib. perficitur. Quare
An fieri queat, indicatū
Pars affecta. Sic
Cranis fractura periculosa est.
Cerebri & piæ matris incisio mortalis.
Piæ matris corruptio lethalis.
Symptoma. Sic
Febris acuta
Spasmus. Tremor
Alienatio mentis
Syncope
Vocis abscissio
Rubedo & tenebrositas oculorum
timorosa & mortalia, præcipuè si maneant, & non remittantur.
Denigratio duræ matris, quæ non mundificatur cum melle, significat mortem.
Tumor magnus, præcipuè si citò euanuerit sine causa rationabili, malum.
Tumor paruus, & saniei bona digestio
Caro rubra in consolidatione cranij
bonum
Tēpus. Sic
In fractura cranij, terminus ad centum dies, vel, secundum alios, ac 46.
Fractura cranij in plenilunio est verenda.
Quid fieri debeat, indicatum
Symptoma, aliaque ex tranea curationem impedientia. Sic
Pili capitis prius abradendi.
Inflammatio si adfuerit, remouenda vel si non adfuerit, prohibēda. Quod fiet partim
Venæ Cephalicæ sectione, modò vires, ætas & alia non prohibeant.
Victus ratione conueniente. Sic
Conuenit
Aer temperatus, vel calidiusculus.
Alvus laxa, quotidie: hæc si non respondeat, suppositoriis vel clysteribus emollientibus irritanda.
Quies.
Cubatio ea in parte, qua minus dolet, donec pus genitum sit: deinde in parte affecta, vt facilius pus effluat, nisi dolor id prohibeat.
Victus tenuis, donec ab inflammatione ac reliquis accidentibus æger tutus sit.
Potus, aqua cocta.
Nocet
Aer frigidus.
Motus. Alui constipatio, &c.
Victus multus.
Cibus vapores in caput mittens.
Vinum, &c.
Medicamentis laxantibus, quæ mitiora, & iuxta humorum dominium exhibenda.
Dolor mitigandus est, vel albumine oui, vel vnguento de bolo, vel oleo rosaceo, supra & infrà vulnus positis.
Sanguinis profluuium sistendum, &c.
Morbus sui ablationē indicat. Sic
Vulnus in
Carne simplex
Sine substantiæ deperditione vniendum vel ligaturis, vel futuris, vt suprà dictum.
Cum substantiæ deperditione carne implendum, deinde ad cicatricem perducendum, vt suo loco dictum est.
Cranio
Incertum ac dubium, inuestigandum & perquirendum est. Itaque digitis tentandum, filo, palea. Quòd si adhuc dubium sit, neque vulnus satis hiet, illud nouacula magis aperiendum, idq; in formam literæ X, & cranium ea in parte detegendum, ac stupæ aceto imbuendæ, ad vitandum sanguinis profluuium. Cranio verò discooperto, vbi scissura apparet, sed incertum adhuc sit, num ea penetret, nēne, linamentum oui albumine cum puluere masticis imbuendum & applicandum: cumque postea inuisitur vulnus, aspiciendum, num linamentum sit aliqua in parte siccius: quod si ita, sit, id tibi erit penetrationis indicium.
Certum & manifestum: & vel
Exiguum, ita vt pus effluere nequeat, aperiēdum est, præsertim si ossium quoque fragmenta subsint, quæ menygem ledant, itaque cutem ad cranium vsque in formam literæ X, vel † scindes cranium eo loco discooperies, ac linamenta oui candido imbuta in sequentem diem admouebis, sequentiq; die modiolo craniū aperies. Ea verò in operatione vires an sint valentes, diligenter considerato: prognostico de futuro periculo prudēter vtitor: plenilunium maximè fugito: commissuras, quantum potes, caueto: in loco decliuiori, nisi quid obstiterit, craniū aperito: si magna est fractura, eam totā ne excindito, sed vt pus effluere possit, ossiumq; fragmenta detrahi satis tibi esto: quæcunque menygem lædere possunt, quā citò fieri potest, educito: si quid asperi fuerit, denticulari detrahito: eam operationem in tertium vel quartum diem ne transuerso, sed antequam febris, aliaque symptomata corripiant, perficito. Deinde vt in curatione magni in cranio vulneris, vt sequitur, procedito.
Magnum. Vide sequentibus signum A.
Contusio. Vide in signum B.
Pars affecta: nimirum caput, quod corroborandum est.

A. Vulnus

A. *Vulnus* in cranio magnũ, vt per id pus exire possit, nec modiolo seu trepano, nec serra opus habet ad dilatandum, sed abstergẽdum & consolidandum est. Verùm prius ossium fragmẽta, si quæ sunt, quæ menyngem læde re possent, quàm citò fieri possit, educenda: si quid asperi fuerit, detrahendum, postea verò vulnus curandum. Itaque vulnus in cranio

- *Primò* detergendum est: vel
  - *Melle* rosato, mixtò cum aqua vitæ, terebynthina, vel eius oleo cum puluere sarcocollæ, & granorum tinctorum.
  - *Linimento* huiusmodi:
    - ℞. *Mellis* rosati ʒ.ii.
    - *Farinæ* hordei ʒ.i.
    - *Sarcocollæ* ʒ.ii.
    - *Vitellorum* ouorum, Olei rosati, ana q.s.
    - Fiat linimentum.
  - *Melle* rosaceo, in quo sericum rubrum immergatur, atque inter crassam menyngem & cranium calidè admoueatur. Postea elychnia melle etiam imbuta superponantur: aliis autem partibus vulneris linamẽta digestiuo ex vitello oui & oleo rosaceo infecta applicentur. Si aliquod ossis fragmentum tam adhæreat, vt facilè detrahi non possit, oleo rosaceo erit perfundẽdum, vt facilius eruatur. Cum vulnus est in parte capitis superiori seu in vertice, non est futura opus: cum verò in lateribus, futura proderit. Solent multi pelle arietina, multisq; operimentis caput onerare, quod Hippocrati non placet: copia enim operimentorum capiti est oneri, calorem auget, ac transpirationem prohibet. Satis itaque erit, si ab aere frigido cerebrum non afficiatur. Elapsis duobus aut tribus diebus, ab vsu dictorum medicamentorum ad sequens vnguentum est transeundum.
- *Deinde* exicandum, incarnandum & consolidandum est: aut
  - *Vnguento* huiusmodi:
    - ℞. *Vnguenti* regis ʒ.iii.
    - *Mellis* rosati ʒ.i.
    - *Terebynthinæ* lotæ ʒ.S.
    - *Pul.* myrrhæ,
    - *Pul.* cort. thuris,
    - *Pul.* Sarcocollæ,
    - *Pul.* Ireos. ana ʒ.S. *Olei* hyperici parum.
    - Fiat vnguentum, quo linamenta imbuantur, semper tamen pannum sericum rubrum melli immersum inter crassam menyngem & cranium interponendum. Vbi menynx iam cooperta est, possumus vti sequenti puluere.
  - *Puluere*: tali:
    - ℞. *Rad.* aristolochiæ,
    - *Iridis* florentinæ,
    - *Corticis* thuris,
    - *Sarcocollæ*,
    - *Sang.* draconis, ana ʒ.i.
    - *Nucis* cupressi, Myrtillorum, ana ʒ.S.
    - *Centaurij* min. ℈.i. Coralli ℈.ii.
    - *Farinæ* orobi ʒ.i. Fiat puluis tenuissimus, qui admoueatur cum linamentis, & superponatur emplastrum de betonica, vel de caprifolio. Quòd si crassa menynx intumescat: & per foramen modiolo factum exeat: oleum de vitellis ouorum commodè ac vtiliter admouebimus, & pannum, vel spongiam imbutam decoctione rosarum, chamomillæ & meliloti. Verùm si caro supercrescat super menyngem crassam, apponatur alumen coctum, vel puluis mercurij, vel hermodactylorum, vel vnguentum apostolorum.

B. *Contusio*

- *Exigua*, & sine fractura cranij curanda, medicamentis leuiter discutiẽtibus, detergentibus, &c. cuiusmodi sunt
  - *Oleum* rosatum, quo caput prius rasum foueatur, & aspergatur puluere myrthi, altero autem die vtatur sequenti emplastro.
  - *Emplastrum*
    - ℞. *Pulueris* myrthi ʒ.i.
    - *Nucum* cupressi, Ros. Sumach, balaust. ana ʒ.ii.
    - *Olei* rosati, vel Chamomælini q.s. Fiat emplastrum: quod prodest etiam cum exigua cranij fractura, aut vbi eam subesse suspicamur: in qua satis est resoluere ac discutere, & sub finem, addideris squinanthum, absynthium, lentium & fabarum farinam optimum effeceris medicamentum, ad discutiendum & detergendum atque roborandum.
- *Magna*: atque cũ cranij
  - *Fractura*
    - *Incerta*, inquirenda est huiusmodi emplastro:
      - ℞. *Ceræ*, Thuris, Ladani, ana ʒ.ii. Terebynthinæ ʒ.i.
      - *Farinæ* fabarum, Aceti ana ʒ.ii
      - Fiat emplastrum, quod toti capiti raso applicetur: si adsit fractura, ea in parte emplastrum siccius apparebit.
    - *Manifesta*: curanda dictum.
  - *Depressione* tantùm, vt in pueris sæpissimè accidit, attollendum, eleuandum, & reducendum est, medicamentis attrahentibus: cuiusmodi est emplastrum
    - *Primum*
      - ℞. *Propoleos*, vel ceræ nouæ sordidæ ʒ.iii.
      - *Mellis* ʒ.iii. Lapidis magnetis ʒ.S.
      - *Lapidis* pumicis ʒ.iii.
      - *Absynthij*, cumini, sulphuris, ana ʒ.ii.
      - *Salis* ʒ.i. Furfuris P.i.
      - *Vini* optimi ʒ.iiii.
      - Misce, & fiat emplastrum, quod calens applicetur capite prius raso.
    - *Alterum*
      - ℞. *Mellis* ℔.S. Fermenti ℔.i. Furfuris ʒ.ii.
      - *Salis* ʒ.S. Cumini, Absynthij, ana ʒ.iiii.
      - Fiat emplastrum, quod geratur dies xv.
    - *Tertium*
      - ℞. *Centaureæ* in vino albo per noctem infusæ M. vi. Coquantur ad medias, & post colaturam coque iterum ad mellis crassitiem, de hoc accipe ʒ.iii. Lactis mulieris ʒ.ii.
      - *Terebynthinæ* ℔.i. Masticis ʒ.i. Resinæ ʒ.S.
      - *Thuris*, Gummi Arabici, ana ʒ.i. Ceræ nouæ ʒ.iii. Fiat emplastrum.
    - *Quartum*
      - ℞. *Terebynthinæ* part.ii.
      - *Ceræ* part.i. Liquefiant: postea diligenter cum aceto agitentur, altero die cape succi betonicæ part.ii. Verbenæ part.i.
      - *Lactis* mulieris q.s. Misce.

De

# De vulneribus faciei.

*Curatio* vulnerum faciei suis indicationib. perficitur. Quare quid fieri debeat, indicãtum

- *Symptomata*
  - *Imminentia*, quæ prohibenda. Sic phlegmone, seu inflammatio prohibebitur partim
    - *Chirurgia*: videlicet
      - *Venæ* sectione vel reuellente vel deriuante & euacuante, si nihil obstiterit.
      - *Cucurbitulis* cum scarificatu in vertebris colli affixis.
    - *Victus* ratione decenti. Sic
      - *Conuenit*
        - *Victus* tenuis.
        - *Quies*.
        - *Aluus* laxa, &c.
        - *Potus* aquæ coctę, &c.
      - *Nocet*
        - *Aer* frigidus.
        - *Motus* nimius.
        - *Cibus* copiosus
        - *Vini* meri potio.
        - *Aluus* adstricta, &c.
    - *Medicamentis* leuiter purgantibus, pro humorum redundantium natura exhibitis.
  - *Præsentia*, quæ remouenda. Sic
    - *Dolor* mitigandus.
    - *Profluuium* sanguinis sistendum.
    - *Inflammatio* curanda, &c.

*Morbus*: videlicet Vulnus, quod vniendum est. Verùm hîc magnopere venustati & pulchritudini faciei conseruãdæ erit studendum. Proinde in sutura frequentius erit acu pungenda cutis, filumq; ducendum, aut frequentiora & propinquiora sint suturæ puncta: sic enim firmiùs glutinabitur. Aut fiet sutura, quam siccam vocant. Interdum etiam cùm prima sutura non est satis firma, vulnerisque labia satis vnita non retinet, sed laxa est, posterior quoque est adden da. In locis motui dicatis, sutura fieri poterit acubus labia vulneris transfigentibus, ibique remanentibus, & filo infernè ac supernè circumuolutis. Turunda non est admouenda, nisi esset vulnus profundum, aut cum substantiæ ablatione. Medicamenta eadem hîc sunt profutura, quæ aliis vulneribus conueniunt. Quidam suturæ superponunt partes duas aquæ vitæ, & terebyntinæ, vnam, alij vtuntur vnguento de minio. Proderit semper iis faciei & aliarum partium vulneribus aqua glutinatoria, vel aliquod simile balsamum valenter siccans, &c.

# De Oculorum vulneribus.

*Curatio* vulnerum oculorum suis indicationibus perficitur. Quare

- *An* fieri possit, indicat pars affecta potissimùm. Sic oculorum vulnera sunt periculosa tum propter ipsum visum, tum propter cerebri vicinitatem. Cæterùm si effundantur humores, sequitur destructio oculi.
- *Quid* fieri debeat, indicãt tum
  - *Symptomata*
    - *Imminentia*, quæ prohibenda. Cum enim in eis dolor sit acerbus, inflammatio omnibus modis erit prohibenda. Prohibebitur autem partim
      - *Chirurgia*. videlicet
        - *Venæ* sectione reuellẽte, si nihil prohibeat.
        - *Cucurbitulis* ceruici affixis.
      - *Victu* tenui.
      - *Medicamentis*
        - *Purgantibus*, pro humorum redundantium natura administratis, si nihil obstiterit.
        - *Repellentibus*: cuiusmodi est
          - *Albumen* oui diutissimè cum aqua rosarum agitatum, fronti & temporibus applicatum.
          - *Collyrium* album sine opio cum oui candido & aqua rosarum mixtum, & eodem modo applicatum.
    - *Præsentia*. Sic
      - *Dolor* leniendus ac demulcendus est. Mitigat autem hunc lac cum collyrio albo, & mucilag. sem. cydoniorum extracta aqua rosarum.
      - *Sanguis* concretus in oculo ex ictu & contusione dissoluendus ac resoluendus est: ad quod valet lac muliebre cum albumine oui: vel sanguis columbi ex ala detractus, & calens instillatus post secundum aut tertium diem: aut medulla panis torrefacta, & vino rubro infecta.
  - *Morbus*: videlicet vulnus oculi, quod vniendum, detergendum & consolidandum est vel
    - *Linimento* huiusmodi
      - *Primo* ex melle virgineo, saccharo cando, thutia præparata, & aloe simul mixtis.
      - *Altero*
        - ℞. *Myrrhæ*, Sarcocollæ nutritæ in lacte, ana ℈. S.
        - *Thutiæ* præparatæ ℈.i.
        - *Mellis* parum.
        - Fiat linimentum. Quòd si de acrimonia æger queratur, misce aliquid albuminis oui & aquæ rosarum.
    - *Collyrio*
      - ℞. *Aquæ* rosarum ℥.ii.
      - *Syrupi* rosati solutiui ʒ.iii.
      - Fiat collyrium.

De

# De Vulneribus palpebrarum.

*Palpebræ* inciſæ cum cillis acu curua conſuantur: fiatque ſutura ſatis profunda & firma, quæque diu partes vnitas retineat, ne ob motum impediatur agglutinatio. In reliquis, quæ ſunt applicanda, aliorum vulnerum curatio obſeruetur.

# De Naſi vulneribus.

*Naſi* vulnerum curatio ſuis indicationibus abſoluitur. Quare

- *An* fieri poſſit, indicat pars affecta potiſſimùm. Sic ſi naſus
  - *Ex* toto ceciderit, amplius non poteſt reuniri. Vnitio enim in organicis eſt impoſſibilis.
  - *Non* ex toto fuerit inciſus, futura curari poteſt.
- *Quid* fieri debeat indicãt tum
  - *Symptomata*
    - *Imminentia*, quæ ne accidant, prohibenda. Sic Phlegmone prohibebitur, partim
      - *Victus* ratione conuenienti. Sic conuenit
        - *Aer* temperatus.
        - *Quies.*
        - *Aluus* mollis.
        - *Victus* tenuis, &c.
      - *Medicamentis*
        - *Purgantibus*, pro redundantium humorum natura exhibitis.
        - *Repellentibus* naſi ambitui admotis.
      - *Chirurgia*: videlicet vel
        - *Venæ* ſectione reuellente & euacuantes ſi nihil obſtiterit.
        - *Cucurbitulis* cum ſcarificatione, occipitio affixis.
    - *Præſentia*, quæ prius remouenda. Sic
      - *Dolor* mitigandus eſt.
      - *Sanguinis* fluxus ſiſtendus, &c.
  - *Morbus*, videlicet Vulnus, quod vniendum. Vniter autem commodè ſutura, quæ fit acu curua, ſi recta non probè adhiberi poſſit. Verùm ſutura ſatis profunda eſſe debet: id verò antequã fiat, partes digitis in nares immiſſis exactè & apoſitè ſunt accommodandæ: poſtea canula ex penna anſerina confecta, ſtupis eſt inuoluenda, & naribus ad reſpirationem immittenda. De vinculis & ligatura ait Hippocrates, qui præſtantiora vincula amant, ſine mente complura alia læduntur, atque adeo naſum. Deinde ait: ſi pars narium interior frangatur, reponatur immiſſo indice, vel ægrotantis, vel pueri, (mollibus ſiquidem manibus eſt opus) donec in ſuam ſedem reducatur. Quòd ſi index vel minimus immitti non poſſit, ſpecillum imponatur primo ſtatim die, vel paulò pòſt, quoniam hæc oſſa callo glutinantur & indurantur vndecima die, niſi corrumpantur. Exterius verò manu medici in ſedem naturalem reſtituantur. Conſtat itaq; naſo non poſſe commodam ligaturam applicari: ſed poſt futuram aqua glutinatoria, vel aliud eis generis, vel albumen oui cum puluere glutinatorio, de vulnere ſimplici dicto, apponendum: admouenda quoque puluilla externæ parti, interius autem turundæ.

# De Labiorum vulneribus.

*Labiorum* vulnera futuram decentem requirunt, ac eorum appoſitionem, quę glutinant: atque ob frequens ſputum, quod humectat, diligentius eſt exiccandum, & aſtringendum. Quare admodum erit vtile, locum ſemper fouere aqua glutinatoria, de vulnere ſimplici dicta, ligaturam huiuſmodi vulnera non admittunt, niſi ad retinenda medicamenta, quæ apponuntur, labiorum denique extrema exactè, & ad amuſſim reſtitui, æquiríque debent, ob formam decoram, quæ diligenter eſt conſeruanda.

# De Aurium vulneribus.

*Aurium* quoque vulnera futuram deſiderant, & valenter ſiccantia, aſtringentia, & glutinantia, cum pars illa ſit ſicca. Quodlibet autem vinculum, ait Hippocrates, auribus eſt inimicum, neque enim ita laxum circumdabitur: & ſi magis aſtringat, plurimum nocet: quandoquidem auris tota ſolo vinculo aſtricta dolet: pulſu vexatur, atque inflammatione. Optima medicina eſt interdum medicinam non facere, tum ad aurem, tum ad alia multa.

# De Colli vulneribus.

*Colli* vulnerum

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ: videlicet *Carnis*, *Venarum*, *Arteriarum*, *Gulæ*, *Aſperæ* arterię, &c. viſu percipitur.
  - *Cauſæ*: ſcilicet Rei
    - *Scindentis.*
    - *Pungentis.*
  - *Morbi.* Manifeſta.
- *Curatio.* Vide in ſequentibus ſignum A.

A. *Colli vulnerũ curatio* ſuis indicationibus perficitur. Quare

*An* fieri poſſit, indicat pars affecta potiſſimum. Sic
- *Si* neruus in collo incidatur, motus perit.
- *Vulnus* ad ſpinalem medullam pertingens, mortale, & incurabile. Si verò nõ peruenerit ad medullam, licet ſit curabile, timendum eſt propter læſionẽ neruorum orientiũ ab illa parte nuchæ de nocumento ſenſus & motus neruorũ & membrorũ, ad quæ delegantur nerui.
- *Vulnus* ad neruos recurrentes pertingens, raucedinem inducit.
- *Vulnus* venarum & arteriarum magnarum, periculoſum.
- *Vulnus* œſophagi, vel aſperæ arteriæ, periculoſum.

*Quid* fieri debeat, indicantum

*Symptomata*

*Imminentia*, quæ prohibenda. Sic Inflammatio prohibebitur partim
- *Venæ* ſectione reuellente.
- *Victu* tenui.
- *Medicamentis*
  - *Purgantibus*, pro redundantium humorũ natura adminiſtratis.
  - *Repellentibus*, partibus circumiacentibus appoſitis.

*Præſẽtia*, quę remouenda. Sic
- *Dolor* mitigandus eſt, ex oui vitello, & roſaceo.
- *Conuulſio* ſi ſuperuenerit, curanda eſt. Itaq; capitis pars poſterior, & colli vertebrę linãtur oleo chamæmelino, anethino, lumbrico: tũ, de terebynthina pinguedine gallinæ, & terebynthina. Plerumq; enim certa experientia cõprobatum, cùm terebynthinam, tum eius oleum ſæpè in iis, & brachiorum vulneribus, & dolorẽ demulcere, & conuulſionem remorari.

*Morbus* vnà cũ parte affecta. Sic colli vulnera in ſubſtantia carnoſa, ſeu muſculoſa: futurã tantùm deſiderãt, & vſum glutinantium. Si vulnera in venis, vel arteriis, ſiſtẽdus ſanguis, vel medicamẽtis dictis de ſanguine ſiſtendo, vel digitorum admotione, venæ vel arteriæ orificio: vt cuidã accidit, in vena externa iugulari vulnerato, qui familiariũ opera viciſſim vulneri digitum tres dies admouentium, ſanus euaſit: vel ſi fieri poſſit, vena vel arteria ſuatur. Si digitos admoueas venæ orificio, os illic cõtineas, donec grumus ſit factus. Ligatura hic locum non habet: collum enim ob venas, arterias, neruos magnos, ac ſpiritus tũ vitales, tũ animales conſtrictionẽ non patitur. Vulnus ſi fuerit in œſophago, vel aſpera arteria, futura quoq; requiritur: ac glutinantia ſunt admouenda: ore verò ſunt continenda Diaſymphyton, Diatragacanthũ, Diapapauer, & ſimilia. Si vulnus neruos attigerit, præſcripto victu tenui, reuulſionibus, catharticis, repellẽtibus admouẽdis ad vitandam inflammationem: vulnus fouendũ oleo roſaceo calenti: Anodino quoq; ex oui vitello & oleo roſaceo vtendum, donec ſit à dolore liber, & tutus ab inflãmatione. Poſtea quãdo pus aderit, huiuſmodi deterſorio vtendum. ℞. Mellis roſati ℥.iiij. Farinæ hordei ℥. S. Terebynthinæ ʒ. ij. Reſinæ ʒ. ij. Thuris, Maſticis ana ʒ.j. Myrrhæ, Sarcocollæ ana ʒ.S. ceræ ʒ. ij. Olei maſtichini, & Hyperici ana ℥. iij. Miſce & fiat vnguentum deterſorium, &c.

# De Humerorum Vulneribus.

*Humerorũ* vulnerũ curatio ſuis indicationibus abſoluitur. Quare

*An* fieri poſſit, indicat præcipuè pars affecta. Sic
- *Humerorum* vulnera, propter neruos ſuſpecta ſunt de amiſſione ſenſus & motus.

*Quid* fieri debeat, indicant tum

*Symptomata*

*Imminentia*, quę prohibenda, ne ſuperueniant. Sic ab inflammatione & dolore præcauebitur partim

*Chirurgia*, vi delicet
- *Venæ* ſectione partis oppoſitæ, ſi nihil impediat.
- *Cucurbitulis* cũ ſcarificatu, oppoſitæ parti affixis.
- *Frictionibus* / *Ligaturis* } partium oppoſitarum.

*Victus* ratione cõueniẽti. Sic proderit
- *Victus* tenuis.
- *Alvus* laxa.
- *Quies* brachij vulnerati.
- *Animi* quies, &c.

*Medicamentis*
- *Purgantibus*, proredundantiũ humorum natura adminiſtratis.
- *Repellentibus*, circumiacentib. partibus appoſitis.

*Præſentia*, quę remouenda. Sic
- *Extranea*, ſeu aliena, quæ in vulneribus continentur, priùs euellenda ſunt.
- *Dolor* mitigandus.
- *Reſolutio* curanda, vt ſuo dictum loco.

*Morbus*, ſcilicet Vulnus, quod vniendum eſt. Vnitur autem cõmodè futura, & medicamẽtis agglutinatoriis. Itaq; vulnus brachij profundè & firmiter ſuendũ eſt, ne brachij pondere futura facilè diſſoluatur, ac diſrumpatur, & glutinatio impediatur: proſpiciendum tamen, ne nerui acu pungantur: aqua glutinatoria ſuprà in curatione vulneris ſimplicis poſita, fouebimus: futuræ ſuperponemus albumen oui cum puluere reſtrictorio. Stupas imbuemus oui candido & oleo roſato, ac ſuperponemus: turundã digeſtiuo imbutam, ſi neceſſaria videbitur, in locum decliuiorem immittemus: ligatura conuenienti ac firma humeros circumuoluemus. Exacto tertio vel quarto die à primo apparatu, turundam terebynthina, myrrha & ſarcocolla imbuemus.

# De Brachiorum vulneribus.




# De Thoracis uulneribus.



A. *Quid* fieri debeat, indicant tum

- *Symptomata*
  - *Impendētia*, quę prohibēda. Sic dolor & inflāmatio prohibebūtur partim
    - *Chirurgia*: nimirum aut
      - *Venæ* sectione cubiti, partis oppositæ.
      - *Cucurbitulis*, natibus, & aliis partibus inferioribus admotis.
      - *Frictionibus* } extremorum.
      - *Ligaturis* } extremorum.
    - *Victus* ratione decenti. Sic cōuenit
      - *Quies*.
      - *Aluus* mollis.
      - *Cibus*
        - *Amygdalatum*.
        - *Hordeatum*.
        - *Passulatum*.
        - *Frigidus* & siccus.
        - *Tenuis*.
        - *Minimè* astringens initio, ne anhelitū difficilem reddat.
      - *Potus* aquæ coctæ.
    - *Medicamentis* purgantibus pro humorū redundātiū natura administratis, iisq; sumptis vel per
      - *Os*: vt
        - *Cassia*.
        - *Manna*.
        - *Diacatholicum*.
        - *Syrup*. ros. lax.
      - *Aluum*: vt sunt Clysteres emollientes.
  - *Præsentia*, quę remouenda. Sic
    - *Febris* curatur partim
      - *Venæ* sectione reuellente.
      - *Victus* ratione frigida & tenui.
      - *Medicamentis* purgantibus.
    - *Dolor* mitigatur, vel
      - *Epithemate*, ex decocto chamomillę, meliloti, anethi, sem. lini, fœnigræci, rosarum, si febris non adsit.
      - *Vnguēto* huiusmodi:
        - ℞. *Vnguenti* resumptiui ℥. iij.
        - *Vnguenti* dialtheæ ℥. ij.
        - *Pinguedinis* anseris } ana ℥. S.
        - *Ping*. anatis, gallinæ } ana ℥. S.
        - *Butyri* recent. olei amyg. ana ℥. j. S.
        - *Croci* parum, ceræ q. s.
        - Fiat linimentum, si febris adsit.
    - *Tussis* & anhelitus difficultas minuitur decocto huiusmodi:
      - ℞. *Hordei* mundi P. j.
      - *Glyzyrrhizæ* ℥. j.
      - *Quatuor* sem. ma. frigidorum ana ℥. S.
      - *Iuiubarum*, Passularum ana par. x.
      - *Penidiarum* ℥. ij.
      - *Sacchari* albissimi ℥. iii.
      - Coquantur diligenter in aqua hordei, vtatúrq; eo decocto frequenter, saltem manè & serò.
    - *Sanguis* in thorace concretus dissoluitur ex ʒ. j. rhabarbari, mumiæ ℈. j. cū aqua plantaginis potui datis.
- *Morbus*, videlicet Vulnus thoracis: quod sui ablationē indicās, variè pro varia sui differentia curatur. Sic Vulnus in Thoracis cauitatem
  - *Penetrās* (nulla tamen interna parte læsa)
    - *Sine* fractura costæ: atque vel
      - *Cum* fluxione sanguinis. Vide in seqq. sign. B.
      - *Sine* fluxione sanguinis in cauitatem: turunda immittenda filo alligata, ne cadat in cauitatē thoracis: sin minus, non est alliganda: quæ imbuetur oui albumine siue puluere agglutinatorio: ac superponentur stupæ eodem modo imbutæ: diebus verò sequentibus turunda inficietur digestiuo ex terebynthina, & oleo rosato. Deinde cùm pus apparuerit, ad detergēdū huiusmodi linimēto vtendū: quorum
        - *Primum*
          - ℞. *Mellis* rosati ℥. ii.
          - *Terebynthinæ* ℥. iij.
          - *Succi* apii — } ana ℥. j.
          - *Succi* plantaginis } ana ℥. j.
          - Coquantur modicè, postea adde vitellos num. ij.
          - *Farinæ* hordei } ana q. s.
          - *Farinæ* fœnigręci } ana q. s.
          - Fiat linimentum.
        - *Alterum*
          - ℞. *Mellis* ℥. j.
          - *Myrrhæ* } ana ʒ. S.
          - *Thuris* } ana ʒ. S.
          - *Sarcocollæ* } ana ʒ. S.
          - *Farinæ* hordei — } ana q. s.
          - *Farinæ* fœnigræci } ana q. s.
          - Fiat linimentum.
          - *Parti* externæ postea emplastrū Diachalcitidis apponendum.
      - *Cum* fractura: Oxycroceo emplastro apposito curandum, ita tamen vt vulneris locus apertus remaneat, per quem possit pus educi: cúmque medebimur, apponemus digitum fracturæ, ne loco moueatur costa: & ægro iubebimus vt tussiat, vt pus tussiendo meliùs expellatur.
    - *Non* penetrans, sed multùm hians sutura vniendum est, deinde detergentibus & glutinantibus curandum.

B.
*Vulnus* thoracis penetrãs sine fractura costæ, scilicet cũ fluxione sanguinis in cauitatem, retinendũ. est apertum: & si minus videbitur vulneris orificium, ipsum erit statim dilatandum, vt sanguini liber pateat exitus, & in thoracem facilè fiant iniectiones. Quo facto

*Primò* detergendũ. Itaq. syringa iniiciendum, vel *Mundificatiuum* huiusmodi, quorum
- *Primum*: *Vinum* calens. *Mellicratum*.
- *Alterum*: ℞. *Hordei* mundi, *Lentium* ——— ana P.ij. *Caudæ* equinæ M.j. *Ros* rub. P.S. Coquantur in æquis partibus aquæ communis & aquæ plantaginis cum modico succi mali punici ad tertias, colaturæ adde Sacchari ℥.ij. Syrupi ex infusione ros. ℥.iij. Croci ϑ.j.
- *Alterum*: ℞. *Rad.* gentianæ ℥. S. *Lupinorum*, *Lentium* ana ʒ.ij. *Plãtaginis*, *Agrimoniæ* ana M.S. *Thuris*, *Myrrhæ* ana ʒ.j. *Mellis* ros. parum. Coquantur in vino, & fiat iniectio.

*Deinde* post vulneris detersionem ad astringentia est properandũ: cuiusmodi balaustia, myrthus, acacia, hypocystis, mala cydonia, myrobalana, aqua rosarum, plantaginis, succus mali punici, & similia, ex quibus fiat decoctio, & iniiciatur. Astringentia etiam tunc ore sumenda, modò tussis non infestet, quæ eorũ vsu augeretur. Quòd si superioribus sanguis, vel sanies non educatur, qui super diaphragma corruerit, noua sectio est facienda inter quartam & quintam costam. In costarum longitudine nõ procul à spina dorsi, & si robustus æger videatur, poterit sectio in cauitatem vsq. penetrare: si verò debilis, vel non est sectio facienda, vel non ad cauitatem vsque, sed tantùm ad membranam succingentẽ costas.

# De Ventris vulneribus.

*Ventris* vulnerum

*Cognitio*

*Partium* affectarum

*Continentium*: videlicet ventris
- *Perforati*: *Vulnus* profundum, id quod specillo imposito deprehenditur. *Lapsus* vel *Intestinorum*, *Zirbi*, &c.
- *Nõ* perforati: *Visu* & tactu dignoscitur. *Lapsus* nullius rei.

*Contentarum*: videlicet
- *Omenti*: *Substantia* eius est sepositа & venis repleta. *Nigredo*. *Liuiditas*.
- *Intestinorum*: *Tenuium*: *Exitus* stercoris. *Vulnus* supra vmbilicum. *Crassorũ*: *Vulnus* infra vmbilicum. *Exitus* stercoris.
- *Ventriculi*: *Exitus* chyli. *Vulnus* in parte anteriori.
- *Hepatis*: *Exitus* sanguinis. *Vulnus* in parte dextra.
- *Lienis*: *Exitus* fæculentiæ. *Vulnus* in parte sinistra.
- *Renum*: *Effusio* sanguinis aquosi. *Vulnus* circa renes.
- *Vesicæ*: *Exitus* vrinæ. *Vulnus* circa pectinem.
- *Uteri*: *Vulnus* sub vmbilico. *Exitus* sanguinis.

*Causarum*: scilicet *Gladij*, *Ensis*, *Sagittæ* ex ægri relatione dignoscitur.

*Morbi*: nempe vulneris, Manifesta.

*Curatio* suis indicationib perficitur. Quare
- *An* fieri possit, indicat tum *Pars* affecta. Sic *Intestina*: *Crassa* faciliùs sanan ur. *Gracilia* difficiliùs sanan ur. *Ieiuna* insanabilia sunt. *Stomachus*, *Hepar*, &c. vix curatur.
- *Tempus*. Sic *Nisi* citò succurratur ad reducendũ, intestina, inflantur & flatibus implentur ab aeris frigiditate, & postea cum difficultate reducuntur. *Nisi* citò occurratur egressioni omenti, citissimè alteratur & corrumpitur.
- *Situs*. Sic circa medium ventris vulnera & suitiones, quàm circa latera sunt periculosiores & difficiliores.
- *Quid* fieri debeat. Vide in seqq. sign. A.

A. *Quid* fieri debeat, indicant tũ

- *Symptomata*
  - *Impendentia*: Sic inflammatio & dolor prohibendus: quod fiet partim
    - *Chirurgia*: videlicet
      - *Venæ* sectione reuellente.
      - *Cucurbitulis* parti oppositæ affixis.
      - *Frictionibus* } partium oppositarum.
      - *Ligaturis* }
    - *Victu* tenui.
  - *Præsentia*. Sic
    - *Dolor* mitigandus.
    - *Tumor*, seu bubo, curandus, vt suo loco dictum est.
    - *Tormina* ob intestinorum vulnera, remouenda: quod fiet, si ventrẽ vino fouebimus, in quo semen anisi & fœniculi, ac reliqua flatus discutientia, & chamomilla, & melilotũ, reliquaque anodina cocta fuerint.
- *Morbus* cũ parte affecta, scilicet vulnus vẽtris
  - *Non* penetrans, quod vniendum. Vnitur autem tum ligatura, tum situra, tũ medicamentis glutinatorijs, vt in vulneribus carnosis dictum.
  - *Penetrãs* ad interiora, videlicet
    - *Omentum*, quod vniendum, & loco suo restituendum. Sic omentum, si per vulnus prosiliat, filo ligãdum: quod prominet, est proscindendum, ac cauterium applicandum ad ligaturam vsq; deniq; loco restituendum, ita tamen vt filum etiã extra ventrẽ pendeat, vt post escharæ casum ipsum quoque cadat. Quidã cauterio non vtuntur, nam quod corruptum est, vnà cum filo processu tẽporis commodè potest educi. Posteaquam omentum intrò est re nissum & loco suo restitutum, externa ventris labia sunt vnienda, & consuenda hac quidem ratione, vt vnius partis punctura sit superior: alterius verò punctura inferior.
    - *Intestina*, quæ vniendũ & cõglutinandũ est: quæ fiet partim
      - *Chirurgia*. Sic intestinum si prosiliat, primò quidem abluendũ est vino, in quo absynthium, chamomilla, melilotum, anethum, & rosæ fuerint coctæ. Deinde intestinum suendum pellionum sutura: vtraq; autem fili pars extra ventrem promineat, & pendeat, vt glutinato vulnere possit retrahi. Cumq; intestinum consutum fuerit, respergatur mastiche, vel altero puluere astringente & glutinatorio. Nonnunquam intestinum quidem nõ est læsum, sed extrà prominet, statimq; intumescit, subortis in eo flatibus, adeò vt in ventrem remitti non possit: tũmq; primò fouendũ vino, in quo coxerint anisum, fœniculum, cuminum cum melle: aut catellum vel colũbam, vel gallinam mediam diuides: ac puluere ex discutientib. flatus resperges, & intestino tumenti admouebis. Si verò flatus ita discuti non possint, nec intestinum suo loco restitui: vulnus est dilatandum obtuso ferro, vt magis intestina non lædat, tandémq; intestinum remittendũ. Quo facto, ventris labia vnienda & cõsuenda sunt, vt suprà dictum.
      - *Victus* ratione tenui, exiccante, astringẽte & glutinante: cuiusmodi sunt iuscula adstringentia, vt aqua chalybeata: in iisq; dissoluetur mastiche ad ʒ.j.
      - *Medicamentis* extergentibus & glutinantibus: cuiusmodi est clyster
        - *Primus* ex iure capi, vel intestinorũ & extremitatũ verucis: in quo hordeũ, chamomilla, anethum, & furfur coxerint, in iisque mel ros. & vitelli ouorum dissoluendi.
        - *Alter* astringens & glutinãs, vel ex vino austero & ʒ.j. pulueris adstrictorij ad intestina roborãda, præsertim si vulnus in crassis intestinis constiterit.
    - *Hepatis*, Lienis, Ventriculi, vesicæ, vteri: quorũ curatio non differet à iam dictis, nisi quòd partes illę sunt perpetuò propter necessarias actiones confirmandæ: faciliùs tamen vẽtriculo quàm cæteris, tam assumptis, quàm admotis, medebimur: quæcunq; assumuntur, maiorem vim habebũt in vẽtriculo læso, quàm in hepate, & liene, ob viæ longitudinem, & rei assumptæ alterationem.

# De Crurum ac Tibiarum vulneribus.

*Crurum* & tibiarum vulnerum curatio suis quoq; indicationibus perficitur. Quare

- *An* fieri possit, indicat pars affecta potissimùm. Sic vulnera genuum, & cauillarum, sunt periculosiora: quia maiorem ossium, ligamentorũ & neruorum infiltrationem habẽt: & quia sunt in profundiori & inferiori loco, ad quem humores descendere sunt procliues.
- *Quid* fieri debeat, indicãtum
  - *Symptomata*
    - *Imminentia*, quæ prohibenda. Sic inflammationi occurretur partim
      - *Chirurgia*, videlicet
        - *Venæ* sectione reuellente.
        - *Cucurbitulis*.
        - *Ligaturis* } partium oppositarum.
        - *Frictionibus* }
      - *Victus* ratione tenui. Quiete.
      - *Medicamentis* purgãtibus per vomitũ, & nequaquã per aluũ.
    - *Præsentia*. Sic
      - *Dolor* leniendus.
      - *Phlegmone*, seu inflammatio, curanda, vt suo loco dictum.
  - *Morbus*, scilicet Vulnus: quod vniendum, sicuti de humerorum & brachiorũ vulneribus dictũ est. Tandem fiat ligatura repellens, ne humores tam facilè in partem procumbant. Fit autẽ fascia ab altero tãtùm principio reuoluta, incipitque ab inferiore parte membri laborantis, arctior esse debet. Ab hinc ad superiorem partem facta circumuolutione, eam paulatim soluendo dispensatur, &c.

# De Vlcerum differentiis.




# De Vlcere simplici.



* *Quid* fieri debeat, iudicat tum
- *Causa* morbi
  - *Antecedens*: scilicet humor influens: qui euacuandus: & vel à termino,
    - *A quo* fluit, siue toto, siue parte, euacuandus partim
      - *Venæ* sectione, si vires, ætas & reliqua consentiant.
      - *Victus* ratione, pro redundantium humorum, & temperamenti natura, administrata.
      - *Medicamentis* purgantibus, pro humorum natura exhibitis, & tabulis de Tumoribus explicatis.
    - *Ad* quem fluit. Sic
      - *Attractus* reuellendus vel
        - *Venæ* sectione reuellente.
        - *Cucurbitulis*, oppositis partibus affixis.
        - *Ligaturis*, *Frictionibus* partium oppositarum.
      - *Transmissus* repellendus, vnguento ex bolo armeno, aut similibus, suprà de Tumoribus dictis.
  - *Coniuncta*: scilicet *Intemperies*, dolor, *Tumor*, contusio, *Carnis* excrescentia, *Duritie*, &c. — Vide in seqq. in Curatione symptomatum.
  - *Morbus*: scilicet vlcus, quod Vulnerum concauorum more sanandum.
- *Symptoma*: nempe vlcus cũ *Intemperie*, dolore, *Tumore*, contusione, *Carnis* excrescentia, *Duritie*, carie, &c. — Vide in sequentibus.

# De Vlcere cum intemperie.

*Vlceris* cum intemperie iuncti
- *Cognitio*
  - *Symptomatis*: scilicet Intemperiei
    - *Calidæ*: *Calor*, *Rubedo*, *Auxilium* à frigidis.
    - *Frigidæ*: *Color* albidus, *Rubor* leuis, *Auxilium* à calidis.
    - *Humidæ*, *Siccæ*: Manifesta.
  - *Morbi*, Vlceris: Manifesta.
- *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare quid fieri debeat, indicat
  - *Primò* symptomatis: scilicet Intemperies
    - *Calida*
      - *Materialis*: quæ euacuanda partim
        - *Sanguinea*: quæ euacuanda partim: *Venæ* sectione, si nihil obstiterit. *Victus* ratione tenui & refrigerante. *Medicamentis* refrigerantibus.
        - *Biliosa*: cuius *Quantitas* euacuanda medicamentis purgantibus bilem. *Qualitas* contemperanda medicamentis refrigerantibus.
      - *Immaterialis*: quæ refrigerãda partim
        - *Victus* refrigerante.
        - *Medicamẽtis*: cuiusmodi sunt
          - *Vnguentum* vel: *Album*, rubrũ cum caphura. *Ex* pompholyge. *Ex* plumbo, ceruſſa.
          - *Aqua* rosarum.
          - *Succus* solani, semperuiui, &c.
    - *Frigida*, quæ cõtemperanda partim
      - *Victus* ratione excalfaciente.
      - *Medicamentis*
        - *Purgantibus* pituitam, si redundauerit.
        - *Refrigerantib.* cuiusmodi est *Fomentũ* vel ex
          - *Vnguentum* dialtheæ citrinum.
          - *Vino* solo calenti.
          - *Decoctio* *Absynthij*, mẽthę, hyssopi, *Pulegij*, calamenthi. (pi. *Origani*, rorismarini.
          - *Lixiuio*.
    - *Humida*: quæ contemperanda partim
      - *Victus* ratione exiccante.
      - *Medicamentis* exiccantibus: cuiusmodi est vnguentum
        - *De* pompholyge.
        - *De* plumbo, de ceruſſa.
        - *De* gratia Dei.
        - *Diachalcitidis*.
    - *Sicca*, quæ cõtemperanda partim
      - *Victus* ratione humectante.
      - *Medicamentis* humectantibus: cuiusmodi sunt
        - *Vnguentum* *Basilicum*, *De* pice, *Diachylon* — quæ dissoluantur oleo: cuius ℥.j. adde pul. ros. ʒ. j.
        - *Fomentum* aquæ calidæ.
  - *Deinde* morbus: scilicet vlcus
    - *Purulentum*: *Crudum* (hoc est cum pure crudo) digerendum. *Coctum*, mundificandum.
    - *Cauum*, carne replendum.
    - *Repletum*, agglutinandum, seu ad cicatricem inducendum.

# De Dolore cum vlcere.



# De Vlcere cum tumore.




# De Vlcere Contuso.

*Vlcus* contusum indiget humectantibus, ac pus generantibus, vt pulte ex farina tritici, oleo & aqua coctis: aut triticum aqua calida diutissimè maceratum & coctum applicetur: aut radice altheæ & caricis simul coctis ad mellis crassitiem: cum farina triticea fiat emplastrum. Deniq; recurrere ad curationẽ vulneris contusi.

# De Carnis excrescentia in vlcere.




De Vl-

# De Vlcere decolore, & labiorum duritie.




# De Vlcere cum ossis carie.




** Caries

** *Caries* parua & profunda tollenda partim

- *Inſtrumentis* chirurgicis: ſcilicet cauterio ignito. Deinde poſt vſum primi cauterij, caries, vt faciliùs decidat, terebra erit multis foraminibus aperienda, vſq; ad os ſanum & integrũ, donec cruoris aliquid appareat: in eaq; foramina, demittenda cauterio, vt os ſiccetur optimè: vel ea erunt aqua forti inplenda: hoc enim modo os exiccabitur, ac paulatim cariem expellet. Sub eaq; carnem generabit natura, ne ſanũ os externo aere iterum corrumpatur: deniq; caries excidet, & nullus aut exiguus humor inde poſtea effluet. Poſt applicatum cauterium, tribus primis diebus, vt eſcha ra decidat, roſaceum calens cum oui albumine infundendum: aliis tribus diebus ſequentibus digeſtiuum ex oui vitello & roſaceo, deinde butyrum cum melle.
- *Medicamẽtis*: cuiuſmodi ſunt
  - *Aqua*
    - *Prima*: Rx. *Rad.* ariſt. vtriuſque, iridis, ana ʒ.j.S. Centaurij minoris ʒ.j. S. *Agarici* ʒ.iij. Symphyti M.j. Hyperici, pedis columbini, ana M.j. *Herbæ* Roberti M.j. Cort. pini ʒ.ij. Roſ. rub. P.S. Anthos P.S. *Mellis* roſ. ʒ.iij. Irrorentur omnia vino albo, & diſtillentur alembico plumbeo.
    - *Altera*: Rx. *Aquæ* vitæ ter diſtillatæ, aquæ roſarum, ana ʒ.iij. *Sublimati* ʒ.j. Coquantur lento igne vſque ad ſublimati diſſolutionem, & in vitro ſeruetur.
  - *Puluis*: Rx. *Ariſt.* rotundæ, cort. pini, ana ʒ.iij. *Rad.* peucedani, & arundinis, ana ʒ.ij. *Agarici*, tartari, ana ʒ.j.S. Euphorbij ʒ.j. Fiat puluis.
  - *Emplaſtrum*: Rx. *Cort.* ouorum, oſſium humanorum, & panni combuſtorum, ana ʒ. ij. *Rad.* peucedani, lumbricorum pul. ana ʒ.S. *Emplaſtri* de gratia Dei, diachylonis, picis naualis, ana ʒ.ij. Fiat emplaſtrum.

# De Vlceribus malignis, quæ Cacoethe vocantur.

*Malignorum*, & difficulter cicatricẽ recipientiũ vlcerum

- *Cognitio*
  - *Cauſarum*
    - *Antecedentium*: ſcilicet
      - *Plethoræ*. Signa plenitudinis.
      - *Cacochymiæ*. Signa vitioſi ſucci.
      - *Vitij* hepatis, vel lienis. Signa hepatis, vel lienis affecti.
    - *Continentium* ſcilicet
      - *Intemperiei*.
      - *Duritiei* labiorum.
      - *Varicis*. &c.
  - *Morbi*: nempe Vlceris contumacis, ſeu chyronij, ſeu cacoethes
    - *Labia* calloſa & tumentia.
    - *Sanies* tenuis.
    - *Odor* malus.
    - *Inflammatio* nulla.
    - *Dolor* modicus.
    - *Non* ſerpit.
    - *Cicatrix* interdum tenuis inducitur, deinde iterum rumpitur, vlcuſq; renouatur, & maximè in pedibus & cruribus.
- *Curatio* ſuis indicationib. perficitur. Quare
  - *An* fieri poſſit, indicãt tum cauſæ antecedentes, tum continentes. Siquidem ſi malignis & contumacibus vlceribus mederi velis, neceſſe eſt cauſas, quæ illa creant, primùm ſummoueas, atque abſcindas: deinde maligni ipſius vlceris curationem aggrediaris.
  - *Quid* fieri debeat, indicat tũ
    - *Cauſa*
      - *Antecedẽs*: ſcilicet
        - *Plethora*, quæ euacuanda eſt & vel à termino,
          - *A quo* fluit, ſiue toto, partim
            - *Venæ* ſectione.
            - *Victu* tenui.
          - *Ad* quem fluit. Sic
            - *Attractus* reuellendus aut
              - *Venæ* ſectione reuellente.
              - *Cucurbitulis* contrariis locis affixis.
              - *Frictionibus* / *Ligaturis* } partiũ oppoſit.
            - *Tranſmiſſus* repellendus, & qui iam parti inhæret, & infixus eſt, diſcutiendus medicamentis repellentibus & diſcutientibus ſine mora dacitate, vt deinceps in morbi cura ſequtur.
        - *Cacochymia*, q̃ euacuanda eſt partim
          - *Victus* rõe accõmodata. Sic
            - *Cibus* ſit in eorum vſu, qui ſuccum laudatum, humoreſq; bonos pariat, & humori, qui vlcus fouet, aduerſetur.
            - *Potus*, aqua guaiaci.
          - *Medicamentis* purgantibus, pro redundantium humorum natura.
        - *Vitium* hepatis, vel lienis, vel ventriculi, quibus priùs prouidendum, deinde ad vlceris curam veniendum.
      - *Continens*. Sic
        - *Intemperies* atq; partis imbecillitas, antequam ad vlceris curationem accedatur, corrigenda, vt ſuprà dictum.
        - *Durities* labiorum priùs emollienda, vt antea dictum.
        - *Varices* priùs tollendi, vt ſuo loco dictum, deinde mox vlcus ſanandũ.
    - *Morbus* Vide in ſeqq. ſign. B.

B. *Morbus*

B. *Morbus*, ſcilicet vlc⁹ cacoethe, ſui curationem indicat. Curatur autem medicamentis topicis, iiſq; exhibitis ſecundū

*Qualitatē* contrariā: ſcilicet exiccantem ſine mordacitate. Id autē commodè efficiunt repellentia & diſcutientia. Siquidem quod influit, reprimere, qd verò iam parti inhæres atque infixū eſt, diſcutere oportet: cuiuſmodi ſunt

*Simplicia*: vt
- *Terra* lemnia.
- *Cadmia*.
- *Chalcitis* vſta, & lota, & cum aceto trita.
- *Ariſtolochia*.
- *Cortex* rad. capparis.
- *Malicorium*.
- *Vitrum* combuſtum.
- *Cort.* rad. panacis.
- *Sarcocolla*.
- *Teſtæ* piſcium vſtæ.
- *Antimonium*.
- *Diphryges*.
- *Plumbum* vſtum & lotum.
- *Squama* æris.
- *Squama* ferri.
- *Scoria* plumbi.
- *Aerugo* raſilis vſta & lota.
- *Aluminis* omne genus, &c.

*Cōpoſita*: & vel

*Aqua*
- ℞. *Succi* agrimoniæ, *Succi* ſolani, *Succi* plantaginis ana ℔.S.
- *Vini* albi ℥.iiij.
- *Aluminis* crudi ℥.iij.S.
- *Auripigmenti* ∋.S.
- *Albuminum* ouorum n.vj.

Agitentur ſimul & deſtillentur, qua vlcus bis quotidie lauetur, & foueatur.

*Vnguentum*

*Primum*
- ℞. *Olei* roſati ℥.vj.
- *Ceruſſæ* ℥.iij.
- *Lithargyri* auri, lapidis calaminaris, ana ℥.j.S.
- *Thutiæ* præparatæ, boli armeni, ana ℥.j.
- *Caphuræ* diſſ. in aqua roſ. ʒ.ij.
- *Olei* de papauere ℥.ij.
- *Ceræ* albæ, q.ſ. Fiat vnguentum.

*Alterum*
- ℞. *Olei* roſati, & myrthini, ana ℥.ij.S.
- *Succi* ſolani, *Succi* plantaginis, *Succi* ſemperuiui ana ℥.j.S.
- *Seuū* hircini, & vitulini, ana ℥.ij.
- *Pinguedinis* ſuillæ ℥.iij.
- *Aluminis* crudi, calcis tertiò extinctæ & lotę, ana ʒ.vj.
- *Malicorij*, *Balauſtiæ*, *Myrobalanorum* citrinorum ana ʒ.vij.
- *Aeruginis* raſilis ʒ.v.
- *Scoriæ* ferri ʒ.x.
- *Sarcocollæ* ʒ.ij.

Contuſa omnia & ſimul mixta infundantur diei integrum, bulliant modicum, adde
- *Lithargyri* vtriuſque, ana ʒ.x.
- *Ceruſſæ* ʒ.vj.
- *Plumbi* vſti ʒ.v.
- *Antimonij* ℥.j.
- *Caphuræ* ∋.j.
- *Ceræ* q.ſ.

Agitentur ſimul in mortario marmoreo. Poſſumus quoq; miſcere argenti viui ℥.j.

*Emplaſtrum*
- ℞. *Diphrygis* denarium pondo quatuordecim.
- *Argenti* ſpumæ denarium pondo quadraginta.
- *Ceræ* denarium pondo quinquaginta trium.
- *Olei* myrthini pondo vnciæ decem.

Fiat emplaſtrum.

*Quantitatem* debitam, quæ pro vlceris natura, & corporis habitu & diſpoſitione augenda, vel minuenda eſt. Siquidem vlcera maligniora, ac corpora duriora ac robuſtiora, valentiora remedia: minus verò maligna vlcera, & molliores ac delicatiores corporis habitus, imbecilliora expoſtulant.

# De Vlcere verminoſo.

*Ad* vermium in vlceribus generationem prohibendam, humiditatem & putredinem, ex quibus generantur, tollas oportet. Vermes verò interficies ſuccis vel decoctis abſynthij, eupatorij, centaurij, marrubij, & ſimiliū medicamentorū amarorū. Idem efficit ſuccus foliorum & florum perſici: ipſa quoque tria & admota. Vel ℞. Olei de abſynthio ℥.ij. Succi abſynthij ℥.vj. Pul. cumini, dictamni, aloes, ana ℥.ij. Ceræ q.ſ. Coquantur ad emplaſtri craſſitiem, quo vti poteris, quacunque in parte ſint vermes. Mille folium quoque laudatur ad vermes enecandos, tam in brutis, quàm hominibus, cuius datur ʒ.j. in vino ad vermes ventris occidendos, idque pueris, grandioribus verò maior datur quantitas. Iniectiones eædem fiunt ad vermes aurium occidendos.

De Com-

# De Combustione.

*In* combustione ratio habenda tũ

- *Ardoris*, qui restringendus est, quod fiet partim
  - *Victu* tenui.
  - *Medicamẽtis* refrigerantibus: cuiusmodi sunt
    - *Aqua* vel *Rosarum* / *Solani* / *Endiuiæ* — cum oui albumine diu agitata, addito aceto pauco.
    - *Linimentum*
      - ℞. *Butyri* recentis, vel olei sæpe loti ʒ. iii.
      - *Vnguenti* populeonis ʒ. j. S.
      - *Ouorum* num. ii.
      - Misce, & fiat linimentum.
    - *Vnguẽtũ*
      - *Primum*: vt vnguentum album & rubrum cum caphura, albumine oui & aqua rosarum.
      - *Alterum*
        - ℞. *Olei* nucum cocti ʒ. ii.
        - *Ceræ* ʒ. S.
        - Agitentur simul.
      - *Tertium*
        - ℞. *Vnguenti* albi cũ caphura, vnguenti populeonis, ana ʒ. ii.
        - *Mucilag.* sem. cotoneorum in aqua ros. extractæ ʒ. i. S.
        - Fiat vnguentum.
      - *Quartum*
        - ℞. *Calcis* lotæ ʒ. i.
        - *Ceræ* albæ ʒ. i. S.
        - *Olei* rosarum ʒ. iiii.
        - *Sterc.* columbini vsti ʒ. ii.
        - *Aquæ* ros. ʒ. i.
        - *Albuminum* ouorum n. i. Misce.
- *Vlceris*
  - *Sordidi*, quod detergẽdum hui usmodi vnguento:
    - ℞. *Terebynthinæ* lotæ in decocto hordei ʒ. ij.
    - *Syrupi* ros. ʒ. iij
    - *Myrrhæ*, Aloes, ana ʒ. i.
    - *Farinæ* hordei q. s. ad crassitiem.
  - *Caui*, quod replendũ est vnguento huiusmodi:
    - ℞. *Olei* rosati ʒ. viii.
    - *Olei* ouorum ʒ. ii.
    - *Vitri* albissimi tenuissimè triti ʒ. i.
    - *Cort.* medii sambuci M. i.
    - *Ceræ* albæ ʒ. i. S.
    - Coquantur simul, & fiat vnguentum.
  - *Repleti*, quod ad cicatricem perducendum tali vnguento:
    - ℞. *Diachylonis* communis ʒ. ii.
    - *Vnguenti* populeonis, Olei rosati, ana ʒ. iii.
    - *Mucilag.* sem. cotoneorum in aqua ros. extractæ ʒ. iiii.
    - *Vitell.* ouorum. num. ii.
    - Fiat vnguentũ. Inducta cicatrice quotidie ipsam oleo de vitellis ouorum oblinire conuenit.

*De vlceribus Capitis.*

# De Achore, seu Tinea, & Fauo.

*Achores*, quos alii Tineã appellant, sunt vlcera capitis manãtia, tenuissimis foraminibus perforata: Faui verò sunt vlcera amplis foraminibus, quibus humor crassitudinem mellis referens, sicut in apium fauis, continetur. Huius

- *Cognitio*
  - *Causæ*: videlicet Nitrosæ & salsæ pituitæ
    - *Victus* ratio praua, & ciborum acrium.
    - *Cruditas.*
    - *Crapula*, &c.
  - *Morbi*: scilicet TINEAE
    - *Pruritus* / *Vlcera* / *Sanies* — in capite.
    - *Scabies* crustosa cum squamis, in capite.
    - *Odor* fœtidus, &c.
- *Curatio* indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat tempus potissimùm. Sic
    - *Recens* difficulter — cura tur.
    - *Antiqua* aut
      - *Nunquam* — cura tur.
      - *Aegrè* — cura tur.
  - *Quid* fieri debeat, Vide in sequentibus signum A.


A.
Quid fieri debeat, indicatum
Causa morbi: videlicet humor salsus & nitrosus, qui sui indicat ablationem. quod fiet partim
Chirurgia. Sic plenitudine sanguinis apparente, & ætate non repugnante, phlebotomia faciendi est; vel cucurbitulæ cum scarificatu occipitio affigendæ.
Victus ratione ordinata secundum
Qualitatem cõtrariam: nimirum refrigerantẽ & bonum sanguinem generantem. Sic
Convenit
Exercitatio moderata.
Fricti o mediocris crurum.
Alvus laxa natura, vel clysteribus mollibus.
Cibus boni succi: vt caro
Gallinarum.
Pullorum.
Caponum.
Pauonum Indorum.
Veruecina.
Vitulina, &c.
Potus vel
Aqua cinnamomi.
Vinum album, dilutum.
Nocet
Ira.
Crapula.
Cibus
Salsus.
Acris.
Crassus ac glutinosus.
Quantitatem debitam. Sic cibus competit tenuis.
Medicamẽtis exhibitis secundum
Qualitatem cõtrariam: & vel humoris
Qualitati: videlicet præparatem. Sic concoquit
Oxymel simplex.
Oxymel scillinum.
Syrupus acetosus.
Oxysaccharum, &c.
Quantitati: scilicet purgantem
Vniuersaliter: vt sunt
Cassia.
Diacatholicum.
Confectio Hamech.
Electuarium de succo ros.
Pilulæ
Aggregatiuæ.
Sine quibus, &c.
Particulariter: per
Os:
Nares:
vide in Alopecia.
Quantitatem conuenientem. Sic pro ratione ætatis & virium frequenter & fortiter, vel minus, vel nullo modo purgandum.
Morbus, seu Tinea, qui sui ablationem indicat. Tollitur autem medicamentis detergentibus, discutientibus & reprimentibus. Atque horum alia
Simplicia
Humida
Olea: vt Oleum
Rosarum. De serpentibus.
Myrthinum. De frumento.
Citoniorum. De nucleis persicorum, &c.
E salicibus. Amygd. amar.
Iuniperinum. Fraxinutum.
Liquores
Acetum.
Lixiuium.
Vrina, Muria.
Succi: vt Succus
Rubi.
Plantaginis.
Fumariæ, Borraginis.
Scabiosæ.
Parietariæ.
Betæ, Anagallidis.
Enulæ, Ireos.
Aristolochiæ.
Sambuci, Ebuli.
Absynthij, Marrubii.
Cucumeris agrestis.
Centaurij minor. &c.
Axungiæ
Vrsi, Talpæ.
Lupi, Anseris.
Cuniculi, &c.
Arida
Sulphur, Cinabrium.
Sal torrefactum, Alumen.
Arsenicum, Aerugo.
Spuma argenti.
Chimolia terra.
Pompholyx, Myrrha.
Acacia, Thus, Malicorium.
Cortex pini.
Baccæ lauri & folia.
Fol. myrthi, Farina lupinorum.
Farina oleacea, Lentium.
Fœnugræcum. Adiantum.
Rosæ, Folia rutæ, &c.
Composita. Vide in seqq. signum *

* Medi-

*Medicamẽtis cõpositis tollitur Tinea: vt est vnguentum*

*Primum*
℞. *Succi* borraginis.
*Succi* scabiosæ.
*Succi* lapathii acuti.
*Succi* ireos, ana ℥.ii.
*Fæcis* olei veteris ℥.iij.
*Aceti* q.s.
Bulliant simul omnia, deinde subducto igne, misce.
*Pul.* Ellebori albi & nigri
*Sulphuris* viui
*Lithargyrij* auri
*Auripigmenti*
*Cinabrij*, Calcis viuæ
*Albuminis* oui
*Gallarum*, Aeruginis
*Fuliginis* picis
*Cineris* è fæce vini vsta
} an. ℥.ij.
Fiat linimentum, quo inungatur capite prius raso.

*Secundum*
℞. *Lithargyrij*, Cerussæ
*Cadmiæ*, Fuliginis
*Gallarum*
} ana ℥.j.
*Fæcis* olei, vini, aceti, Ceræ, ana q.s.
Misce, & fiat vnguentum.

*Tertium*
℞. *Vnguenti* pompholygos ℥.ij.
*Olei* myrthini ℥.j.S.
*Chimoliæ* ℥.iij. Misce.

*Quartum*
℞. *Olei* nucum, Olei iuniperi, ana ℥.ij.
*Olei* lucernarum ℥.j.
*Nucum* vstarum cum testis ℥.vj.
*Myrrhæ*, Floris æris, ana ℥.j.
*Fuliginis* furni ℥.j.
*Lithargyrij* ℥.S.
*Argenti* viui ℥.ij.
Misce, & fiat linimentum, quo capite prius raso vtatur.

*Quintum*
℞. *Vnguenti* lithargyrii
*Vnguenti* pompholygos
} ana ℥.j.
*Pul.* rosarum, Myrrhi
*Acaciæ*
} ana ℥.j.
*Aceti*, Olei myrthini, ana q.s.
Misce pro linimento.

*Sextum*
℞. *Spumæ* argenti, Thuris, ana ℥.iij.
*Sulphuris* ℥.ij.
*Aceti* ℥.vj.
*Olei* rosati ℥.iij.
Coquantur vsque ad mellis crassitudinem.

*Septimum*
℞. *Auripigmenti* rubri.
*Calcis* viuæ lotæ quinquies, ana ℥.iij.
*Fuliginis* furni ℥.j.
*Vitrioli*, Aluminis, ana ℥.S.
*Allij* triti ℥.S.
*Tartari* ℥.vj.
*Mellis*, Aceti, ana q.s,
Misce, & fiat linimentum.

*Octauum*
℞. *Nucum* rancidarum ℥.j.
Seu hircini, Piscis, ana ℥.j.S.
*Sulphuris*, Foliorum rutæ, ana ℥.ij.
*Olei* myrthini ℥.ij.
Misce igne lento: & est optimum.

*Nonum*
℞. *Olei* myrthini ℥.vj.
*Aceti* ℥.ij.
*Pul.* myrthi ℥.S.
*Sulphuris*, Lithargyrii, ana ℥.j.
Misce, inunge capite prius raso: & est probatissimum.

*Decimum*
℞. *Succi* fol. myrthi.
*Succi* plantaginis, ana ℥.iij.
*Farinæ* lentium.
*Pul.* myrthi.
*Acaciæ.*
*Thuris*, ana ℥.ii.
*Olei* laurini, Aceti, ana ℥.ii.
Misce, & fiat linimentum.

# De vlceribus Oculorum.

- *Oculorum* vlcerum
  - *Cognitio*
    - *Cauſæ*: videlicet Humoris acuti & mordacis.
    - *Morbi*: videlicet Vlceris
      - *Dolor.*
      - *Lacrymæ.*
      - *Rubedo* oculorum, &c.
  - *Curatio* ſuis indicationib. perficitur. Quare quid agendum ſit, indicat tum
    - *Cauſa* antecedens: videlicet Humor acut⁹ & mordax, qui euacuãdus. Tollitur autem partim
      - *Inſtrumentis* chirurgicis: ſcilicet
        - *Venæ* ſectione. Vide in Ophthalmia.
        - *Cucurbitulis* occipitio affixis.
        - *Ligaturis*
        - *Friction*ibus } partium oppoſitarum.
      - *Victus* ratione tenui: vt in Ophthalmia dictum.
      - *Medicamentis*
        - *Purgantibus*, pro redundantium humorum natura. Vide in Ophthalmia.
        - *Repellentibus*, extrinſecus admotis.
    - *Morbus*: videlicet Vlcus
      - *Sanioſum*, quod detergendum eſt citra dolorem & mordicationẽ: cuiuſmodi ſunt
        - *Syrupus* roſatus.
        - *Mel* virgineum.
        - *Saccharum* candum.
        - *Aloe* lota.
        - *Myrrha*, &c.
      - *Cauum*, quod incarnandum & glutinandum eſt, vel
        - *Thutia* præparata.
        - *Collyrio* albo ſine opio.
        - *Collyriũ* de plũbo.

        } tenuiſſimè tritis, & in aquis roſarũ, vel plantag. vel caudæ equinæ, vel in lacte muliebri, vel caprino diſſolutis.
    - *Symptoma*. Sic
      - *Dolor* mitigandus.
      - *Inflammatio* curanda, vt in Ophthalmia dictum.

# De Fiſtula lacrymali.

- *Fiſtulæ* lacrymalis
  - *Cognitio*
    - *Partis* affectæ: videlicet Oculi
      - *Circumferentiæ*, & carnis mollities
      - *Oſſis* aſperitas

      } tactu percipitur.
    - *Cauſæ*: videlicet Humoris praui, acuti, nitroſi.
    - *Morbi*: ſcilicet Fiſtulæ
      - *Apoſtema* præceſſit.
      - *Durities* calloſa.
      - *Foramen* profundum.
      - *Sanies* ſeroſa & glutinoſa.
      - *Rubedo* oculi.
  - *Curatio* ſuis indicationibus perficitur. Quare
    - *An* fieri poſſit, indicat pars affecta & tempus potiſſimùm. Sic Fiſtula lacrymalis eſt difficilis curationis, propter oculi propinquitatem & ſenſibilitatem. Et inueterata vix curatur ob magnam cariam.
    - *Quid* fieri debeat, indicat tum
      - *Cauſa* morbi: videlicet Humor prauus affluẽs qui euacuãdus: & vel à termino.
        - A quo fluit, ſiue toto, ſiue capite: quod fiet partim
          - *Venæ* ſectione, ſi nihil prohibeat.
          - *Victus* ratione tenui & boni ſucci.
          - *Medicamentis* purgantibus pro humorum redundantium natura.
        - *Ad* quem fluit: quod fiet
          - *Venæ* ſectione reuellente.
          - *Cucurbitulis* occipitio affixis.
          - *Ligaturis*
          - *Friction*ibus } partium oppoſitarum.
      - *Morbus*: videlicet Fiſtula
        - *Sanioſa*, ſeu ſordida, quę detergenda mundificãda eſt, vel
          - *Lanugine* radicis arundinis, qua vlceris cauitas repleatur, vſque ad integram deterſionem.
          - *Collyrio*, ex thure, ſarcocolla, aloe, ſanguine draconis, balauſtia, antimonio, alumine mixtis ad partes æquales, addita quarta parte floris æris.
          - *Linimento* huiuſmodi:
            - ℞. *Aquæ* vitæ, Mellis roſ. col. ana ʒ. j.
            - *Myrrhæ* ʒ. ij.
            - Fiat linimentum, quo manè & veſperi locus liniatur.
          - *Ammoniaco* aceto diſſoluto cum ærugine raſili.
        - *Calloſa*, quæ abſumenda vnguento Aegyptiaco, vel puluere mercurii, vel aſphodeli. Quando verò fuerit oſſis caries, vtendum cauterio. Formam verò cauterii, magnitudo cariei indicabit: in cuius vſu oculo eſt prouidendum, admoto bombace imbuto albumine oui & argenteo cochleari ſuperpoſito.
        - *Caua* carne replenda,
        - *Plana* ad cicatricem perducenda,

        } vt in Oculorum vulneribus dictum.

# De Vlceribus aurium.



# De Vlceribus pectoris.




# De Vlceribus, ventris.

*Ventris* vlcera, quæ in cauitatem non perueniunt, pro natura & specie vlceris curantur: quæ verò penetrant in partes contentas, cura fucata sunt tractanda, potius quàm vera, quemadmodum thoracis vlcera in penitiores partes penetrantia: siquidem ea in fistulam sæpenumero abeunt, quæ aut ratò, aut nunquam curatur.

De

# De Vlceribus pudendi, seu penis.




De vlceri-

# De vlceribus vuluæ ac vteri.

*Vuluæ* vlcerum

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ. Manifesta.
  - *Causæ*: Humoris scilicet vitiosi.
  - *Morbi.*
- *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare quid fieri debeat, indicatum
  - *Causa* morbi antecedens: Humor scilicet vitiosus qui euacuandus est, qđ partim fiet
    - *Venæ* sectione, si sanguis redundauerit, & ætas, aliaque non prohibuerint.
    - *Victus* ratione, ordinata secundum
      - *Qualitatem* contrariã. Sic cõuenit
        - *Cibus* pro humorũ corporisq; natura.
        - *Potus*, Aqua ligni guaiaci.
      - *Quantitatem* debitam. Sic conuenit victus tenuis.
    - *Medicamentis* contrariis, & vel humoris vitiosi
      - *Qualitati*: videlicet præparantibus cuiusmodi est syrupus
        - ℞ *Ligni* sancti ʒ.iv.
        - *Corticis* eiusdem ʒ.j.S.
        - Infundantur in ℔.iij. aquæ buglossæ, cichorij, & absynthij, coquantur igne lento ad medias: & in colatura dissolue syrupi de fumo terræ ℔. j. Capiat manè & vesperi ʒ.vi. vsque ad finem.
      - *Quãtitati*: scilicet purgantibus: cuiusmodi est
        - *Potio*
          - *Polypodij* ʒ.S. Passularum ʒ. S.
          - *Prunorum* Sebesten, ana part. v.
          - *Tamarindorum* ʒ. iii.
          - *Senæ* ʒ.S. Mercurialis M.S.
          - *Boraginis* M. S.
          - *Violarum* P.i. Fiat decoctio, & in ʒ.iii. colaturę dissol. confect. Hamech. ʒ.ii.
          - *Elect.* diacarthami ʒ.i.
          - *Syrupi* ros. lax. ʒ.ii. Fiat potio.
        - *Electuarium*
          - ℞. *Cassiæ* recent. extractæ ʒ. iv.
          - *Tamarindorum* ʒ.ii.
          - *Pulpæ* prunorum, & sebesten, ana ʒ. i. S.
          - *Mucilag.* sem. psyllii ʒ.i.
          - *Senæ* ʒ.iii. Anisi ʒ. S.
          - *Glycyrrhizæ* pul. ʒ.ii.
          - Cum syrupo ros. sol. fiat electuarium, de quo capiat semel in hebdomada instar nucis [illegible] decocto mercurialis.
  - *Morbus*: videlicet vlcus, quod exicca dũ detergendum & consolidandum: & vel
    - *Aquis*, in Penis vlceribus dictis.
    - *Iniectionibus*: quarum
      - *Prima* ex sero lactis cum saccharo: aut ex vino cum melle: vel decoctio hordei cum syprupo rosato & melle rosato.
      - *Altera*
        - ℞. *Hordei* integri modicè assi P.ij.
        - *Corticis* guaiaci ʒ.j.S.
        - *Rad.* ireos ʒ.j.
        - *Passularum* ʒ.j.
        - *Myrob.* citrin. ʒ.ij.
        - Fiat decoctio in aqua fabrorum: & in ℔.ij. dissolue
        - *Mellis* ros. & syrup. ros. ana ʒ.iij. Iniciatur.
      - *Tertia*
        - ℞. *Hordei* integri assi P.j. Ligni sancti ʒ.ij.
        - *Pilosellæ* M.ij. Ceterach M.ij.
        - *Virgæ* & bursæ pastoris, ana M.j.
        - *Plantag.* Absynthij, ana M.S.
        - *Malicorij* ʒ.j. Sumach. ʒ.S.
        - *Ros.* rub. P.j. Fiat decoctio in aqua, in plumbum extinctum fuerit: & in ℔.iv. dissolue mellis ros. col. & sacchari ros. vel syrupi de ros. siccis, ana ʒ.iij. & fiat iniectio.
    - *Vnguentum*
      - ℞. *Vnguenti* pompholygis ʒ.iv.
      - *Cerussæ* lotæ —— } ana ʒ.j.
      - *Plumbi* vsti & loti } ana ʒ.j.
      - *Antimonij* —— } ana ʒ.j.
      - *Aloes* lotæ, thuris, Masticis, Sang. draconis, ana ʒ.S.
      - *Olei* rosati ʒ.iij.
      - *Ceræ* rubræ ʒ.ij.
      - Fiat linimentum, quo illinantur pessi. Si vlcera ortum habeant à lue venerea addi possunt ʒ.ii. hydrargyri.
  - *Symptoma*. Sic
    - *Inflammatio* fouenda decocto hordei cum mucilag. sem. psyllii & cydoniorum, iuiubarum, sebesten, cum succo plantaginis, portulacæ, lacte bubulo, aqua rosarum, oui albumine & saccharo, &c.
    - *Dolor* leniendus est insessionibus ex vino, in quo chamomilla, melilotum, rosæ & alia anodina coxerint.

AXILLARVM, inguinum, femorum, tibiarum & pedum vlcera curantur, tum victus ratione, tum medicamentis purgantibus, tum topicis detergentibus, incarnantibus & conglutinantibus, vt iam sæpe dictum.

De Vlcere

# De Vlcere virulento & corrosiuo.

*Vlcus* virulẽtum est, in quo virus, hoc est tenue quoddã, ac liquidum excremẽtũ, citra erosionem abundat.

*Vlcus* verò corrosiuum, qd̃ erodendo, atque interdũ escharam gignendo, maius atque amplius indies efficitur: oritus magna ex parte post herpetas, & prurientes pustulas. Huius

*Cognitio*
- *Partis* affectæ. Manifesta.
- *Causæ*: videlicet Humoris bilioſi & acris & adusti. Signa humoris bilioſi.
- *Morbi*: videlicet Vlceris virulenti. Ex ipsa definitione manifesta.

*Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare quid fieri debeat, indicatum

*Causa morbi*

*Antecedẽs*: videlicet Humor bilioſus, acris, influens, qui euacuãdus est: & vel à termino,

*A* quo fluit, siue à toto, siue parte aliqua. Euacuatur & minuitur partim

*Victus* ratione instituta secundũ
- *Qualitatẽ* contrariam: videlicet refrigerantem & exsiccantẽ. Sic conuenit
  - *Cibus*
    - *Hordeatum.*
    - *Amygdalatum.*
    - *Caro* { *Pullorum.* *Perdicum.* *Auicularum*, &c.
    - *Spinachia.*
    - *Endiuia.*
    - *Cichorium.*
    - *Lactuca*, &c.
  - *Potus*, Aqua hordei, &c.
- *Quantitatem* debitam. Sic conuenit victus tenuis.

*Medicamẽtis* cõtrariis: & vel humoris ipsius
- *Qualitati*: videlicet præparantibus, seu cõcoquentibus: cuiusmodi sunt { *Oxyſacchara* / *Syrupus* acetoſus / *Syrupus* violarum / *Syrupus* de endiuia / *Syrup⁹* de papauere } cũ aqs appropriatis.
- *Quantitati*: scilicet purgantibus: cuiusmodi sũt
  - *Vsualia*: vt { *Caſsia*, Manna. *Diacatholicum.* *Electũ.* de ſucco roſ. *Confectio* Hamech. *Syrupus* roſ. ſolutiuus. *Syrupus* perſicor. lax.
  - *Minus vsualia*: vt
    - *Bolus* { ℞. *Caſsiæ* ℥.vi. *Electũ.* de ſucco roſ. ℥.ii. *Confectũ.* Hamech. ℥.S. Cum ſaccharo fiat bolus.
    - *Potio* { ℞. *Flor.* borrag. / *Violarum* } ana P.i. *Rad.* cichorii ℥.S. *Paſſularum* ℥.S. *Polypodij* / *Glycyrrhizæ* } ana ℥.ii. *Prunorum* par.v. *Sebeſten* ℥.S. *Rhabarbari* ℥.iij. *Agarici* ℥.i.S. *Senæ* ℥.x. *Spicæ* Indicæ ℥.i. *Salis* gemmæ ℥.S. *Zingiberis* ℥.i. Coquantur ſ.a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui addantur ſyrupi roſ. lax. ℥.ii.

*Ad* quẽ fluit. Sic
- *Attractus* reuellendus est, vel
  - *Frictionibus* { *Venæ* ſectione partis oppoſitæ, ſi nihil impediat. / *Cucurbitulis* oppoſitæ parti affixis.
  - *Ligaturis* } partium oppoſitarum.
- *Tranſmiſſus*, repellendus cum vnguento de bolo, &c.

*Continens*. Vide in ſeqq. ſignum A.

*Symptoma*. Sic
- *Inflammatio* partium adiacentium (ſi adfuerit) medicamento Phœnicino, hoc est è palmulis confecto, cum oleo roſaceo vel myrthino mixto, lenienda est.
- *Durities* partium adiacentium, emplaſtro è palmulis cum oleo veteri, aut ricinino mixto, emollienda est.

*Venæ* ſectione, ſi plenitudo ſanguinis adfuerit, & ætas viresq; non obſtiterint.

*Quies* tum animi tum corporis.

*Somnus* moderatus.


A.
Cõtinens causa, q̃ per materiam & formã subsistit, sui quoque ablatione indicat. Sic
Materia
Ex qua: videlicet Humor inhærens discutiendus & exiccãdus: influẽs verò repellendus & refrigerãdus. Sunt itaque medicamenta, quib. huiusmodi vlcera virulẽta curantur, ratione materię ex qua, frigida, ſicca, aſtringentia, ac diſcutientia: & vel
Simplicia: vt
Plantago, Solanum.
Summitates rubi, Conſolida.
Folia vlmi & papaueris.
Folia & fructus Cydoniorum, & Myrthi.
Lentes, Balauſtia, Acacia.
Malicorium Galla omphacitis.
Bolus Armenus, Terra ſigillata.
Nuclei myrobalanorum.
Cortex thuris, Maſtix.
Mætallica omnia vſta ac lota, &c.
Compoſita: cuiuſmodi eſt
Aqua
Prima
℞. Succi rubi, ſucci virgæ paſtoris —— ana ℥.iij.
Succi plantaginis, ſolani, acetoſæ, ſumach
Albumina ouorum num. vi.
Aluminis triti ℥.iv. Deſtillentur in alembico plumbeo.
Altera
℞. Ceruſſæ, Lithargyri ana ℥.i. Plumbi vſti ℥.S. Lapidis calaminaris ℥.S.
Boli armeni ℥.i.S. Sanguinis draconis, Terræ ſigillatæ ana ℥.i.
Aluminis combuſti ℥.S. Calicum glandium, Gallarum viridium, Baccarum myrthi, Piſidiæ, Balauſtiæ, Sumach ana M.i. Coriandri, Sem. plantaginis ana ℥.S. Roſ. rub. P. ii. Coquantur in aquæ fabrorum ſufficiente quãtitate, & cùm omnia ſubſederint, vlcus ea aqua laueturac foueatur. Addi quoque poterit mel ad deterſionem.
Tertia
℞. Aquæ plantaginis & roſarum ana ℥.iij Aluminis ℥. ij. Sacchari ℥. i. Coquantur, donec alumen & ſaccharum liquefiant, & lauetur vlcus: ſi addideris mellis ℥.i. proderit ad deterſionem.
Quarta
℞. Aquæ plantaginis ℥.vi. Sublimati ʒ.i. Salis ammoniaci ʒ.i.S. Salis communis ʒ.ij. Aluminis ʒ.i. Coquantur in phiala vitrea ad conſumptionẽ quartæ partis. Poſt vlceris ablutionẽ vtendũ eſt vnguẽtis ſequentib.
Vnguentum
Vſuale: vt vnguentum
De plumbo. De Minio.
Rubrum cum caphura. Album cum caphura.
De pompholyge.
Primum vſuale
℞. Olei roſati, myrthini ana ℥.ii. Succi plantag. ℥.i.
Succi clymenon depurati ℥.ij.S. Seui hircini ℥.i.S.
Aluminis vſti ʒ.i.
Lithargyri auri & argenti ana ℥.i.
Scoriæ ferri ʒ. ii. Puluerizentur ac ſimul coquantur tres horas, deinde adde
Ceræ albæ ℥.i. Terebynthinæ ʒ.vi. denique
Mercurij ex arte extuncti ʒ. iii. Caphuræ ℈.i.
Aeruginis raſilis ℥.i. Fiat vnguentum.
Alterum
℞. Vnguenti de plumbo ℥.ii.
Vnguenti populeonis ʒ.ij. Succi plantag. ℥.i.
Album. oui nu. i. Miſce in mortario plumbeo.
Tertium
℞. Thutiæ præparatæ ℥.S.
Plumbi vſti & loti, Ceruſſæ lotæ ana ℥.i.
Nutriantur in mortario plumbeo cum aqua plantaginis, deinde adde
Boli armeni, Terræ ſigillatæ ana ʒ.ii.
Olei roſati, Ceræ albæ ana q.ſ.
Quartum
℞. Lithargyri ℥.iii.
Olei roſati, Aceti ana q.ſ.
Ceruſſæ parum. Miſce.
Ceratum
Primum
℞. Ceruſſæ, Lithargyri, Boli armeni, Terræ ſigillatæ, Lap. calaminatis ana ℥.i.
Santali albi & rubri, Baccarum myrthi, roſ. rub. ana ʒ.ii.
Sem. papaueris, mandrag. hyoſc. ana ʒ.i.
Olei roſati & violati ana ℥.iii.
Ceræ albæ ℥.iii. Caphuræ ℈.i.
Fiat ceratum.
Alterum
℞. Olei roſati, Olei myrthini ana ℥.ij.
Succi clym. ℥.iv.
Succi plantag. ℥.ii.
Ping. vituli ℥.i.S.
Fol. caprifolij & clymenon ana M.i. Coquantur ad ſuccorum conſumptionem, ſubinde addantur
Lithargyri ℥.ij. Minij ℥.i. Caphuræ ʒ.i.
Maſticis ℥.S. Ceruſſæ, Antimonij, Plumbi vſti ana ʒ.v.
Ceræ albæ q.ſ. Fiat ceratum.
Lamina plumbi, in aqua aluminoſa per aliquot dies macerata, & argento viuo confricata, & foraminibus aliquot pertuſa, & applicata.
In qua: videlicet pars affecta, quæ ſi ſupra dictis non curetur, & vehementer erodatur, cauterio curanda eſt, vel
Actuali: vt Ferro candente.
Potẽtiali: cuiuſmodi eſt
Primum
℞. Sublimati ʒ.ij.S.
Vnguẽti populeonis, vel Diachylonis ʒ.i. Miſce.
Alterũ
℞. Sublimati ʒ.ii.S.
Vnguenti albi ʒ.i.
Miſce, Poſt eſcharę caſum vtere vnguento de põpholyge, vel præcedentib. dictis.
Forma: videlicet Vlcus, Cauorum vulnerum modo curandum eſt.

De

# De Sordido ac putri vlcere.

*Sordidum* & putrefactum vlcus est, qđ ob sui malitiã putrefacit membrũ dimittendo viscositatẽ, aut carnem mollem, siue crustam fœtidã, à qua fumus eleuatur fœtidus & cadauerosus. Ac tale quidẽ fraudulentũ etiã appellãt. Cęterùm si eius malitia vlteriùs progrediatur, & serpat, in sphacelũ degenerat. Cõsequitur magna ex parte carbunculos, anthraces, abscessus, & vulnera malè curata. Huius

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ. Manifesta.
  - *Causæ* videlicet Humoris sanguinei, praui, crassi, & ebullientis.
  - *Vlceris*: ex ipsa definitione manifesta.
- *Curatio* fiet indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri possit, indicat morbi potissimùm vehementia. Sic si ambulat eius malitia, transit in Sphacelum, & ad hominis mortem.
  - *Quid* fieri debeat, indicant tum
    - *Causæ* morbi
      - *Antecedẽs*: videlicet Humor sanguineus crassus, ebullięs, venenositatẽ atq; malignitatem quandã adeptus: qui euacuandus est. Tollitur autem partim
        - *Venæ* sectiõe
        - *Victus* ratione
        - *Medicamentis* purgantibus

        } vt suprà in curatiõe Phlegmonis, Carbunculi, & Gangrænæ dictum est.
      - *Cõiuncta*: videlicet Humor sordidus in parte affecta cõtẽtus: qui abluẽdus & detergẽdus est: vel
        - *Simplicibus*: cuiusmodi sunt
          - *Farina*
            - *Hordei*, Fabarum.
            - *Cicerum*, Orobi.
            - *Lupinorum*.
          - *Iris*, Apium.
          - *Aristolochia*, Hypericum.
          - *Centaurium* minus, Gentiana.
          - *Marrubium*, Mel, Aqua mulsa.
          - *Aqua* marina, Lixiuium, &c.
        - *Compositis*
          - *Vsualibus*: vt
            - *Vnguentũ*
              - *De* resina.
              - *Fuscum*.
              - *Apostolorum*.
              - *De* gummi.
              - *De* pompholyge cum puluere mercurij.
              - *Aegyptiacum*.
            - *Emplastrum*
              - *De* gratia Dei.
              - *Diuinum*.
              - *Rubrum* Græcum, &c.
          - *Minus* vsualibus: vt
            - *Vnguento*
              - *Primo*
                - ℞. *Succi* apij Mellis ana ʒ.iv.
                - *Terebynthinæ* ʒ. ij.
                - *Ireos* ʒ.vi. Farinæ hordei ʒ iij.
                - Fiat vnguentum.
              - *Altero*
                - ℞. *Succi* absynthij, & apij, & plantag. ana ʒ.ij.
                - *Farinæ* hordei & Orobi ana ʒ. i.S.
                - *Terebynthinæ* ʒ.i. Mellis ʒ.iij.
                - *Myrrhæ* ʒ.iij. Fiat vnguentum.
              - *Tertio*
                - ℞. *Succi* centaurij minoris ʒ. v.
                - *Succi* apij ʒ.iij. Succi plantag. ʒ.ij.
                - *Mellis* ℔.S. Terebynthinæ ʒ.ii.
                - *Farinæ* hordei & Orobi ana ʒ.ij.
                - *Ireos* ʒ.S. Fiat vnguentum.
            - *Emplastro*
              - ℞. *Galbani*, Opopanacis, Bdellij, Ammoniaci ana ʒ.i.
              - *Cerę* nouæ ℔ i. Olei rosati ℔.ii. Resinæ ʒ.iii.
              - *Lithargyri* auri ℔.i.S. Olibani, Myrrhæ, Aloes, Thuris, Masticis, Aristol. rot. ana ʒ.i.S. Styracis calamitæ ʒ.S.
              - *Succi* betonicæ, Succi verbenæ, caprifolii, plantag. pimpinellæ, cynoglossæ ana ʒ. i. Lapidis hæmatitis ʒ. ii. ærug. rasilis ʒ.i. Fiat emplast.
    - *Morbus*: videlicet vlcus
      - *Cauum*, quod Vulnerum cauorum modo curandum.
      - *Putridum*, quod curandũ vel
        - *Chirurgia*: videlicet vel
          - *Excisione*.
          - *Ferro* candente.
        - *Medicamentis* vel
          - *Vehementer* extergentibus: cuiusmodi est vnguentum
            - *Primum*: vt Aegyptiacum.
            - *Alterum*
              - ℞. *Tragacanthi* rubri ʒ.i.
              - *Calcis* viuæ, *Aluminis*, *Malicorij* } ana ʒ.vi.
              - *Thuris*, Gallarum ana ʒ.S.
              - *Cerę*, Olei ana q.s.
          - *Causticis*: cuiusmodi est
            - *Vnguentũ*
              - ℞. *Terebynthinæ* lotæ ʒ.S.
              - *Cerę* albæ ʒ.ii.
              - *Liquefiant* simul, deinde adde
              - *Sublimati* ʒ.i.
              - *Agitentur*, donec refrixerint.
            - *Puluis*
              - ℞. *Sublimati* ʒ.i.
              - *Sang.* draconis ʒ.ii.
              - Fiat puluis, quo aspergatur vlcus.

# De Vlcere profundo ac sinuoso.

*Vlcera* profunda cuniculosa seu cauernosa sunt, quorũ orificia stricta sunt, profunditas verò in latum se diffundit, & sensui occulta est, multos interdum anfractus habens, modò rectos, modò obliquos, citra duritiem tamen & callum. Horũ *Curatio* fiet indicationibus perficitur. Quare

*Cognitio*

*Partis* affectæ. Manifesta.

*Causarũ*: videlicet
- *Abscessuum* tardiùs dissectorum:
- *Vulnerum* perperã curatorum:

Pus namq; lõgo minus spatio in suppurato abscessu, aut in profundo vulnere, retentum, acrem & erodentẽ naturã acquirit, & cuniculos tandẽ molitur, qui difficilè admodũ curãtur. Ad affectã namq; particulã, quæ iã imbecillitatẽ cõtraxit, vndique ex circumiacentib. ac vicinis partibus, vel etiã vniuerso corpore superuacanei humores cõfluunt, atq; ita ęgrè sanabile redditur vlcus.

*Morbi*: scilicet Vlceris sinuosi. Depræhenduntur turundis, & specillis, siue contis (quæ probæ vulgò dicũtur) argenteis, vel plumbeis, in ipsos cuniculos læuiter, ac blandè immissis. Item mimeis quibusdam, atque exilibus radicibus, & cereis candelis, nec non & coloratis quibusdam iniectionibus.

*An* fieri possit, indicat Sanies potissimùm. Nam Saniei puris'ue bonitas & paucitas, doloris quoque & tumoris, qui priùs aderant, priuatio, sinum carne impleri, & glutinari demonstrant. Si verò contraria his adfuerint, glutinationem nequaquam adhuc fieri indicant.

*Quid* fieri debeat, indicant tum

*Imminẽtia*: quæ ꝓhibẽda sunt partim
- *Victus* ratiõe tenui, ꝓ corporis & humorũ natura.
- *Medicamentis* purgantibus pro redundantium humorum natura.

*Symptomata*

*Præsentia*. Sic
- *Intemperies*
- *Phlegmone*
- *Erysepelas*
- *Dolor*

*Prius* remouẽda. Nisi enim symptomata prius sanẽtur, impleri cauũ vlcus nõ poterit. Fieri enim non potest, vt in vlcere vel carnis productio, vel sinus impletio vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, rectè vnquã cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. Quomodo autẽ hæc remoueãtur, vide suprà in Vulnerũ curatiõe.

*Chirurgia*. Sic vlcus, aut ab orificio ad fundum vsq; scindendũ: maximè quãdo cauitas est cuti proxima: aut si imminens periculum id prohibeat, in fundo est aperiendum. Præstiterit autẽ semper, si nihil obstiterit, totam ipsius sinus cauitatem dissecare, quã ex aduerso plagã facere. Ita enim faciliùs, ac citiùs multò ad sanitatem vlcus perducetur. Tota igitur cauitate dissẽcta, ellychorijs, & pannorũ lacinijs in linamenta formatis, congruisque medicamẽtis sic ex purgandus, atq; resiccandus erit sinus, vt tandem caro regignatur, cauitas impleatur, & ad perfectã sanitatem, modo, quo suprà de altis & cauis vulneribus diximus, perducatur. Cæterùm priusquam ex aduersa parte diuisio fiat, purulenta colluuies finenda est magna satis copia in fundo ipsius sinus colligi, quò sinus parietes magis attenuentur, atque ita meliùs specillum in cauitatẽ demittatur sinu scilicet ex puris copia distento, & ampliore facto. Specillum autem ipsum, læue & minimè asperum esse debet, ac vnctuoso aliquo illitum. Ad hæc parte posteriore perforatũ esse decet in modum acus, vt in eo imponi possit ceto aliquis ex stupis canabinis, aut aliqua gracili fascia, aut certè funiculo quopiam molli factus. Incisione autẽ facta, dolor, qui per eam excitatus est, sedandus erit, & impetus profluentis sanguinis, oui cãdido, atque alijs id genus supprimendæ sanguinis profusioni dicatis auxilijs, cõpescendus. Post hæc autem ceto alius, quando opus erit, detergente aliquo medicamento imbutus, indendus erit, atque vt id cõmodiùs fiat, alteri, qui sinum adhuc occupat, aut assuetur, aut alligabitur. Poterunt & ellychnia, seu linamenta in mundificatiuo aliquo tincta, in sinum ipsum imponi, superque atque in ambitu danda sunt, quæ infrà dicemus.

*Morbus*: videlicet vlcus cũ sinu spectante

*Deorsũ*, aut ad latus, vel introrsùm, ita vt sanies liberè nõ effluat: quod curandũ vel

*Medicamẽtis*, si neq; in imo, neque cauitas tota dissecari cõmodè possit. Curatur autẽ detergẽtib⁹ primò, deinde incarnãtib. & glutinãtib. Itaq; vlcus si nuosum

*Sordidũ* detergẽdum est: & vel
- *Simplicibus*: cuiusmodi sunt
  - *Oximel*, Oenomel.
  - *Vinum* astringens, Aqua aluminosa.
  - *Mel*, Lixiuium, Aqua marina.
  - *Puluis* mercurij. &c.
- *Cõpositis*: cuiusmodi est
  - *Injectio*
    - *Prima*
      - ℞. *Aquæ* plãtaginis, Aquæ peculi rosarum, Aquæ caprifolij ana ʒ.ij.
      - *Vnguenti* Aegyptiaci ʒ.i.S. Fiat iniectio.
    - *Altera*
      - ℞. *Aquæ* plãtaginis, Aquę peculi rosarũ ana ʒ. iv.
      - *Vini* albi ʒ.ii. Aluminis vsti ʒ.S. Baccarũ myrthi, Aloes, ana ʒ. i. Misce, & fiat iniectio.
    - *Tertia*
      - ℞. *Hordei* integri P.i.S.
      - *Ceterach*, Agrimoniæ ana M.i.
      - *Centaurij* min. Absynthij ana M.S. Coquantur in mellicrato, ac fiat iniectio.
  - *Vnguentum* Aegyptiacum in lixiuio & melle dissolutum.

*Cauum*. Vide in seqq. sig. A.

*Surſum*, & eius orificium deorsum, ita vt facilè sanies effluat, non adeò multum negotij in sanando faceſſet.

*Pars* affecta: & potissimùm vicinæ, quæ medicamento partim repellente, partim discutiente muniendæ & fouendæ huiusmodi decoctione: ℞. Calamenthi, origani, saluiæ, matricariæ, absynthij, rorismarini ana M.i. chamomillæ, stœchados, Rosrub. ana P.i. Nuces cupressi x. Salis ʒ.ij. Aluminis ʒ.x, Mellis ℔.i. Coquantur in lixiuio, & vino austero ad tertias, & fiat fotus.

A. *Vlcus* sinuosum cauum carne replendum, deinde glutinãdum est: & vel

- *Iniectione*
  - *Prima*
    - ℞. *Hordei* P.i.S. Rad.ireos, fol.oliuæ. Plantaginis, Agrimoniæ ana M.S. Coquantur in aqua, & in colaturæ ℔.S. dissolue mellis ros. ℥.ij.
    - *Myrrhæ* ʒ.ii.S. Thuris, masticis ana ʒ.i. Fiat iniectio.
  - *Altera*
    - ℞. *Decoctionis* hordei ℔.i. Mellis rosati colati ℥.iij. Sarcocollæ ʒ.ij.
    - *Myrrhæ*, Thuris ana ʒ.i.
    - *Vini* ℥.vi. Coquantur ad tertias: quibus interdum aliquid aloes addi potest.
- *Vnguento* huiusmodi
  - ℞. *Farinæ* hordei, Farinæ lupinorum ana ℥.i. Mellis ℥.iiij.
  - *Thuris*, Masticis ana ʒ.ij.
  - *Myrrhæ* ℥.S. Terebynthinæ lotæ ℥.i.S. Olei hyperici q.s. Fiat vnguentum.
- *Emplastro*
  - *Vsuali*: vt est
    - *De* minio.
    - *Apostolorum.*
    - *Diachalciteos*, &c.
  - *Minus* vsuali: cuiusmodi, est
    - ℞. *Nitri* tenuissimè triti ℥.iij. Aquæ rosarum ℥.ij.S. Coquantur simul lento igne ad crassitiem, semper agitando, postea adde
    - *Terebynthinæ*, Olei veteris ana ℥.iij. Ceræ q.s. Fiat ceratum. Admouendæ etiam turundæ plumbeæ in formam cannulæ, vt pus effluat, & ligatura exprimens cũ puluillis, & spongia in orificio, vt pus veluti sugendo, & attrahendo, vlcus siccius reddatur.

# De Fistula.

*Fistula* est arctus oblongusq; & callosus sinus, aliquatenus indolẽs, qui magna ex parte ex abscessibus parum dextrè curatis oritur. Huius

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ. Partim visu depræhenditur, partim specillo exploratur.
  - *Causarum*: scilicet
    - *Abscessuum* tardiùs dissectorum
    - *Vulnerum* malè curatum
    - } ex ægri relatione intelligitur.
    - *Humorum* prauorum, & potissimùm phlegmaticorum, & melancholicorum, &c.
  - *Morbi*: scilicet Fistulæ
    - *Callositas.*
    - *Virulentia* horribilis.
    - *Dolor* paruus, &c.
- *Curatio* suis indicationibus perficitur. Quare
  - *An* fieri queat, indicat tum
    - *Pars* affecta. Sic fistula
      - *Si* os, vel cartilaginem vel neruum, vel musculos læsit, si articulũ occupauit, si vel ad vesicam, vel ad pulmones, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriásve, vel ad inania, vt guttur, stomachum, thoracẽ penetrauit: ad intestina quoque eam tendere semper periculosum, sæpe pestiferum est.
      - *In* ano, quæ orificio caret, tum quæ delitescit, & in os terminatur, multifariãque fissa est, ægrè consanescit.
    - *Morbus*. Sic Fistula
      - *Tortuosa*
      - *Anfractuosa*
      - *Multiplex*
      - } manu tantùm curatur.
    - *Situs*. Sic fistula si altiùs penetrat, vt dimitti collyrium non possit, chirurgia tantùm curatur.
  - *Quid* fieri debeat, indicat
    - *Primò* causa morbi: scilicet Humores noxij fistule consolidationẽ impedientes: qui ex toto corpore adimendi, minuendi. Minuuntur autem partim
      - *Victus* ratione, quæ causæ aduersatur.
      - *Medicamentis*
        - *Præparantibus*
        - *Purgantibus*
        - } pro humorũ natura.
    - *Deinde* partes internæ, q̃ corroborandæ. Sũt autẽ ad id potione à Medicis accõmodatæ duę, quarum
      - *Prima* huiusmodi:
        - ℞. *Agrimoniæ* partes iij.
        - *Plantaginis* partes ij.
        - *Fol.* oliuæ part.i.
        - *Scindantur* minutim, & contundantur: postea in vino albo coquantur, & fiat colatura, de qua quolibet die sub auroram cyathus vnus administretur.
      - *Altera*
        - ℞. *Osmundi* regalis (quæ filix mas est Dioscoridi.)
        - *Scropulariæ*, ana part.i.
        - *Agrimoniæ*
        - *Centaurij* minoris
        - } ana part.ij.
        - *Aristolochiæ*
        - *Gentianæ*
        - } ana part.S.
        - *Rad.* filicis part.i.
        - *Philipendulæ* part.ii.
        - Coquantur in vino albo, addẽdo sacchari q.s. & decocti detur quotidie manè cyathus vnus: potest eidem decocto Guaiacum addi: posteaquam etiam callus erit ablatus, proderit vsus liqui sancti in vino, vel aqua cocti, habita ratione virium, & humorum, & vt magis minúsue voles exiccare.
    - *Tertiò* Morbus. Vide in seqq. signum A.

A. *Morbus* quoque seu Fistula indicat sui curationē. Sic Fistula

- *Turunda* ex gentiana, Trochiſſis de minio.
- *Radice* bryoniæ, Radice dracunculi.
- *Angusta* seu stricta, hoc est, cuius orificium angustū est, ipsum erit dilatandum penicillo, vel *Spongia* sic præparata: — ℞. *Ceræ*, Resinæ ana ʒ.i. *Sublimati* ʒ.i. Liqueſcat cera cum resina, postea adde sublimatum: imbue spongiā ea miſtione, statimq; eam extrahe, vt comburatur: ac prælo exprime diligenter.
- *Callosa* extirpāda vel
  - *Medicamentis* corrodētibus & vel
    - *Simplicib.* cuiusmodi sunt: *Auripigmentum* rubrum, Sublimatum. *Aqua* sublimata, Arsenicum. *Sphondylij* radix, Veratrum nigrum. *Elaterium*, Laserpitij succus, &c.
    - *Compositis*: cuiusmodi sunt: *Trochiſci* asphodeli. *Trochiſci* de arsenico. *Injectio* — ℞. *Vnguenti* ægyptiaci ʒ.S. *Sublimati* ʒ.S. Arsenici ℈.i. *Lixiuij* ʒ.i. Aquæ rosarum ʒ.ii. *Aquæ* plantaginis ʒ.iij. Coquantur ad tertias: & fiat iniectio tribus diebus: factaq; iniectione vlceris orificium claudatur cera vel bombace, vt intus remanens meliùs agat, & fistulā absumat. *Aqua* alchymiſtarum.
  - *Chirurgia*: scilicet — *Inciſione* tantùm, & sine cauterio: totius scilicet cauitatis vsque ad fundū fistulæ: qua facta callus totus vel vnguibus, vel acie scalpri, vel nouacula detrahi debet, ita vt locus, seu sinus ipse purus, & ab omni sorde mundus appareat, quod viuæ ac probæ carnis præsentia deprehenditur. Et hæc vera est fistulæ curatio; quæ statim, si nihil obstiterit, aggredienda.
- *Inciſione* & cauterio, si nerui, vel arteriæ non prohibuerint. Primùm quidem tentabimus, an recta sit vel obliqua, demisso intrò specillo, vel cerea cādela. Quo explorato, si in summo fuerit sinus, atque is angustus, specillo demisso explicandus est, supraq; id accommodata figura scalpello incidendus. Si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo & ferro persequendi sunt. Vbi ad fines fistulæ vētum est, diuiso vlceri imponēda sunt penicilla, oui candido liquore imbuta, quæ labra solutæ continuitatis distendant, & inuicē coire nō sinant. Postera die locus vtendus erit, vel ferro candente, vel caustico, nempe vel puluere asphodelorum, vel arsenico, vel hydrargyro, aut alio consimili. At si nō summa occupauerit fistula, sed rectà intrò tendat, vbi quàm profundissimè potest. & quatenus licet incisus fuerit sinus, orbiculatim totum callum, modo qui super dictus est, si fieri possit, auferemus. Quòd si aliquid ex eo relictum fuerit, adurente id medicamēto absumemus. Si autem multum sit, quod ex callo remansit, nec medicamento cedat, candentibus ferramentis adurendum est. Cæterùm superponenda sunt, atque in circuitu semper admouenda, quæ refrigerent & reprimant. Itaque adusta & vt oportet resiccata fistula, mitigatorio aliquo medicamento primis diebus vtitor, vt oleo cum oui luteo mixto. Deinde ea quæ crustas resoluunt, admoueto: cuiusmodi est butyrum, aut aliquod aliud simile.
- *Sordida*, extergenda est vel
  - *Aqua* mulsa.
  - *Decoctione* erui cum melle.
  - *Vnguento* huiusmodi: — ℞. *Terebynthinæ* in aqua vitæ ablutæ ʒ.iij. *Succi* apij, *Succi* cynogloſſæ ana ʒ.vi. *Mellis* rosati colati ʒ.i.S. *Aristolochiæ* rotundæ ʒ.ii. *Farinæ* lupinorum ʒ.S. Coquantur succi & terebynthina cum melle rosaceo vsque ad cōsumptionem medietatis succorum, deinde reliqua commiscean-tur.
  - *Mundificatiuo* ex apio, &c.
- *Pura*, carne implenda: vel
  - *Cinere* radicum liliorum crematarum.
  - *Puluere* huiusmodi: — ℞. *Rad.* Chamæleontis nigri, *Pini* corticis, *Thuris* masculi, *Aristolochiæ* longæ ——— ana part. æquales. Fiat puluis.
  - *Collyrio* — ℞. *Aquæ* vitæ ʒ.ii. *Vini* maluatici ʒ.i. *Mellis* rosati ʒ.x.
    - *Primo*: *Myrrhæ*, Rad. peucedani tritæ ana ʒ.ij. *Sarcocollæ*, Aloes ana ʒ.i.S. Misceantur & coquantur vnica bullitione, & per oricularium clysterem siue syringam injciantur in fistulam.
    - *Altero*: ℞. *Squamæ* æris, æruginis, *Ammoniaci*, *Thymiamatis* — ana part. æquales. Ex aceto terito, & pastillum conflato. Deinde collyria, hoc est, turundas. fistulæ æqualia formato, & imponito.
  - *Vnguēto* — ℞. *Terebynthinæ* in aqua vitæ lotæ ʒ.iij. *Succi* apij, & cynogloſſæ ana ʒ.vi. *Mellis* ros.col. ʒ.i.S. Fiat decoctio vsque ad consumptionem medietatis, postea adde *Aristolochiæ* rot. ʒ.ij. *Farinæ* lupini ʒ.S. *Rad.* peucedani, Rad. ireos, Myrrhæ, Sarcocollæ ana ʒ.i. Misce.

De Can-

# De Cancro exulcerato.



* *Vnguentum*

- *Primum*: R. *Ceruſſæ* vſtæ,& quinquies in aqua roſ.lotæ ℥.i. Plumbi vſti & loti ℥.i. Thutiæ præparatæ ℥.S. *Lithargyri* nutriti ℥.iiii. Succi ſolani,ſucci ſemperuiui,ſucci hyoſcyami,ana ℥.i. *Lactis* ſem.papaueris cum aqua roſ.extracti ℥.ii. Lactis mulieris ℥.i. *Olei* roſ.℥.iiii. Ceræ albæ ℥.i. Miſce.
- *Alterum*: R. *Vnguenti* pomphol.℥.i.S. Vng.albi,lithargyri,plumbi vſti & loti,ana ℥.S. *Succi* ſcabioſæ,ſucci ſolani,ana ℥.ii. Olei omphacini,vel de ranis ℥.iiii. Fiat vnguentum in mortario plumbeo.
- *Tertium*: R. *Thutiæ* præparatæ,ceruſſæ lotæ,plumbi loti,lithargyri loti,coriandri præparati,amyli,ana ℥.S. *Ceræ* albæ ℥.ii. Olei rolati,vel de ranis ℔.i. Mucilag.ſem.pſyllij,cum ſucco ſcabioſæ,herbæ Roberti, linariæ,thapſi barbati extractæ ℥.iii. Miſce.
- *Quartum*: R. *Plumbi* vſti & loti ℥.iii. Antimonij loti ℥.ii. Pompholygis ℈.iiii. Ceruſſæ ℥.i.S. Caphuræ ℥.i. *Lap.* hæmatitis ℈.ii. Vtriuſque coralij,ana ℈.ii. Cineris cancrorum ℥.ii. Succi plantag.& ſolani ana ℥.ii. *Olei* roſ.vel de ranis q.ſ. Fiat linimentum in mortario plumbeo.

# De Fracturis oſsium.

*Fractura* eſt Oſſis diuiſio,aut ruptura,aut præciſio diſciſſióve à violentia quadam extrinſecùs ſuperueniente accidens. Huius

- *Cognitio*
  - *Partis* affectæ: videlicet Oſſis. Manifeſta.
  - *Cauſæ*: videlicet
    - *Contundentium*, quæ dura grauiaque ſunt:
    - *Diuidentium*, quæ vulnerando incidunt:
    - *Caſus* ab alto,&c.

    } *Ex* ægri relatione deprehenditur.
  - *Morbi*: ſcilicet Oſſis fracti, per
    - *Tranſuerſum*
      - *Oſſis* partes tactu diſiunctæ ac variæ reperiuntur.
      - *Membri* figura inæqualis percipitur.
      - *Dum* membrum dimouetur,& manu variè tractatur oſſa colliduntur,& veluti crepitus quidam ex ea colliſione audit ur.
      - *Pars* afflicta,contacta dolet.
      - *Corpus* membro fracto haudquaquam inniti poteſt.
      - *Cauſæ* quæ frangunt,aut contundunt,præceſſerunt,&c.
    - *Longitudinem*
      - *Subſtantia*: eius craſſities non naturalis tactu percipitur.
      - *Dolor.*
      - *Inæqualitas.*
      - *Cætera* ſigna non adſunt.
- *Curatio* ſuis indicationib. perficitur. Quare
  - *An* fieri poſſit, indicatũ
    - *Pars* affecta. Sic
      - *Oſſa* minimè periculosè media frangantur in numeris, brachiis, femoribus, cruribus & digitis. Quò autem propior fractura capiti vel ſuperiori, vel inferiori ipſius oſſis eſt,eò peior iudicatur.
      - *Si* tota coſta perfracta eſt,caſus aſperior eſt.
      - *Narium* fractura peior eſt,vbi aut oſſi,aut cartilagini fractæ, cutis quoque vulnus acceſſit.
      - *In* cranij fractura,malum portendunt,membrana immobilis, nigra, vel liuida,vel aliter coloris corrupti,dementia, acris vomitus, neruorum vel reſolutio, vel diſtentio, caro liuida, maxillarum rigor atque conuicis.
    - *Morbus*. Sic fractura
      - *Simplex* tranſuerſa,maximè tolerabilis eſt.
      - *Obliqua*,& vbi fragmenta,peior
      - *Acuta*,peſſima

      } exiſtit.
    - *Symptoma*. Sic fractura,quæ cum dolore, vel inflammatione, aut carnis contuſione incidit, mala eſt: quippe quæ inſtaurari non poſſit, donec ea priùs curationem receperint. Si carnis quoque vulnus acceſſit,in malo etiam æger eſt, maximeque ſi id muſculi femoris aut humeri ſenſerunt.
    - *Ætas*. Sic agglutinatio oſſium in
      - *Primis* ſenibus,bilioſis,conualeſcentibus difficillima eſt.
      - *Decrepitis* & valdè ſenibus,impoſſibilis.
    - *Tempus*. Sic
      - *Fractura*,quò vetuſtior,eò deterior eſt.
      - *Caluaria* triginta quinque diebus glutinatur.
      - *Brachium* & tibia,ſi ritè curentur,diebus circitèr quadraginta occaleſcunt.
      - *Cubitus* firmatur plurimùm diebus triginta.
      - *Os* in naribus perfractum, decem & octo dierum ſpacio conſolideſcit.
      - *Coſta* poſt vnum & vigeſimum diem ferrumen implet.
      - *Maxilla*,iugulum,ſcapula,os tali,calx,manus,planta ferè intra decimumquartum & vnum & vigeſimum diem ſaneſcunt.
      - *Humeri* & femina inter vigeſimumſeptimum & quadrageſimum.
      - *Coxa* diebus quinquaginta coaleſcit.
      - *Pes* ſexaginta dierum ſpacio,ſi quieſcat,conſaneſcit,&c.
  - *Quid* fieri debeat. Vide in ſequentibus ſignum A.

*Medico.* Itaque ægro pro rei exigentia debitè collocato, duobus miniſtris iubebimus, vt manus apponant fracturæ, quorum alter infernè ſurſum, alter verò ſupernè deorſum: vel alter à dextro in ſiniſtrum, alter in cõtrarium trahat, atq; ita fracti oſſis partes rectè commitat, & in naturalem ſitum coapter. Si va lentiori eſt opus intenſione, ſeu extẽſione, funes ac veluti habenas ex linteo firmiſſimo parabimus, quibus fractum membrum circũdabimus, altera parte ſuperiorem fracturę regionem, altera lintei parte inferiorem firmiter ligantes: atque iis funibus alter miniſter vnam in partem, alter in contrariam, vt dictum eſt, trahere conabitur. Cauendum tamen ab immoderata tenſione, præſertim in ſiccioribus corporibus, ne vehementiores dolores, febres, conuulſiones, ac reſolutiones ſubſequantur. Cauendum quoque, ne inter diſtendendum aliquid oſſium extantium frangatur: quo fieret, vt curationem difficiliùs aſſequereris. Vbi paulo longiùs membrum eſt extenſum, quàm naturaliter eſſe debet: ſenſim erit diſtenſio remittenda, ac manibus fracturæ admotis, oſſa in ſuas ſedes reducenda. Hoc autem indicio oſſa rectè conſtituta cognoſces: ſi dolor remittatur, ceſſetq́ue punctionis ſenſus. Alius oſſium reducendorum modus ab Hippocrate libro de Fracturis traditur per gloſſocomium, veluti iudicis ſententia tortores in quæſtione reos extendunt: hîc tamen eſt familiarior & facilior.

*Soluta*, quæ reficienda eſt: quod fiet partim

